EXPOSITIO ET DUBIORUM DECLARATIO IN REGULAM SERAPHICI...

Girolamo : da Polizzi,
Léonard Gaultier, ...




ONALE
14
VITT. EMANUELE
H
4







EXPOSITIO ET DVBIORV̄ DECLARATIO IN REGVLAM Seraphici Patriarchæ S^ti. Francisci Ordin.^s fratrum Minorū fundatoris.

A Reuerendo Pa.^re Hieronimo à Politio siculo nuper totius Congregationis fratrum Capucinorum Generali Ministro.

Cum duplici indice altero punctorum: Siue dubiorū: altero rerum notabilium.

Nunc primum in Gallia Typis datur Superiorum permissu.









PARISIIS,
Apud Nicolaum Buon, in via Iacobæ sub signo St Claudij, et Hominis siluestris.
M. DC. XV.







ILLVSTRISSIMO
ET REVER. DOMINO

D. F. ANSELMO MARZATO

S. R. E. PRESBYTERO
Cardinali Monopolitano.

TITVLI SANCTI PETRI
in monte Aureo.

FRATER HIERONYMVS
à Politio Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum. S. P. D.

MAXIMVS *ille, Cardinalis integerrime, cæli, & terræ, & rerum omnium, quæ amplissimo Empyrei continentur amplexu, creator & opifex Deus; qui sempiterna sua*





voluntate, nouum hunc, vt ab æterno disposuerat, produxit mundum; non aliunde, vt tu optimè calles, ad hoc opus, quàm ex sua bonitate, absque sui vlla mutatione, actus, creditur & agnoscitur. Sic magnus ille, inquit Dionysius. Diuina etenim bonitas, non dimisit eum sine germine esse. Sic S. Augustinus. Satis est Christiano, rerum creatarum causam, siue cælestium, siue terrestrium, siue visibilium, siue inuisibilium: non nisi bonitatem credere creatoris. Nec quidem, ob suam agere vtilitatem vnquam poterat; qui supereminenter, antequam vllas ederet creaturas, omnis celsitatis, & excellentiæ gradum, in seipso complectebatur: Et omnis perfectionis plenitudine confertus, atque affluens erat: vt ex diuino illo exemplari, hic sic orbis eleganter dispositus, exempla-

Dionys. de Diuinis nominibus. c. 4. August. Tom. 3. Enchirid. cap. 9.

Psal. 19.

tus fuerit & productus. Vnde, Regius psaltes in Dei persona cecinit. Et pulchritudo agri mecum est. Et Beat. Boetius. Pulchrum, pulcherrimus ipse, mumdum mēte gerens, similíque imagine formans. Quare, vt verè bonus, & in se ipso sufficiens; tantum vt suam in mundum hunc, pro varia creaturarum natura, prout poßibile foret, diffunderet bonitatem, eas creauit, & ex nihilo ad esse produxit. Quò fit, vt huius vniuersi, concinnè perpolitéq. dispositæ, atque confictæ partes omnes; summi earum conditoris bonitatem, cuius participes factæ sunt, in se ipsis ostentent atque venditent. Ità vt Apostolus dicat. Inuisibilia Dei, à creatura mundi. per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & Diuinitas.

Psal. 49.

Boet. De consolat. philosoph.

Rom. 1.

At, cùm ea sit Diuino attestante

D. Dionys. *Dionysio, boni natura, vt in alios diffundi velit: inde fit, vt cunctæ res creatæ, quæ bonæ ab inexhausta, & supereminenti bonitate fluxere: quæ, vt sanctus docet Augustinus, in quantum sunt, bonæ sunt: ipsæ quoque suam, & præsertim quæ ratione potiuntur, in alios bonitatem effundant & spargant. Vnde, præclarè, vt refert Cicero, scriptum est à Platone. Non nobis solùm nati sumus, sed ortus quoque nostri partem patria, partem parentes vendicant, partem amici. Atque vt placet Stoicis. Quæ in terris gignuntur, ad vsum hominum omnia creari homines autem hominũ causa esse generatos: vt ipsi inter se, alij alius, prodesse possent.*

S. Aug. Enchirid. cap. 12.

Cic. lib. 1 De offic.

Quoniam ergò, vt idem scribit Cicero, naturam debemus ducem sequi, & communes vtilitates in medium proferre: Cupiebam & ego

ex mea tenuitate, Deo, vt par est credere, inspirante, & natura ducente, aliquid in commune commodum, in medium producere. Itaque continuum quoddam, ante annos duos & viginti desiderium, & sedula, dum Romæ essem, me tenebat anxietas: commentarios, seu veriùs interpretationem, ac plurimorum dubiorum, super Minoritana nostra Regula resolutiones edere, & in lucem producere. Quorum gratia, verum eius optantibus sensum sententiamq; nancisci, eoq; magis fratribus nostris, quibus in Diuinis obsequijs, & alijs nostri Ordinis laboribus occupatis, vix paululum otij suppeditari dignoscitur: tantus quæritandi ac varios volutandi codices adimeretur labor. Et in hoc vno libello, ex varijs probatorum auctorum, & nostræ Regulæ expositorum, selectio-

ribus sententijs collecto, multisq; etiam doctrinis, quæ ad rem attinere duxi, tum ex sacris Cononibus, tum etiam ex Theologis, & Canonistis, vt opus fuit, referto: clara, digesta, ac vel vt in ianuis patenter exposita, ipsius regulæ vera intelligentia, & regularis perfectionis obseruantia, eius posset amatoribus innotescere.

Quocirca, cùm ad id peragendum, multorum piorum fratrũ studium, atque me vrgeret instantia: & non exigui Religiosorum profectus, quem inde sperabã, me extimularet ardor. Eorum obtemperans voluntati, lucubrationibus ac plurimorum annorum laboribus, Dei opitulante gratia, libellum & multorum Doctorum lectionibus, & doctrinis perfici. Quem cùm à fratribus nostris probari, & efflagitari compererim, typis tradi & Ro-

mæ excudi curaui: quòd eis profuturum sperabam, qui puram suæ Regulæ obseruantiam peroptarent. Sed iam excussus, & à domesticis parietibus ad communem omnium vtilitatem foras emissus, vel in ipsarum primo valuarum egressu, reiectionem perpessus, futuri, qui exoptabatur, fructus, hucusque sterilis permansit.

Verùm, cùm Dei ope, & tua (Cardinalis inclyte) fauente gratia, denuo sit, ad commune Religiosorum commodum, vtilitatémque restitutus, te adit: vt sub tui nominis vmbra protectus tutus consistere, & percurrere poßit vsquequaque. Tibi enim eum iure, nec vna ex causa, dicare decreui. Nam qui tanto tuo in me officio, & gratiæ, debitum persoluere, aut saltem gratias referre, vt res expostulat, non valeo: tentarem tamen re

hac, meæ in te voluntatis & non ingrati animi propensionem ostendere; & potissimùm hac in re, quã tibi non iniucundam fore speraui. Cui enim meliùs ea consecrarentur: quæ de perfectione Minoritanæ vitæ sunt, quàm tibi? qui dum in Ordine fuisti nostro, acerrimum te semper regularis eius obseruantiæ zelatorem, & integerrimam obseruationem præstitisti. Adeò, vt nunc etiam in tam excelso positus gradu, maximè ea oblecteris: tantóque nostri Ordinis amore tenearis, vt, & si adhuc non ex munere, affectu tamen, & effectu, vbi expostularit euentus, te eius semper expositum Protectorẽ præstiteris. Et si securitas cupitur, à quo meliùs quisque studiosus, & virtutum amator, certam ab omni iniuria, ac indignitate tutelam, sperare vnquã poterit, quàm à te vno? qui etiam à

primis annis, ità virtutum & sciẽtiarum te amore captum ostendisti semper, vt nulla tibi in rebus alijs, quàm his semper nauare, vera fuerit oblectatio atq; voluptas. Quippè, quæ de die in diem adauctæ adeò extitêre, vt à te nihil expectãdum portenderent, nisi magnum & memorabile valdè. Ita, vt iure optimo sperari possit, quòd sicut omni laude atque honore, quisque te semper dignissimum agnouit & censuit, vt ad Cardinalatus fastigium meritò æstimeris euectus: sic fore vt in Petri sedeas sede, ad vniuersam Dei Ecclesiam gubernandam. Et tandem, vt eandem obseruantiam, & pietatem, quibus te iure, vt benè nosti, semper colui, aliquo tibi argumento contestarer confirmarémque: Opusculum hoc dolatum, & in plerisque locis sacrorum Canonum, & Doctorum cita-

tionibus adauctum: qualecunque ego ipse procudi, tibi Cardinalis optime, consecro & dedico. Etenim, non me fugit, quod tam magni animi, atque æquè magnificum & regium est: & præstare magna, & exigua serena fronte suscipere. Quare dominationem tuã Illustrißimam & Reuerendißimã rogatam velim, ne aspernetur obsequentem: sed rem, licet exiguam, benignè suscipiat. Et id quicquid est nostri laboris, & hanc nostram qualemcunque referendæ gratiæ voluntatem, & cum exiguo hoc, meæ paruitatis, opusculo, me etiam tibi semper addictißimum accipiat. Et vale felix.

Datum Neapoli Kalendis Ianuarij M. D C. V I.



VNIVERSIS FRATRIBVS ORDINIS MINORVM CAPVCCINORVM.

FR. HIERONYMVS A POLITIO SICVLVS

Eiusdem Ordinis Generalis (licèt immeritus) salutem.



VM superioribus annis, Romæ, procuratorem Ordinis agerem; deuenit ad manus meas (præclarum sanè opus) (Expositio admodum R. P. F. Antonij Cordubensis, Regularis obseruantię, super Regulam nostram. Cuius lectione, cùm vehementer oblectarer; disposui, opus illud in breue compendium redigere: & ex eo collectis selectioribus do-

rum meorum partum, & ex pharetra nostrę paupertatis, quantalacũque munuscula: vel potiùs suscipiant, non opus, sed animum, & ex animo opus: (Deum in hoc vtcúnque imitantes) qui ad Abel respexit, & ad munera eius. Gen. 4 Et Christum, qui pauperculam viduam, duo ęris minuta in gazophilacium mittentẽ, ex animi magnitudine plurimùm commendauit. Et si indigna iudicauerint, quę in lucem prodeant, nostro, (plusquam par erat(ampliori ignoscant desiderio, rogantibus obsequendi, cęterósque iuuandi. Nec si quid boni, in eo perspexerint, negligant: sed magis prompto animo, satagant, obseruare. De quo rogatos opto. Quò enim magis, in hac tam arcta Minoritani Ordinis Regulari obseruantia, de amaritudine paßionis, & Crucis Christi degustauerint, eo magis, hac corporis mortalitate deposita, cęlesti replebuntur dulcedine, & cum beatißimis spiritibus exultabũt, & iucundabũtur in gloria sempiterna. Quam nobis omnibus dignetur concedere misericors Dominus, qui est benedictus, & gloriosus in sęcula. Valete. Datum Romę in ędibus S. Bonauenturę Capuccinorum, Kalendis Martij. M. D. X C I I I.

DE mandato Reuerendiſſimi Patris Fratris Bartholomæi de Miranda Magiſtri Sacri Palatij meritiſſimi: Ego Fr. Chryſoſtomus Ceriolus Mediolanenſis Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium, artium & ſacræ Theologiæ Doctor; necnon & Regens Collegij Sancti Bonauenturæ, in ædibus Sanctorum duodecim Apoſtolorũ: vidi, & diligenter perlegi expoſitionem ſuper Regulam Seraphici Patris Sancti Franciſci, doctiſſimè, & accuratiſſimè à Reuerendiſſimo Patre Fr. Hieronymo à Politio Siculo, Fratrum Capuccinorum Generali æditam, & quia in ea nihil reperi, quod Fidei Catholicæ, ac bonis moribus aduerſetur; iudicaui nedum dignam eſſe vt typis mandaretur, ſed etiam maximam viris religioſis, ac ſtudioſis omnibus, tum ſacræ Theologiæ, tum Iuris Pontificij vtilitatem allaturam. Præter enim Regulæ ipſius P. S. Franciſci interpretationem exactiſſimã; multæ ſingulares, & præcipuæ difficul-

tates, ac quæſtiones ita mirificè, & clarè examinantur, & reſoluuntur (quarum notitia, & determinatio ſummoperè neceſſaria eſt nedum Theologis, & Canoniſtis, ſed etiam Confeſſarijs, Concionatoribus, Religioſis, ac tandem omnibus animæ ſalutem exoptantibus) vt nihil amplius pro huiuſmodi difficultatum, quæſtionúmq; reſolutione valeat deſiderari. In cuius rei fidem, & teſtimonium hoc propria manu ſubſcripſi. Datum Romæ, in Conuentu Sanctorum duodecim Apoſtolorum, die 24. Martij. M. D. XCIII.

Ego frater Chryſoſtomus Ceriolus Mediolanen. Regens Collegij S. Bonauenturę, qui ſupra.

EGo Frater Inachus de Brizuela Præſentatus, & Sacræ Theologiæ Lector in Collegio Sanctæ Mariæ ſuper Mineruā, Ordinis Prędicatorum; ex cōmiſſione Reuerendiſſimi Patris fratris Bartholomæi

de Miranda Sacri Palatij Magistri dignissimi; legi hanc Sancti Francisci Regulæ explicationem, editam à reuerendissimo, doctissimo, & religiosissimo Patre, Fratre Hieronymo à Politio Siculo Ordinis Capuccinorum Generali: quam dignissimam iudico, vt typis mandetur. Quia illam non solum suæ Religionis, sed & aliarum Religionum professoribus vtilissimam censeo; cùm contineat explicationem multorum, quæ Religionibus omnibus communia sunt. In hoc opere nihil Fidei Catholicæ dissonum inueni, sed potiùs agnoui veram in illo doctrinam contineri, & sacræ Scripturæ testimonijs, Sanctorum Doctorum dictis, Pontificum decretis, & Theologicis rationibus doctissimè comprobatam. In cuius rei testimonium, hoc propria manu subscripsi. Romæ in prædicto conuentu Sanctæ Mariæ super Mineruam. Die 2. Maij, anni 1593.

Fr. Inachus de Brizuela Præsentatus.

REVER. PATRI

F. HIERONYMO A POLITIO.

CAPVCCINO THEOLOGO, ET PREDICATORI.

FR. SILVESTER AB ASSISIO

EIVSDEM ORDINIS Generalis quamuis indignus ſalutem in Domino.

EXplanationem tuam (Reuerende Pater) in Regulam S. Franciſci Patris noſtri, multo iam labore elucubratam; à doctiſsimis viris recognitam, & approbatã; ac proinde illã imprimendi ab Illuſtriſsimis Sacræ Cõgregationis Cardinalibus facultatem nũc proximè tibi conceſſam fuiſſe, vehementer etiam atq; etiã gauiſi ſumus: fore enim ſperamus, vt per eam Religio

nostra, quæ alioqui, Dei gratia, à Maiorum tramite nihil deflexit maiora in dies obseruantiæ incrementa sit acceptura. Nos verò, & laborum tuorum; & publicæ Religionis nostræ vtilitatis rationem habentes, quia nostrarum partium est, ijs qui in Vinea Domini quoquo modo elaborant, opem ferre, cupimus nostras omnes (qualescunque sint vires) impendere, quò opus tuum præclarum quidem, atque adeò vtilissimum quàmprimum in lucem edatur. Propterea per has nostras literas in virtute Spiritus sancti, & ad meritum sanctæ obedientiæ tibi præcipimus, atque omnimodam facultatem concedimus, vt lucubrationem tuam in præfatam Regulam prelo subijcere, ac typis mandare valeas, obtenta tamen priùs ad id facultate ab ijs, quorum quidem librorum impri-

EGo Frater Honoratus Prouincialis Fratrum Capuccinorum prouinciæ Parisiensis, communi vtilitati eorum omnium qui Minoritanam Regulam profitentur consules, permisi, & per præsentes permitto Nicolao Buon Bibliopolæ parisiensi, vt *Expositionem super Regulam Seraphici patris nostri Francisci, à Reuerendo Patre Hieronymo à Politio Siculo nuper totius nostræ Congregationis ministro generali compositam*: Et cum exemplari Neapolitano à nostris diligenter Collatam, & congruentem, Venalem habere possit, & valeat. Parisijs in Conuentu nostro assumptionis Beatæ Mariæ semper Virginis, die 12. Ianuarij anni millesimi sexcentesimi decimi quinti.

F. HONORATVS



PVNCTA SIVE DVBIA

QVAE EXPOSITIONE cuiuslibet Capituli continentur.

In caput primum. fol. 44.

In caput secundum. fol.67

In caput tertium. fol.220.

In caput quartum. fol.315.

In caput quintum. fol. 389.

In caput sextum. fol. 415.

In caput septimum. fol. 568.

In caput octauum. fol. 628.

In caput. nonum. fol. 656.

Hic non mouentur dubia, sed solummodò declaratur textus.

In caput decimum. fol. 669.

In caput vndecimum. fol. 803.

In caput duodecimum. fol. 832.

FINIS.



IN EXPOSITIONEM REGVLÆ SERAPHICI S. FRANCISCI.

PRAELVDIVM PRIMVM.

De Perfectione Regulæ Minoritanæ.

DECET quidem, tam Seraphici Patris, & Patriarchæ Francisci, obedientes filios; sedulam habere curam, totisque niti viribus, ea agnoscere, & scire; ad quorum obseruantiam, tam magni Patris Regulam profitendo, sese Deo voto astrinxerunt. Idq; iurè: cum & ipse Pater Sanctus, Diuino spiritu afflatus, sedulò & studiosè curauerit eam suis filijs præbere normam, & formam viuendi, quam etiam suæ vitæ firmauit exemplo: quam si plenè seruare (cum Dei gratia) studuerint: perfacilè eis viam ad virtutum culmen perfectamq; Dei charitatem (vtcunq; in hac vita haberi

potest) acquirendam; tribuisse agnoscatur. Hæc enim illa Regula est; quæ Euangelico firmatur eloquio, vitæ Christi roboratur exemplo, Apostolorum sermonibus, actibusque firmatur. Vt dixit Pontifex Summus Nicolaus III. Ex quò, non immeritó ea censeatur Regulæ huius perfectio, excellentia, vt cæterarum religionum omnium in Dei Ecclesia approbatarum regulis, nedum inferior ipsa non sit: sed fortè perfectissima, & omnium præstantissima inueniatur.

Cap. exijt qui seminat, de verb. sig. in 6.

2 Quòd, vt nobis id plenè innotescat, quò in eius obseruantiæ desiderium magis, ac magis in dies accendamur: illud prius annotasse oportet. Quòd dupliciter, iuxta S. Thomæ sententiam, 2. 2. q. 184. ar. 1. & 4. hoc perfectionis nomen sumi consueuit. Vno modo, pro ipsa hominis iusti, absoluta perfectione; qua ipse verè, & realiter per inhærentem in se perfectam charitatem, perfectus est. Ita vt, absolutè esse perfectum, nil aliud sit, quàm virtutum omnium culmen attigisse, & præcipuè charitatis; quæ teste Apostolo ad Col. 3. vinculum est perfectionis. Vnumquodque namque quatenus perfectum esse dicitur; quatenus proprium finem attingit. Nam finis, est vltima rei perfectio. Charitas autem est, quæ vnit, seu aliqualiter in via hac hominem Deo iungit; qui est vltimus finis humanæ mentis. Iuxta illud Ioannis,

Nomen perfectionis, duplex.

Ioan. 13.

Qui manet in charitate, in Deo manet; & Deus in eo. Et ideò, secundùm charitatem specialiter attenditur, perfectio humanæ vitæ. Alio modo sumitur pro perfectione alicuius status, ad quem requiritur obligatio perpetua ad ea quæ sunt perfectionis, cum aliqua solennitate, vt docet D. Thom. in dicto art. 4. Et sic accepta perfectio, modus quidam viuendi est, certis legibus, consuetudinibus institutus; quibus Dei adiutorio seruatis, essentialis ipsa perfectio acquiritur, vel exercetur acquisita. Duplex enim secundùm eundem Thom. in eadem quęst. art. 5. & Ioannem Pirinum ex Scoto. Et perfectionis status. Vnus scilicet exercendę acquisitę: alter verò acquirendę. Sicut & duplicem Theologorum statum dicimus: vnum qui est doctorum, & magistrorum, quorum est acquisitam Theologiam alios docere, & instruere: alterum, qui est discipulorum, qui ad acquirendam eam addicendo conantur. Nam status perfectionis exercendæ est, quam Episcopi, & prælati assumũt, non vt Neophyti, vel nouitij, sed vt perfecti, & in virtutibus exerciti: ad exercendum erga subditos moribus, & doctrina, opera, exẽplaq; virtutũ. Horum enim est, suos subditos perfectionẽ docere, & in via Dei gubernare, & regere. Quòd vt debitè fiat, omnium quidem virtutum requirit supellectilem. Nemo enim dat, quod

Perfectio status quid sit.

3. Senten. dist. 38.

Episcopi munus, & status.

non habet; Nec docere quidem alios potest, quod ipse non nouit. Iuxta Domini Saluatoris sententiam; Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Et hac ratione Episcoporum status, per sacros canones; Religionis cuiusuis status, perfectior declaratur. Præsupponit enim perfectionem essentialem in actu; quam Religionis status necessariò minimè præsupponit. Et ideò Episcoporum status dicitur iam acquisitæ, & exercendę perfectionis status: vnumquodque namque cum natura perfectum est, sibi simile gignit.

c. licet de Regul.

Status Religiosorum.

3 Status verò Religionis, quem Religiosi viri, ex desiderio perfectionis assumunt; status est perfectionis acquirendę: vt quasi in schola virtutum, & disciplinæ proficiant; & de virtute, in virtutem ascēdant. Religio enim strictissimè sumpta, pro emissione solēnis professionis, obedientiæ, paupertatis, & castitatis, de qua est noster sermo; quidam status perfectionis est triplici quidem respectu, vt S. Tho. docet Vno, quia per tria hæc emissa vota, humanum ab exterioribus sollicitudinibus quietat animū, iuxta illud Pauli 1. Cor. 7. Volo vos sine sollicitudine esse, &c. Alio, quia quoddā est holocaustum; per quod aliquis totaliter se, & sua offert Deo Tertio, quia exercitium quoddam est; ad charitatis perfectionem tendendi. Animi quietudo est; Nam secularis

Religio quid.

e. 2. q. 186. art. 7.

ſollicitudinis inquietudo præcipuè circa tria ſe ingerit homini: Primo quidem circa exteriorum rerum diſpenſationem; quæ per paupertatis votum depellitur. Secundo circa vxoris, & filiorum gubernationem; quæ per continentiæ votum amputatur. Tertio circa propriorũ actuum diſpoſitionem; quæ per obedientiæ votum, quo ſe quis alterius diſpoſitioni, & imperio committit, præſcinditur; vnde mens ipſa humana habet, vt ferè plenè poſſit à ſæculari quieſcere perturbatione. Similiter, & holocauſtum eſt; cum Religioſus totum, quod habet, (iuxta S. Gregorium ſuper Ezech.) hiſce tribus votis offert Deo. Habet autem homo triplex bonum: Primum externarum rerum; quas plenè per voluntariæ paupertatis votum Deo offert. Secundum proprij corporis quod præcipuè Deo per continentiæ votum, quo maximis corporis renuntiatur delectationibus, dedicatur. Tertium bonum eſt animæ; quo aliquis per obedientiæ votum Deo ſe conſecrat: dum propriam voluntatem per quam homo omnibus potentijs, & habitibus animæ vtitur, ob Dei amorem, prælatorum ſuorum ſupponit imperijs. Exercitium item acquirenrendæ perfectionis eſt; dum per prædicta tria vota, ea plenè remouentur, per quæ homo impediri poteſt, ne tota-

Solicitudo ſæcularis verſatur circa tria.

Homo 20

Bonum hominis triplex eſt

liter eius affectus tendat in Deum; in quo ipsa charitatis perfectio consistit. Quæ præcipuè tria esse solent; exteriorum honorum cupiditas; quæ per paupertatis tollitur votum. Sensibilium dedelectationum concupiscentia, inter quas venereæ ipsæ præcellunt; quæ per continentiæ votum excluduntur. Humanæ item inordinatio voluntatis; quæ per obedientiæ votum depellitur.

Vota essentialia sunt media perfectionis acquirendæ.

4 Nec velim putes, prædicta obedientiæ, paupertatis, & continentiæ vota; & cætera quæ habentur in Regula, vt vigiliæ, ieiunia, nuditas, & huiusmodi, quæ præfata essentialia vota respiciunt: essentialem ipsam ex seipsis esse perfectionem; adeò vt sine ipsis (prout à Religiosis seruantur) aliquis perfectus esse non possit: quoniam ipsa essentialis perfectio (vt supra dictum est) in Dei perfecta charitate consistit. Et plurimi cum vxoribus, filijs, & diuitijs simpliciter perfecti in charitate, & lege Dei inuenti sunt. Vt de Abraham patet, Isaac, Iacob, Iob, Dauid, & alijs. Sed ipsa obedientia, paupertas, castitas, & cætera; aptissima ad acquirendam perfectionem media, & instrumenta sunt. Nam per ea remouentur; quæ sæpe impedimento esse solent, ad ipsam essentialem perfectionem acquirendam. Siquidem nemo sanæ mentis ignorat, quam magnum impe-

dimentum suapte natura afferre soleat spirituali vitæ, qua homo puro cordis affectu, perfectæque charitatis vinculis Deo seipsum vnire conatur, ardens concupiscentia rerum venerearum: necnon, & anxia sollicitudo gubernandi familiam, vxorem, & filios. Et quantum obest cupiditas temporalium bonorum; & cura, vel thesaurizandi, vel conquisitos thesauros asseruandi, & dispensandi. Quantumue, etiam charitati officiat; voluntas propria, & innata propensio, sequendi, nostramque tuendi sententiam; vt eam cæteris omnibus præferamus, & nostro arbitratu ad libitum, nostris de rebus disponamus. At dum per odoriferam castitatem omnis venereorum fugatur affectus: & sedula distractio, & cura gubernandæ familiæ remouetur: Per voluntariam paupertatem omnis voluptas rerum temporalium; & earum sollicita dispensatio depellitur: Et per humilem, promptamque obedientiam, omnis inordinatus propriæ voluntatis affectus, & propriorum actuum dispositio prohibetur: Clarè omnibus patere potest, quam aptissima sint instrumenta, & media, ipsa obedientia, paupertas, & castitas (Dei gratia) plenè seruata; ad ipsam essentialem perfectionem acquirēdam. Dum enim per ea, impedimenta

tolluntur; liber, & satis benè dispositus redditur Religiosus, vt vigorosis actibus in Deum suum possitCreatorem, seipsum totum conuertere; & in eo totum suum ardentissimum amorem locare: in quo vera, & realis perfectio consistit. Ex quibus omnibus constat, quòd Religionis status, dum per prædicta vota, humanam mentem quietat, holocaustumque Deo offert, & exercitia, seu media ad perfectionem acquirendam præbet, quidam status perfectionis est.

5 Et quoniam Pater noster Seraphicus in Regula, quam nobis seruandam tradidit, talia nobis instrumenta, & exercitia præbuit, animum scilicet ab exterioribus sollicitudinibus quietandi, nosq; in perfectum holocaustum Deo offerendi, & exercitia insuper ad perfeffectionem tendendi, per tria præfata paupertatis, castitatis, & obedientiæ essentialia vota: patere ex his clarè potest, quòd talem (vt præmisimus) nobis dederit modum, & normam viuendi: qua facilè per dictæ Regulæ obseruantiam, ad perfectionem ipsam peruenire possumus. Quod & cæteræ in Ecclesia approbatæ Religionis, faciunt ommes.

Regula S. Franc. ex quo probetur perfecta.

6 Sed quòd hæc Minoritana Regula, nulli cæterarum Regularum cedat, vel inferior sit, immò cæteris fortè altior & perfectior probetur: ex fine, ad quem

ipsa Regula dirigetur, & ex mediis & exercitijs, quæ in ipsa dantur, facilè dignosci poterit. Horum enim adinuicem comparatione, quænam Regularum vna, altera perfectior sit; secundum D. Thom. ostenditur, & dignoscitur. Verùm, finium ad inuicem inter sese collatio, primò, & principaliter attendenda est; secundariò verò ea quæ est mediorum, & exercitiorum. Illa enim, tantò hac præstantior est, quantò finis, qui per se quæritur, ipsis mediis præstat: quæ non absolutè propter se quæruntur, sed propter ipsum finem. Comparatio enim quæ finium adinuicem est, absoluta est; quia finis propter se quæritur. Quæ verò exercitiorum adinuicem est, non absoluta sed respectiua est tantùm: exercitium enim non propter se, sed propter finem expetitur.

Religionum perfectio vnde dignoscitur. S. Th. 2. 2. q. 188. art. 6.

7 His ergo sic stantibus, illa religio alteri meritò præfertur, eritque altera præstantior, si ad finem absolutè potiorem sit instituta: hoc est, quod ad maius bonum, vel ad plura bona ordinetur, & instituatur, quam altera. Vndè si vna Religio ad vacandum, & contemplandum Deo ordinetur, ita vt ad vitam contemplatiuam sit instituta: Alia verò Religio, ordinetur ad eleemosynas dandas, ad hospites recipiendos, captiuos redimendos, & alia id genus, adeò

Religio perfectior quænam sit.

9 Ex præhabitis itaque dico, quòd cùm hæc Sancti Francisci Regula ad contemplandum sit instituta, vt ex tertio ipsius Regulæ capite patet; Ibi [Clerici faciant Diuinum Officium secundùm ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ] Et ex 5. & 10. cap. vbi dicitur. [Attendant Fratres, quòd super omnia habere debent Spiritum Domini, & sanctam eius operationem orare, semper ad Deum puro corde &c.] claré patet, quòd hæc Minoritana Regula, præstantior, & perfectior illis Regulis omnibus est; quæ tantùm ad actiuam vitam, & occupationes externas sunt institutæ. Et insuper, quia hæc non solum ad contemplandum, & Deo vacandum, verum etiam ad prædicandum, & alios docendum est ordinata: vt ex 9. cap, patet. vbi de prædicatoribus agitur: qui alios viam salutis docere debent. [Fratres, in prædicatione, quàm faciunt, attendant, vt sint examinata, & casta eorum eloquia ad vtilitatem; & ædificationem populorum, annuntiando eis vitia, & virtutes, pœnam, & gloriã.] Et vult insuper, vt inter Saracenos, aliosque infideles, ire possint ad instruendos illos de veritate Fidei, vt ex 12. eiusdem Regulæ cap. constat. [Quicumque Fratrum diuina inspiratione

Regula S. huic vnde ex parte finis aliquibus alijs probetur profectior.

voluerint ire inter Saracenos, & alios infideles &c.) Adeò vt Regula hæc pro fine vitam habeat mixtam, nempe otium Magdalenæ vacando Diuinæ contemplationi, & negotium Marthæ, vtilitati proximorum insistendo, per prædicationem. Ideò dignosci potest, quod cæteris Monachorum Regulis (sunt enim ipsæ ad contemplatiuam tantum vitam institutæ) præstantior est secundum rationem assignatam.

Perfectio eiusdem ex parte mediorum.

10. Et quoniam aliquæ sunt Religiosorum Regulæ, quæ cum hac Minoritana circa fines conueniunt: quandoquidem & ad contemplandum, & ad contemplata alios docendum sunt, sicut & hæc ordinatæ. Et non potest, quid alio potius, & dignius dici; nisi secundum id, in quo ab eo differt, & ipsum excellit. Ideò harum Religionum, quarum fines sunt ijdem, præstantia, & perfectio: ex parte mediorum, & exercitiorum inuestiganda est. Harum autem, illa cæteris vtique erit præstantior, & perfectior, quæ conuenientiora ad propositos assequendos fines, media, & exercitia præbet: vt doctè (iuxta morem suum) adnotauit S. Tho. loco præallegato. Modò quòd ipsa Minoritana Regula conuenientiora, & magis proportionata, præ cæteris omnibus aliarum Religiosorum Regulis, exercitia, & media tribuat ad fines prædi-

22. q. 188. art. 6.

ctos assequendos; qui sunt Deo per con-
tontemplationem vacare, & contempla-
ta cæteris in prædicationibus tradere; fa-
cilè ex dicendis patere potest.

Media ad perfectionem cõuenientiora.

11. Status ille, qui magis reddit hominem absolutum, & liberum à terrenorum omnium amore, & a noxia eorum sollicitudine quæ nimis Dei amori aduersantur; & per consequens magis ad inhærendum soli Deo per amorem conducit & ad proximorum charitatem inducit: conuenientiora vtique, & magis proprijs finibus proportionata habet exercitia, quàm ille status, in quo Religiosi minus per exercitia ipsa elongantur ab amore, & sollicitudine prædictis. Et quo magis per huiusmodi instrumenta à tali terrenorum affectu, remouentur, vt Deo adhærere, & proximorum vtilitati commodius vacare possint; eò perfectiora, & suis finibus congruentiora ipsa exercitia, seu instrumenta comprobantur. Atqui paupertas, quam Minores profitentur, ea est, vt eius professores nihil penitus in terris habere possint, neque in particulari, neque in communi, vndè altissima ab ipso S. Francisco est appellata [Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, quæ vos pauperes rebus fecit, & virtutibus sublimauit.] Clarum est ergo, quod quantum est de se, amorem penitus omnem, & sollicitudinem remouet terrenorum. Nam si abun-

dans possessio temporalium, abundantiorem sollicitudinem ingerit. Exigua verò possessio, minorum consequens est, vt nulla possessio nullam ingerat sollicitudinem. At Minorata hæc Regula, talem, (vt diximus) mandat paupertatem : ; vt nihil eius professores tam in particulari, quam in communi habere proprij in terris possint. Nec quemcumque rerum vsum eis concedit; sed tantum rerum necessariarum; vt patet ex decretali cap. exiit, qui seminat. §. Insuper, & vtensilia. de verborum significatione in 6. Vbi dicitur [Quinnimò in omnibus appareat in eis quoad Dominum omnimoda abdicatio ; & in vsu necessitas.] Constat ergò, talia date media, & exercitia ; vt omnis per ea amor, & sollicitudo terrenorum tollatur. Vnde consequens esse videtur, quòd conuenientiora, & magis proportionata ad propositos fines, præ cæteris, Religionum omnium regulis, præbeat instrumenta: & per consequens illis dignior, & perfectior habenda videtur, secundùm considerationes assignatas. Habent enim aliæ Religiones, temporalia in communi, licet non in particulari.

Dubium. 12 Et si dicas, quòd modus viuendi Fratrum Minorum ex mendicitate,

plús sollicitudinis habet, quàm ex moderatis possessionibus viuere. Nam quando ex moderatis possessionibus viuitur, sollicitudo incumbit paucis; reliqui verò omnes; contemplationi & litterarijs studijs vacare possunt. Si verò ex mendicitate, & procuratione viuitur, multis ad quæstus quotidianos sollicitudo incumbit. Et sic extrema paupertas non est proportionatum instrumentum finibus, qui sunt contemplatio, & prædicatio, sed potius distrahit ex his. Respondeo, quòd hoc impedimentum, seu distractio non vtique ex ipsa Regula sequeretur: sed potius ex defectu esset, & culpa profitentium illam: quia abundare fortè, & lautè viuere vellent. Nam cùm ex ipsa Minoritana Regula, teneantur eius professores, ad vsus rerum moderatos, & modica (vt constat) sint necessaria ad sustentationem vitæ: quia natura paucis contenta est: Si dictæ Regulæ professores paucis (vt ex eorum professione tenentur) erunt contenti: exigua vtique erit occupatio procurandi necessaria, his qui paucis contenti sunt: & paucissimi sufficient fratres, ad mendicandum talibus necessaria: poteruntque cęteri vacare diuinis, & prædicationi Euangelij. Quare Minoritana hæc paupertas, quæ paucis est

Solutio.

Mendicitas non impedit perfectionem.

contenta, non modò à finibus prædictis non distrahit; sed maximè ad illos conducit.

13. Nec obstat, quod S. Tho. 2. 2. q. 188. art. 7. dixit, quod habere aliquid in communi, non minuit perfectionem Religionis. Non enim aliud per hoc dicere voluit; nisi, quòd illa Religio, quæ aliquid habet in communi, non erit simpliciter, & absolutè imperfectior ea, quæ nihil habet: sed tantùm imperfectior erit secundùm quid, scilicet secundum paupertatem tantùm. Posset enim illa, hanc in alijs exercitiis, & mediis excedere: Vt sunt ea, quę ad continentiam, & obedientiam spectant. Quodque id S. Thomas velit, ex eius responsione ad primum argumentum satis liquet. Si daretur (inquit ipse) quòd excessus paupertatis faceret Religionem perfectiorem; secundum hoc tantùm quod est pauperior, esset perfectior: non tamen faceret eam perfectiorem simpliciter. Posset enim esse, quòd alia Religio excederet in his, quæ sunt obedientiæ, & continentiæ. Ex quibus verbis satis patet, quòd, etsi habere aliquid in communi non minuat perfectionem Religionis simpliciter: minuit tamen secundùm hoc, scilicet quòd sit minus perfecta in bono paupertatis, eâ, quæ nihil habet. Nec verbum illud (si daretur) dubitatiuè poni potest. Quia

D. Thom.

Religio habens in communi, est imperfectior secundum quid.

ſicut nullus poteſt ambigere, poſſeſſiones, & diuitias, curam, & ſollicitudinem, ob nimiam noſtram fragilitatem potius, quàm ex earum proprietate, & natura, ſecum afferre: ſic nec idem Doctor Sanctus negaret, quòd occaſionaliter, ex noſtra ſcilicet infirmitate, impedimento eſſe poſſent ad acquirendam perfectionem: & ſic verè minuant de perfectione Religionis. Immò ex eadem Sancti Thomæ, & Caietani in loco præallegato ſententia, colligi videtur, Minoritanam Regulam Regulis alijs perfectiorem eſſe. Nam, ſi Religio, quæ eundem finem habet cum alia; ex eo, quòd ſpeciale aliquod medium perfectius, & ad finem conſequendum aptius dat, quàm alia; ea cenſetur perfectior, & præſtantior, non ſimpliciter quidem, & abſolutè, ſed, vt aſſertum eſt, reſpectu particularis illius inſtrumenti, & medij præſtantioris; quod eſt eſſentiale ſtatui Religionis: Ergò illa Religio, quæ media omnia ſtatui Religionis eſſentialia, conuenientiora, & aptiora dat ad aſſequendum finem; cenſenda perfectior, & præſtantior eſt. Et hæc eſt Minoritana Regula. Ipſa enim, non ſolum in paupertatis, (vt dictum eſt) verum etiam in caſtitatis, & obedientiæ voto; omnes aliàs, quæ cum ipſa circa fines conueniunt, antecellit. Idque inde patet:


Regula S. Franciſci eſt perfectior alijs.

Votum castitatis. Quia votum castitatis, in hac S. Francisci Regula, strictius esse dignoscitur, & finibus magis congruum, quàm in aliis quibusque Regulis Religionum omnium. Quandoquidem huius Regulæ professores, non solum vouent castitatem seruare, vt cæteri Religiosi: sed præ illis omnibus, etiam se ipsos voto astringunt, impedimenta euitare; quæ illos à pura prædictæ castitatis obseruantia impedire possunt. Hæc enim tria illis sub mortali culpa præcipiuntur: ne fiant scilicet compatres hominum, aut mulierum: Item, quòd non ingrediantur monasteria Monacharum: Insuper, quod non habeant suspecta mulierum cõsortia. Quibus plenè seruatis; clarum est, quòd satis liberi & expediti, huius Regulæ professores redduntur; ad Deo, & proximorum vtilitati vacandum. Vnde hoc medium, & essentiale instrumentum, cæteris, (quæ talia non iubent) perfectius esse dignoscitur; cùm ad fines propositos, magis proportionatum existat. Quod insuper obedientiæ votum, huiusce Regulæ professorum; cæterorum omnium Religiosorum obedientiam antecellat; inde est. Quia Minorum Fratrum obedientia generalissima est: nec nisi duobus limitibus limitata; qualis non est cæterorum. Professores enim Minoritanę Regulæ, sub districti præcepti vinculo suis prælatis obedire tenentur; non solum in iis, quæ promiserunt spe-

Votum obedientiæ in Regula S. Francisci.

cialiter in Regula obseruare: sed insuper in omnibus, quæ eis à suis Præpositis præcipiuntur: dummodo contra Deum, & Regulam non sint. Ait enim ipse Pater Sanctus. (Præcipio firmiter Fratribus vniuersis, vt obediant suis Ministris in omnibus, quæ promiserunt Deo obseruare; & non sunt contraria animæ, & Regulæ.) Quare Minorum obedientia strictior, & vniuersalior cæteris videtur, & per consequens cæteris altior. Vnde, (ni fallor) existimo concludi posse; ipsam Minoritanam Regulam, cum præ cæteris, (cum quibus in finibus conuenit) media congruentiora, & instrumenta aptiora ad fines prædictos assequendos tribuat, (vt ex prædictis satis intuentibus patere poterit) cæteris vtique altiorem, præstantiorem, & perfectiorem existere. Et ideò nos Minores Fratres decet, illam maximè venerari, ardenti affectu amplexari, perpetua meditatione ruminare, neruosque omnes intendere, ad eam legitimè seruandam. Cap. 10.

AN IGNORANTIA Regulæ, & declarationum Pontificum excuset transgressores à culpa.



RDENS plané, in flammeo pectore Seraphici Patris nostri Francisci extitit desiderium; vt eam nobis præberet viuendi formam, qua plené seruata facilis nobis pateret accessus, ad Dei perfectam charitatem adipiscendam Nec minus ardens eiusdem voluntas fuit vt dilecti ipsius filii, tantæ Regulæ professores; eam perfectè agnoscere niterentur, de ea inter se mutuo confabularentur & secum illam semper haberent. Quod inde patet; nam sæpé sæpius ad hoc fratres suos hortabatur, & in fine primæ Regulæ scriptum reliquit. Sciebat enim quod quilibet huius Regulæ professor, ipsam propria culpa ignorans, & ex ignorantia, eius præcepta transgrediens; iusto Dei iudicio tandem ignorandus à Deo erat. Iuxta illa oracula: Si quis auté ignorat, ignorabitur, & Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Non enim minus perit, qui clausis oculis perit; quam qui appertis. Nam licet (S. Augustino teste) ignorantium peccata minora

1.Cor.14. Rom.2. De cont. adult.

ſint peccatis ſcientium: non tamen animæ mors euaditur, ſi contra Dei legem, vel alia obligatoria ad ſalutem, ſecundum proprium vniuſcuiuſque ſtatum, perpetrentur.

2 Nulli enim dubium eſt quemlibet ad ea ſciendum teneri; ad quæ ſeruanda, voto ſe aſtringit Quia nullus ea ſeruare, vt tenetur, & adimplere vnquam poterit que ignorat. Finis enim, ſecundum omnium ſententiam, neceſſitatem ipſis imponit mediis; ſine quibus finis ipſe haberi non poteſt. Modo ſi religioſus ſuam tenetur Regulam ſeruare, quam vouit; neceſſarium vtique erit ei, dictæ Regulæ obligatoria peragnoſcere, & modum impletionis eorum: cum abſque illorum agnitione, minimè valeat eam obſeruare. Et ſicut nullus excuſabitur Chriſtianus, ſi propria culpa, que ad legem Chriſtianam neceſſario pertinent, notabiliter ignorauerit Ita nec profeſſus Religioſus, ſi propria culpa obligatoria Regulæ non agnouerit, & ob id fecerit contra illa excuſabitur aliquando. Tenetur ergo quilibet frater Minor, ſicut, & cœteri Religioſi, ſcire, vel ſaltem laborare ad ſciendum, ſuæ obligatoria Regulæ, & declarationes pontificum; quæ ad verum Regulæ intellectum ſunt neceſſariæ Ne ignorans culpabiliter, iuſté ignoretur à Deo.

Ignorantia præceptorum non excuſat.

3 Pro quo ſcias, triplicem eſſe igno-

Quotuplex eſt ignoran.

rantiam ; vnam ſcilicet omninò inuoluntariam ; aliam omninò voluntariam ; & aliam partim voluntariam, & partim inuoluntariam. Ea , quæ omnino voluntaria eſt, in eis eſt , qui ſcire non poſſunt : cuiuſmodi ſunt infantes, à natura dementes, & inſenſati ; & demum , qui nec per ſeipſos , nec per alios inſtrui poterunt. Quæ omnino eſt voluntaria , in eis eſt , qui ſcire poſſunt ; & tamen nolunt. Quæ verò partim voluntaria partim inuoluntaria eſt , in eis inuenitur ; qui ſcire poſſunt , & vellent ; & tamen negligunt. Prima ergo , quæ omnino inuoluntaria eſt, licet pæna ſeu aliquis defectus ſit ; culpa tamen non eſt, nec peccatum. Quaniam vt omnibus confeſſum eſt ; omne peccatum , intantum peccatum eſt inquantum eſt voluntarium. Et quia huiuſmodi ignorantia omnino inuoluntaria eſt ; ideo totaliter peccatum excuſat : Et hæc eſt, quæ inuincibilis appellatur : quia nullo modo vinci poteſt. Quare vt de infantibus , & dementibus taceam , de quibus ſatis conſtat , ignorantiam ipſam vincere , & depellere eos minimè poſſe ; Si quis deſiderat & diligenter quærit , & laborat , ea quæ ſibi ad ſalutem neceſſaria ſunt , peragnoſcere ; & tamen id conſequi non poteſt , quia non eſt qui eum de illis

Gersō Alphabet: 31

August. 1 retract. cap. 1. Lib. 2. Et. distinct. 41.

Ignorantia inuincibilis quę

instruat, nec ipse per se ipsum ad id sufficiens est : totaliter immunis, & liber erit à culpa. Quia huiusmodi ignorantia omnino inuoluntaria est, & inuincibilis. Nec per ipsum stetit, sed fecit quod in se erat; ad agnoscenda necessaria.

Ignorantia affectata.

Secunda quæ omnino voluntària est, quæ in eis est vt diximus, qui scire possunt, & nolunt; veré culpa & peccatum est. Nec id dico ratione ipsius ignorantiæ in se; quoniam ignorare per se sumptum, nullum peccatum est: sed ratione peruersæ voluntatis ignorandi ea, quæ ad salutem necessaria sunt. Nec enim solum-modò peccatum est, aliquem velle actum malum culpæ; sed etiam velle malum pœnæ seu defectus, ordinantis ad culpam : qualis est ignorantia eorum, quæ necessariò sciri debent ad salutem. Quare, quando qui, voluntariè sibi elegit, nolle ea scire quæ necessariò scire tenetur, secundum statum & professionem suam; ea quæ fugit audire, vt sic liberius absque remorsu conscientiæ viuere possit: nullatenus, per ignorantiam peccando, excusabitur à culpa. Quoniam, si talis ignorantia aliqualiter excusare videatur inquantum ignorantia est, & ex ignorātia peccatum; aggrauat tamen culpam: in quantum est volita, & affectata. Vnde tantum aggrauat, quantum excu-

ſat. Ex quò dici conſueuit, quòd in nullo excuſabitur, nec in alio eius culpa minuetur; qui per ignorātiā affectatam peccauerit. Cum voluntariè ſibi ipſi ignorantiæ tenebras elegerit, ne ea agnoſceret, quæ neceſſariò ad ſalutem ſcire tenebatur. De quo dixit propheta. Noluit intelligere, vt benè ageret, & ſanctus Bernardus in lib. de 12. gradibus ait. Fruſtra ſibi de ignorantia blandiuntur; qui vt liberius peccent, libenter ignorant.

Pſal. 35.
S. Bern.

Ignoratia craſſa, & ſupina.

Tertio quæ partim voluntaria, partim inuoluntaria eſt; quæ in illis inuenitur qui ſcire poſſunt, & volunt: & tamen ex pigritia ſcire negligũt. Hæc enim licet ex parte à culpa tranſgreſſorem excuſet, vt ſ. non ita graue ſit peccatum per ignorantiam cõmiſſum, ſicut eſſet ſi per ignorantiam non fieret, ſed ex certa ſcientia; totaliter tamen à culpa non excuſat; ſed tantum grauitatẽm in aliquo diminuit. Nam licet huiuſmodi ignorantia propriè non ſit volita, immò quodammodò diſplicens; inquantum tamen ex defectu hominis, & ex ſua negligentia venit quod ipſe ſcientiam eorum non habet, cum habere poſſit, quæ ſcire tenetur, & quæ ſibi ſunt ad ſalutem neceſſaria: quodammodò voluntariè hanc ignorantiam habere videtur. Nam licet a voluntate efficiente, ſeu aprobãte non ſit; à voluntate tamen omittente, procedit. Quæ interpretatiuè voluntas efficiens, licet non propriè

& verè

&vetè, esse dignoscitur. Et ideò non a toto, seu totaliter excusat a culpa; sed à tanto, seu aliqualiter. Quia illud, quod à voluntario diminuit; à peccati grauitate minuit. Hinc est, quod dici consueuit: Quod ignorantia crassa, & supina, Quæ tunc crassa & supina est: quando quis ex notabili negligentia, non quærit scire ea: quæ necessariò secundum statum suum scire tenetur. Vnde licet grauitatem peccati diminuat, non tamē tollit, quin mortale peccatum sit, trangressio eius: quod necessariò ad salutem seruari debet. Vnde Chrysost. super Matth. inquit: Non potest eis esse excusatio condemnationis, ignorantia veritatis, quibus fuit inueniendi facultas, si fuisset quærendi voluntas.

Professi non omnes æqualiter tenentur omnia scire.

4 Notandum tamen est, quód licet nulli professo liceat notabiliter Regulam, et declarationes prædictas ignorare: non tamen omnes ex æquo illa scire tenentur, sed quilibet secundum statum proprium & qualitatem personæ. Iuuenis enim & frater indoctus, non tenetur tot scire, quot pater antiquus, aut doctus, aut prælatus. Similiter qui est hebes à natura, non tenetur quantum ingeniosus. Sufficit Fratribus iuuenibus, & his qui idiotæ sunt, ea scire quæ communiter tractantur ab eis. Et quæ ad pecuniam, & nostram pertinent paupertatem. Et generalia agnoscere præcepta absque aliis Regulæ sub-

Cord. in introducit. q. 4.

Prælati quæ scire teneantur. tilitatibus: dummodò sint parati humiliter se subijcere iudicio maiorum circa ea omnia; quæ facere tenentur Prælati autem præsertim docti, tenentur, vltra prædicta, scire ea omnia, quæ communiter contingere solent in eorum officio; quæ nam in præcepto sint, quæve non; & quomodo tractanda sunt secundum Regulæ puritatem. Et etiam scire tenentur dictæ Regulæ subtilitates; & casus communiter accidentes. Et tenentur studere, & ad debitè docendum ignorantes: puram ipsius Regulæ obseruantiam. Quod si ipsi prælati fuerint indocti; & viderint, quòd ex ignorantia culpabiliter à suis subditis, contra Regulam, aut contra ius diuinum, vel Ecclesiastica præcepta peccatur; tenentur ex officio diligenter procurare vt ipsi Fratres idiotæ per alios doctos instruantur. Ne ipsorum prælatorum negligentia, & culpa; tenebras ignorantiæ sectando, finaliter pereant, & corruant in interitium. *Bern. de contemptu mundi.* Non enim, (vt S. Ber. dicit de contemptu mundi) excusare ignorantia poterit hominem; qui se magistrum infantum, & doctorem insipientium profitetur. Eo enim ipso quo prælati munus quis accipit; se talem Magistrum, & doctorem per se, vel per alium profitetur. Quarè non excusabitur; si eius culpa commissi sibi subditi, ob ignorantiam lætaliter peccabunt.

5. Immo & fratres docti, licet prælati nō sint, studere vtique tenentur; vt ignaros, & idiotas fratres, tali doctrinæ pane indigente, cibare, & instruere possint. Nā, sicut pro releuanda extrema proximi necessitate tenetur quisque cum occurerit, esse sollicitus, vt habeat, vnde pro tunc illius necessitati prouideat, vt inquit Sanct. Thomas & Adrianus: tantò magis id erit necessarium pro releuanda spirituali ipsius proximi necessitate.

Fratres docti quid facere debent.

Tho. 2. 2. q. 187 artic 3.

Adrian. 4 sent. de correct. Frat.

6. Et si contra prædicta arguatur, quòd simplices Religiosi, qui viuunt sicut literatos, & prædicatores Ordinis viuere cernunt; non videntur posse de peccato damnari; etiam si ignoranter ipsam transgrediantur Regulam. Quoniam S. Gregorius primo moralium exponendo illa sacræ Scripturæ verba. [Boues arabant, & asinæ pascebãtur iuxta illos] inquit, quod simplices, per asinos significati, pasci debēt in fide, & cogitatione Prælatorū, & doctorū, qui intelliguntur per boues, doctrinam scilicet: vitamque maiorum sectando. Quandoquidem credendum non est doctos propriæ salutis fore immemores, precipuè cum sic doceant verbo prout & ipsi viuunt. Respondetur, quod multi possunt esse in ordine literati scientiarum naturalium, aliarumve facultatum, qui non sunt docti de pertinentibus ad Regulam. Et hi non tanquam docti, sed velut indocti in hoc negotio

Obiectio

Primo moral. Iob. 1.

Solutio.

Docti sunt in duplici differentia.

habendi sunt, ex quò de sensu regulæ non gustarunt.

Alij docti esse possunt de pertinentibus ad Regulam, & eorum professionem, quales esse debent omnes prælati, prædicatores, & literati ordinis. Et de his dico, quòd tutò possunt, & sequi debent, eorum doctrinam, dum non constat, quòd contra Regulam, aut veritatem doceant. Iuxta Christi Domini sententiam, Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei, quæcumque dixerint vobis, seruate, & facite. Quibus verbis nos admonet, quòd literatorum & legis, & scripturarum habentium ministerium, doctrinam, & veritatem, quam nos docent, sequi tenemur. Sed non tenemur, nec debemus, nec vtique possumus, eorum sequi doctrinam, si contra veritatem sufficienter agnitam, nos instruant Tunc enim non secundum Cathedram Moysi docent, (quæ est cathedra veritatis (sed secundum Cathedram erroris. Itaque simplices Religiosi, qui maiorum suorum doctrinam sequuntur, pura intentione, & animo semper parato, obediendi veritati, quamdocumque eis constiterit: tuti in conscientia viuunt. Et excusantur apud Deum, si per ignorantiam offenderint: cum per eos non stet, quin velint agnoscere veritatem, & obligatoria suo statui. Non tamen excusarentur si sequerentur vitam, & mores talium prælatorum, & literatorum

Matt. 23.

Cathedra Moysi, quid. Fratres idiotæ quos imitari tenentur.

Dixit Adrian. quod l. 1. art. 3. fol. 14.

quos relaxatè,& fine zelo Regulæ,& eorum professionis viuere peragnoscerent. Quoniam non vitam, & mores talium vouerunt,sed S. Francisci Regulam. Et Christus Dominus,licèt docuerit simplices, quòd debeant sequi Doctrinam habentium ministerium scripturarum; secundùm tamen eorum vitam relaxatam, debere viuere; penitùs vetuit.Secundùm opera (inquit ipse) eorum nolite facere. Sed si huiusmodi simplices Fratres, & idiotæ aliquam ignorãtes veritatem,simplici,& bono animo sequãtur vitam illorum doctorum & prælatorum, quos rationabiliter existimant bonos, & sollicitos propriæ salutis: excusarentur vtique sequendo vitam,& exempla illorum;modo æstiment, quòd illi benè norunt, & sciunt,quid faciunt;& quòd non ita viuerent,nisi essent certi,quòd sic licet viuere. In dubiis enim vita, & exemplum bonorum,sufficit pró regula viuendi simplicibus. Et hoc dicere voluit S.Gregorius loco præallegato. Et est Doctrina S. Augustini;quam Gerson maximè commendat, & sequitur, Tom.2. Alphab.31. Resolutoriè ergo dicimus,quòd licètignorantia inuincibilis excuset; supina tamen, seu crassa ignorantia, multo magis affectata, culpabilis est; & non excusat à mortali, si contra obligatoria fiat.

Matt. 23

S. Greg.
S.Aug.

QVID SIT VIVERE SEcundum Regulæ puritatem.

SI necessarium est cunctis, alicuius Regulæ professoribus, vt agnoscant, vel (vt supra diximus) agnoscere studeãt, puram ipsius Regulæ mentem, & intellectum, vt in ipsius pura post modùm obseruantia viuere vtiliter possint: Videndum est nobis, si viuendo Fratres Minores, secundùm declarationes Pontificum, & secundùm glossas Doctorum approbatorum, quas super ipsam, Regulam ediderũt, certi esse possint, quòd plenè ipsam Regulam seruant, secundùm suam puritatem, & ad mentem, & simplicem intentionem conditoris? An verò, necessariò, sit ad literam, absque vlla glossa seruanda? Pro resolutione dictorum.

Nota primò, Papa approbat & improbat Reg. Religiosorum.

1. Primò notandum est, quòd ad Ecclesiam, & papam simul, & per se spectat omnes Regulas, & Religiones in Dei Ecclesia approbare, vel improbare: confirmare, vel infirmare: declarare, limitare, mitigare, & etiam arctare; vt in sacris habetur canonibus. Nam cùm Papa supremum perfectionis gradum in Ecclesia teneat, ipse solus habet alijs ostendere viam perfectionis prædictæ, & eius decretis circa prædicta est standum. Ideò S. Fran-

cifcus pro fundamento fuo, & fuæ facræ Religionis, obedientiam Papæ & S. Romanæ Ecclefiæ habere voluit. Vndè in principio Reg. cap. 1. dicit. (Frater Francifcus promittit obedientiam, & reuerentiam D. Papæ Honorio, & fucceffforibus fuis canonicè intrantibus, & Ecclefiæ Romanæ.) Eandemque Regulam claudit, eadem ad fanctam Ecclefiam fubiectione. (Vt femper fubditi, & fubiecti pedibus eiufdem Sanctæ Ecclefiæ, ftabiles in fide Catholica &c.) Et fciens, quòd ipfa Regula, non vtique vera Regula obferuabilis, & obligatoria effet, fine authoritate, & confirmatione Sedis Apoftolicæ: ideò ab eadem Sede approbationem, & confirmationem humilibus precibus requifiuit: eiufdem determinationi, & difpofitioni illam in omnibus fupponendo. Nec opofitum velle, vllo modo poterat, quandoquidem (vt fupra dictum eft) apud Papam, & Ecclefiam plena approbandi, & improbandi, declarandi &c. omnes in Dei Ecclefia regulas, authoritas refidet.

Cap. fin. de Relig. do. &c. vnico eo. tit. lib. 6.

Ecclefia eft fundamentum Relig. S. Francifci cap. vlt.

Panhor. in c fin. de relig. domibus. Aug. tit. Religiofus nu. 2.

2 Notandum eft fecundò quòd non prohibētur Doctores, hanc S. Frācifci Regulam declarare & interpretari, prout Hugo in prologo fuper Regulam, afferit. Et hoc fatis rationabile videtur. Quoniam Minoritana Regula non eft maioris authoritatis quam Chrifti Euangelium, & Diuina fcriptura. Et fi ab Ecclefia acceptan-

tur, admittuntur glossæ, & expositiones Doctorum, quæ non distrahunt, neque alterant verum ipsius sacræ scripturæ sensum; quomodò non acceptabit & recipiet glossas, & declarationes Doctorum super prædictam Regulam; quando ipsius Regulæ menti, & intentioni sint conformes, & diuinæ legi, naturali, & Pontificiæ non contradicant? Et quomodò, aliquandò fuissent ausi S. Bonau. Sancti Bern. Alex. Alensis, Hugo, & ceteri grauissimi Doctores prædictam Regulam declarare; si prius id eis licere non agnouissent? Hoc verissimum est (iuxta diuinas literas) quòd nullus temerariè debet proprio inniti sensui in his, quæ ad salutem spectant. Sed sequenda, & amplexanda est veritas, secundùm nobis traditas à maioribus nostris intelligentias; & alij qui in rebus fidei, & morum, extiterunt magistri. Vndè dicitur, Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Et iterum Ne tansgrediaris terminos, quos posuerunt patres tui. Et idem legitur in sacris Canonibus. Necessarium ergo fuit, ne liberum cuilibet esset, arbitratu suo, & secundum propriam sententiam Sancti Francisci Regulam intelligere, & seruare; has esse glossas, & declarationes summorum Pontificum, & probatorum Doctorum, per quas nobis

Deut. 22. *Prou. 22.* *c. Relatum, d. 37*

verus, & simplex dictæ Regulæ intellectus ad mentem conditoris innotesceret.

3 Aduertendum tamen est, quòd declarationes Pontificum super Regulam, præ cæteris Doctorum omnium expositionibus, maiori existimatione, & veneratione habendæ sunt. Quoniam ad eos (vt diximus) pertinet verum, & simplicem Regulę intellectum aperire Et declarationes Pontificum, siue super Diuinam scripturam, siue super canones, siue super Regulas, aut aliud huiuscemodi sint; maioris sunt auctoritatis, quàm declarationes Doctorũ. Pontificum enim (vt sic) declaratio; omnes obligat ad eius obseruantiam. Nec aliter dicere, vel docere, Doctores possunt; quàm ipsi Pontifices (vt sic) dixerunt. Et in vtroq; foro, eorum declaraionibus absque vlla contradictione, humiliter subiacere tenemur.

Declarationes Pontificum quanti valeant

4 Doctorum verò expositio, non tantæ est auctoritatis, quoniam posset (vt sæpe fit) contra aliquorum ipsorum sententias insurgi, aliquibus fundamentis, & rationibus validis. Vt latius de hoc Augustinus Anconitanus deposita Pon cap. 9. & cap. 67. videri potest. Verùm contra vnanimem Doctorum sententiam insurgere, & contra illam determinare: nonnisi temerarium est: vt per sacrum Trid. Concilium sessione 4. cap. de editione sacrorum librorum, decernitur.

Expositiones Doctorum quanti valeant.

Sol. quæsiti. *Viuere secundum Regulæ puritatem quid sit.*

5 His suppositis, tutò responderi potest, ad quæsitum, quòd viuendo secundum declarationes Pontificum, & Doctorum approbatorum idem cum Pontificibus sentientium, est viuere secundum Regulæ puritatem. Et per declarationes Pontificum, nullam hic Pontificiam intelligimus dispensationem, quæ est relaxatio legis obligantis, sed meram expositionem. Et simplicem volumus declarationem intelligi, quæ nihil aliud, quàm elucidatio, claraque manifestatio sensuum est occultorum. Ratio autem quarè secundum has declarationes viuendo, sit viuere secundum Regulæ puritatem, hæc est: Quia tunc Regula secũdùm suam puritatem seruatur, quando secundum verum sensum principaliter ab eius institutore intentum, à professoribus viuitur Id autẽ fit, quando secundum declarationes Papales, & eisdem correspondentes probatorum Doctorum expositiones viuitur. Quia ad ipsos (vt dictum est) Pontifices spectat, mentem instituentium Religiones patefacere, vt ex prænotatis habetur. Ergò in tali obseruantia, est puritas, & perfectio Regulæ. Qui verò aliter dixerit, necessariò fateri cogitur, vel quòd Ecclesia in tali ipsius Regulæ interpretatione, aberrarit, interpretando illam contra mentem instituentis. Quod impium, & erroneum est. Vel, quòd nobis occasionem præbeat, à Regulæ perfectio-

ne recedendi, si ex proposito sine vlla rationabili causa, aliquid de ipsius Regulæ perfectione subtraxit. Quod asserere, etiam impium probatur. Quoniam Ecclesia à perfectigne non retrahit, sed magis ad illam iuuat, & inuitat.

6 Sed fortè instabis, quòd nullo modo glossæ, & expositiones super hanc Regulam admittendæ sunt, quoniam fuere prohibitæ à Christo. Sic enim historialiter legitur, quòd dum B. Franciscus ac alter Moyses iterum montem, fontis Polumbæ propè Reate ascendisset, à Christo Domino Regulam, quam fratris Heliæ malitia (cui Sanctus Pater de monte descendens tanquam suo Vicario seruandam tradiderat) destruxit, oratione, & ieiunio denuò impetraturus, Venerunt ad ipsum, idem frater Helias, Ministri, & custodes quam multi diuersarum Prouinciarum cum suis sequacibus. Protestantes, quòd Regulam, quam nimis arduam (prout audierant) & supra eorum vires obseruandam vellet eis dare, pro seipso, & non pro eis faceret. Quoniam nolebant ad illam obligari, cum satis, & superabundè eorum infirmitati sufficeret, promissa seruare. Quodque condescensione magis, & dispensatione eorum infirmitas, & fragilitas egebat, quàm ad maiora, & perfectiora se obligare. Et ipso Beato patre, oculis ad cœlum *Obiectio historialis*

Auctor. conform. confor. 9. fol. 77, & nouæ impressionis fol. 110.

leuatis, acclamante, Domine, nonne bene dixi tibi, quòd ipsi non crederent mihi? Audita ab illis omnibus fuit maximo cũ eorum stupore, & tremore, è cœlo vox, dicens, Francisce nihil est in Regula de tuo, sed totum est meum, quidquid ibi est. Et volo, quòd Regula seruetur ad literam, ad literam, ad literã, sine glossa, sine glossa, sine glossa Et idẽmet, Pater Sanctus, antequam Deo Spiritũ redderet, expresse qualis circa hoc sua esset intẽtio, in suo testamento declarauit: vt scilicet sine vlla glossa seruetur: [Sicut (inquit ipse) Dominus dedit mihi purè, & simpliciter dicere, & scribere Regulam, ita simpliciter, & purè sine glossa intelligatis, & cum sancta operatione obseruetis.] Respondeo, quòd illis verbis, sine glossa, sine glossa, sine glossa, nequaquam voluit Christus Dominus suis prohibere Vicarijs, & successoribus Petri, ne glossas, seu declarationes supra dictam Regulam facerent, quæ ipsius puram mentem, simplicemque intellectum ostenderent. Nec minus ipse Sanctus Franciscus illis verbis (sine glossa intelligatis) voluit aliquandò, prout nec velle poterat, legem ponere Pontificibus, & Ecclesiæ, ne eius possent Regulam declarare, cum illam (vt par erat) pedibus Sedis Apostolicæ, & determinationi supposuisset. Sed Christus illa è cœlo voce, & Sanctus Franciscus illis verbis in suo

Sol. obiectionis.

Sine glossa obseruare Regulam quid sit.

teſtamento (ſineglosſa) nil aliud prohibuerunt; niſi glosſas extortas, & declarationes irrationabiles, & Regulæ puritati, & ſimplicitati contrarias. Non autem illas, quæ purum ipſius Regulæ intellectum demonſtrant, & elucidant. Nec per illa verba [ad literam, ad literam, ad literam] cenſendus eſt Chriſtus voluiſſe; vt, ſecundum corticem, & ſimplicem ſonum verborum, (ſicut Iudæi diuinam intelligunt, & interpretantur ſcripturam) ipſa Regula intelligatur. Quoniam ſæpe verus ſenſus, & vera rei intelligentia amittitur; dum ſolùm ad proprietatem verborum attenditur. Et (Sancto Hilario teſte) intelligentia, & veritas propoſitionum, non à proprietate verborum, ſed ex cauſis, ob quas talia verba dicuntur; hauriri debet. Quoniam non res ſermoni; ſed ſermo, & voces rei debent inſeruire.

Hilarius lib. 4 de Trinit. & c. Intelligentia de verb. ſig.

Sic enim ipſi ait. [Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi; quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus: Nam plerunque, dum proprietas verborum attenditur, ſenſus veritatis amittitur.) Patet hoc; Quia ſi ad literam, prout verba ſonant, Regula eſſet obſeruanda; non liceret Guardianis aliquos ad ordinem recipere, de licentia Miniſtrorum; cum ipſis tantum Miniſtris (vt in ſecundo capite patebit) ad Ordinem

habendi ſunt, ex quò de ſenſu regulæ non guſtarunt.

Alij docti eſſe poſſunt de pertinentibus ad Regulam, & eorum profeſſionem, quales eſſe debent omnes prælati, prædicatores, & literati ordinis. Et de his dico, quòd tutò poſſunt, & ſequi debent, eorum doctrinam, dum non conſtat, quòd contra Regulam, aut veritatem doceant. Iuxta Chriſti Domini ſententiam, Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſei, quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite. Quibus verbis nos admonet, quòd literatorum & legis, & ſcripturarum habentium miniſterium, doctrinam, & veritatem, quam nos docent, ſequi tenemur. Sed non tenemur, nec debemus, nec vtique poſſumus, eorum ſequi doctrinam, ſi contra veritatem ſufficienter agnitam, nos inſtruant Tunc enim non ſecundum Cathedram Moyſi docent, (quæ eſt cathedra veritatis (ſed ſecundum Cathedram erroris. Itaque ſimplices Religioſi, qui maiorum ſuorum doctrinam ſequuntur, pura intentione, & animo ſemper parato, obediendi veritati, quamdocumque eis conſtiterit: tuti in conſcientia viuunt. Et excuſantur apud Deum, ſi per ignorantiam offenderint: cum per eos non ſtet, quin velint agnoſcere veritatem, & obligatoria ſuo ſtatui. Non tamen excuſarentur ſi ſequerentur vitam, & mores talium prælatorum, & literatorum

Matt. 23.

Cathedra Moyſi, quid. Fratres idiotæ quos imitari tenentur.

Dixit Adrian. quod l. 1. art. 3. fol. 14.

quos relaxatè, & sine zelo Regulæ, & eorum professionis viuere peragnoscerent. Quoniam non vitam, & mores talium vouerunt, sed S. Francisci Regulam. Et Christus Dominus, licèt docuerit simplices, quòd debeant sequi Doctrinam habentium ministerium scripturarum; secundùm tamen eorum vitam relaxatam, debere viuere; penitùs vetuit. Secundùm opera (inquit ipse) eorum nolite facere. Sed si huiusmodi simplices Fratres, & idiotæ aliquam ignorātes veritatem, simplici, & bono animo sequātur vitam illorum doctorum & prælatorum, quos rationabiliter existimant bonos, & sollicitos propriæ salutis: excusarentur vtique sequendo vitam, & exempla illorum; modo æstiment, quòd illi benè norunt, & sciunt, quid faciunt; & quòd non ita viuerent, nisi essent certi, quòd sic licet viuere. In dubiis enim vita, & exemplum bonorum, sufficit pró regula viuendi simplicibus. Et hoc dicere voluit S. Gregorius loco præallegato. Et est Doctrina S. Augustini; quam Gerson maximè commendat, & sequitur, Tom. 2. Alphab. 31. Resolutoriè ergo dicimus, quòd licèt ignorantia inuincibilis excuset; supina tamen, seu crassa ignorantia, multo magis affectata, culpabilis est; & non excusat à mortali, si contra obligatoria fiat.

Matt. 23

S. Greg.
S. Aug.

QVID SIT VIVERE SEcundum Regulæ puritatem.

SI necessarium est cunctis, alicuius Regulæ professoribus, vt agnoscant, vel (vt supra diximus) agnoscere studeāt, puram ipsius Regulæ mentem, & intellectum, vt in ipsius pura post modùm obseruantia viuere vtiliter possint: Videndum est nobis, si viuendo Fratres Minores, secundùm declarationes Pontificum, & secundùm glossas Doctorum approbatorum, quas super ipsam, Regulam ediderūt, certi esse possint, quòd plenè ipsam Regulam seruant, secundùm suam puritatem, & ad mentem, & simplicem intentionem conditoris? An verò, necessariò, sit ad literam, absque vlla glossa seruanda? Pro resolutione dictorum.

Nota primò, Papa approbat & improbat Reg. Religiosorum.

1. Primò notandum est, quòd ad Ecclesiam, & papam simul, & per se spectat omnes Regulas, & Religiones in Dei Ecclesia approbare, vel improbare: confirmare, vel infirmare: declarare, limitare, mitigare, & etiam arctare; vt in sacris habetur canonibus. Nam cùm Papa supremum perfectionis gradum in Ecclesia teneat, ipse solus habet alijs ostendere viam perfectionis prædictæ, & eius decretis circa prædicta est standum. Ideò S. Fran-

ciſcus pro fundamento ſuo, & ſuæ ſacræ Religionis, obedientiam Papæ & S. Romanæ Eccleſiæ habere voluit. Vndè in principio Reg. cap. 1. dicit. (Frater Franciſcus promittit obedientiam, & reuerentiam D. Papæ Honorio, & ſucceſſoribus ſuis canonicè intrantibus, & Eccleſiæ Romanæ.) Eandemque Regulam claudit, eadem ad ſanctam Eccleſiam ſubiectione. (Vt ſemper ſubditi, & ſubiecti pedibus eiuſdem Sanctæ Eccleſiæ, ſtabiles in fide Catholica &c.) Et ſciens, quòd ipſa Regula, non vtique vera Regula obſeruabilis, & obligatoria eſſet, ſine authoritate, & confirmatione Sedis Apoſtolicæ: ideò ab eadem Sede approbationem, & confirmationem humilibus precibus requiſiuit: eiuſdem determinationi, & diſpoſitioni illam in omnibus ſupponendo. Nec opoſitum velle, vllo modo poterat, quandoquidem (vt ſupra dictum eſt) apud Papam, & Eccleſiam plena approbandi, & improbandi, declarandi &c. omnes in Dei Eccleſia regulas, authoritas reſidet.

Cap. fin. de Relig. do. &c. vnico eo. tit. lib. 6.

Eccleſia eſt fundamentum Relig. S. Franciſci cap. vlt.

Panhor. in c fin. de relig. domibus. Aug tit. Religioſus nu. 2.

2 Notandum eſt ſecundò quòd non prohibẽtur Doctores, hanc S. Fräciſci Regulam declarare & interpretari, prout Hugo in prologo ſuper Regulam, aſſerit. Et hoc ſatis rationabile videtur. Quoniam Minoritana Regula non eſt maioris authoritatis quam Chriſti Euangelium, & Diuina ſcriptura. Et ſi ab Eccleſia acceptan-

tur, admittuntur glossæ, & expositiones Doctorum, quæ non distrahunt, neque alterant verum ipsius sacræ scripturæ sensum; quomodò non acceptabit & recipiet glossas, & declarationes Doctorum super prædictam Regulam; quando ipsius Regulæ menti, & intentioni sint conformes, & diuinæ legi, naturali, & Pontificiæ non contradicant? Et quomodò, aliquandò fuissent ausi S. Bonau. Sancti Bern. Alex. Alensis, Hugo, & ceteri grauissimi Doctores prædictam Regulam declarare; si prius id eis licere non agnouissent? Hoc verissimum est (iuxta diuinas literas) quòd nullus temerariè debet proprio inniti sensui in his, quæ ad salutem spectant. Sed sequenda, & amplexanda est veritas, secundum nobis traditas à maioribus nostris intelligentias; & alij qui in rebus fidei, & morum, extiterunt magistri. Vndè dicitur, Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Et iterum Ne tansgrediaris terminos, quos posuerunt patres tui. Et idem legitur in sacris Canonibus. Necessarium ergo fuit, ne liberum cuilibet esset, arbitratu suo, & secundum propriam sententiam Sancti Francisci Regulam intelligere, & seruare; has esse glossas, & declarationes summorum Pontificum, & probatorum Doctorum, per quas nobis

Deut. 32.
Prou. 22.
c. Relatum, d. 37

vetus, & simplex dictæ Regulæ intellectus ad mentem conditoris innotesceret.

3 Aduertendum tamen est, quòd declarationes Pontificum super Regulam, præ cæteris Doctorum omnium expositionibus, maiori existimatione, & veneratione habendæ sunt. Quoniam ad eos (vt diximus) pertinet verum, & simplicem Regulę intellectum aperire Et declarationes Pontificum, siue super Diuinam scripturam, siue super canones, siue super Regulas, aut aliud huiuscemodi sint; maioris sunt auctoritatis, quàm declarationes Doctorũ. Pontificum enim (vt sic) declaratio; omnes obligat ad eius obseruantiam. Nec aliter dicere, vel docere, Doctores possunt; quàm ipsi Pontifices (vt sic) dixerunt. Et in vtroq; foro, eorum declaraionibus absque vlla contradictione, humiliter subiacere tenemur.

Declarationes Pontificum quanti valeant

4 Doctorum verò expositio, non tantæ est auctoritatis, quoniam posset (vt sæpe fit) contra aliquorum ipsorum sententias insurgi, aliquibus fundamentis, & rationibus validis. Vt latius de hoc Augustinus Anconitanus deposita Pon cap. 9. & cap. 67. videri potest. Verùm contra vnanimem Doctorum sententiam insurgere, & contra illam determinare: nonnisi temerarium est: vt per sacrum Trid. Concilium sessione 4. cap. de editione sacrorum librorum, decernitur.

Expositiones Doctorum quanti valeant.

Sol. quæsiti.
Viuere secundum Regulæ puritatem quid sit.

5 His suppositis, tutò responderi potest, ad quæsitum, quòd viuendo secundum declarationes Pontificum, & Doctorum approbatorum idem cum Pontificibus sentientium, est viuere secundum Regulæ puritatem. Et per declarationes Pontificum, nullam hic Pontificiam intelligimus dispensationem, quæ est relaxatio legis obligantis, sed meram expositionem. Et simplicem volumus declarationem intelligi, quæ nihil aliud, quàm elucidatio, claraque manifestatio sensuum est occultorum. Ratio autem quarè secundum has declarationes viuendo, sit viuere secundum Regulæ puritatem, hæc est: Quia tunc Regula secūdùm suam puritatem seruatur, quando secundum verum sensum principaliter ab eius institutore intentum, à professoribus viuitur Id autē fit, quando secundum declarationes Papales, & eisdem correspondentes probatorum Doctorum expositiones viuitur. Quia ad ipsos (vt dictum est) Pontifices spectat, mentem instituentium Religiones patefacere, vt ex prænotatis habetur. Ergò in tali obseruantia, est puritas, & perfectio Regulæ. Qui verò aliter dixerit, necessariò fateri cogitur, vel quòd Ecclesia in tali ipsius Regulæ interpretatione, aberrarit, interpretando illam contra mentem instituentis. Quod impium, & erroneum est. Vel, quòd nobis occasionem præbeat, à Regulæ perfectio-

ne recedendi, si ex proposito sine vlla rationabili causa, aliquid de ipsius Regulæ perfectione subtraxit. Quod asserere, etiam impium probatur. Quoniam Ecclesia à perfectigne non retrahit, sed magis ad illam iuuat, & inuitat.

6 Sed fortè instabis, quòd nullo modo glossæ,& ex positiones super hancRegulam admittendæ sunt, quoniam fuere prohibitæ à Christo. Sic enim historialiter legitur, quòd dum B. Franciscus ac alter Moyses iterum montem, fontis Polumbæ propè Reate ascendisset, à Christo Domino Regulam, quam fratris Heliæ malitia (cui Sanctus Pater de monte descendens tanquam suo Vicario seruandam tradiderat) destruxit, oratione, & ieiunio denuò impetraturus, Venerunt ad ipsum, idem frater Helias, Ministri, & custodes quam multi diuersarum Prouinciarum cum suis sequacibus. protestantes, quòd Regulam, quam nimis arduam (prout audierant) & supra eorum vires obseruandam vellet eis dare, pro seipso, & non pro eis faceret. Quoniam nolebant ad illam obligari, cum satis, & superabundè eorum infirmitati sufficeret, promissa seruare. Quodque condescensione magis, & dispensatione eorum infirmitas, & fragilitas egebat, quàm ad maiora, & perfectiora se obligare. Et ipso Beato patre, oculis ad cœlum

Obiectio historialis

Auctor. conform. confor. 9. fol. 77, & nouæ impressionis fol. 110.

leuatis, acclamante, Domine, nonne bene dixi tibi, quòd ipsi non crederent mihi? Audita ab illis omnibus fuit maximo cũ eorum stupore, & tremore, è cœlo vox, dicens, Francisce nihil est in Regula de tuo, sed totum est meum, quidquid ibi est. Et volo, quòd Regula seruetur ad literam, ad literam, ad literã, sine glossa, sine glossa, sine glossa Et idẽmet, Pater Sanctus, antequam Deo Spiritũ redderet, expresse qualis circa hoc sua esset intẽtio, in suo testamento declarauit: vt scilicet sine vlla glossa seruetur: [Sicut (inquit ipse) Dominus dedit mihi purè, & simpliciter dicere, & scribere Regulam, ita simpliciter, & purè sine glossa intelligatis, & cum sancta operatione obseruetis.] Respondeo, quòd illis verbis, sine glossa, sine glossa, sine glossa, nequaquam voluit Christus Dominus suis prohibere Vicarijs, & successoribus Petri, ne glossas, seu declarationes supra dictam Regulam facerent, quæ ipsius puram mentem, simplicemque intellectum ostenderent. Nec minus ipse Sanctus Franciscus illis verbis (sine glossa intelligatis) voluit aliquandò, prout nec velle poterat, legem ponere Pontificibus, & Ecclesiæ, ne eius possent Regulam declarare, cum illam (vt par erat) pedibus Sedis Apostolicæ, & determinationi supposuisset. Sed Christus illa è cœlo voce, & Sanctus Franciscus illis verbis in suo

Sol. obiectionis.

Sine glossa obseruare Regulam quid sit.

testamento (sine glossa) nil aliud prohibuerunt; nisi glossas extortas, & declarationes irrationabiles, & Regulæ puritati, & simplicitati contrarias. Non autem illas, quæ purum ipsius Regulæ intellectum demonstrant, & elucidant. Nec per illa verba [ad literam, ad literam, ad literam] censendus est Christus voluisse; vt, secundum corticem, & simplicem sonum verborum, (sicut Iudæi diuinam intelligunt, & interpretantur scripturam) ipsa Regula intelligatur. Quoniam sæpe verus sensus, & vera rei intelligentia amittitur; dum solùm ad proprietatem verborum attenditur. Et (Sancto Hilario teste) intelligentia, & veritas propositionum, non à proprietate verborum, sed ex causis, ob quas talia verba dicuntur; hauriri debet. Quoniam non res sermoni; sed sermo, & voces rei debent inseruire.

Hilarius lib. 4 de Trinit. & c. Intelligentia de verb. sig.

Sic enim ipsi ait. [Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi; quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus: Nam plerunque, dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur.) Patet hoc; Quia si ad literam, prout verba sonant, Regula esset obseruanda; non liceret Guardianis aliquos ad ordinem recipere, de licentia Ministrorum; cum ipsis tantum Ministris (vt in secundo capite patebit) ad Ordinem

Inconuenientia & absurda. recipiendi facultas tribuatur. Nec fratres licentiare, penitus inhabiles possent, qui venirent, vt reciperentur in Ordine. Cum Regulæ verba dicant, *Cap. 2.* *Cap. 4.* Quòd venientes ad Ordinem, mittantur ad Ministros. Nec item possent Guardiani necessatibus infirmorum, & Fratrum induendorum mediante pecunia prouidere: cum in ipsa Regula mandetur, vt Ministri tantum, & custodes id faciant. Nam constat, quòd custodes, alij sunt ad literam, à Guar- *Cap. 9.* dianis. Nec item posset aliquis ad prædicationis officium promoueri Generali Ministro longè agente, cum Regula ad literam mandet, quòd eiusmodi à Generali ministro examinentur. Quæ quàm absurda, & inconuenientia sint, non est, qui non agnoscat. Et ideò dicendum est, quòd illorum verborum (ad literam, ad literam, ad literam) intelligentia, & verus sensus hic est. Vt Regula hæc, secundum verum sensum, & simplicem intellectum principaliter in ipsa litera intentum obseruetur: non autem secundum literæ sonũ. Quod Pontificum expositiones faciunt: quia verum sensum, & simplicem Regulæ intellectum qui in litera continetur, elucidant, & demonstrant. Tenẽdum ergò est, quòd viuendo secundum Pontificum, & Doctorum approbatorum cum eisdem Pontificibus conue-

nientium, declarationes, seu glossas, sit viuere secundum Regulæ puritatem ad mentem sancti Francisci. Qui nos in omnibus, pedibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, subiectos esse voluit.

7 Obseruandum tamen est, quod declarationes Nicolai 3. Exiit, qui seminat &c. & Clementis V. Exiui de paradiso, & ea, quæ est Ioannis 22. Quorumdam exigit, præ cæteris sunt tenendæ, & obseruandæ. Nec valdè est curandum, de prioribus declarationibus factis à Gregorio 9. Innocentio 4. Alexandro 4. & Gregorio 11. quò ad ea de quibus tractant declarationes prædictæ Nicolai, Clementis, & Ioannis. Tum, quia quidquid boni erat in illis, maiori est claritate positum in declarationibus trium prædictorum Pontificum. *Decl. Nicolai, & Cle. quanti val at. De verb. sign in 6. in Clem. de verb. signific.*

Tum etiam, quia idem Nicolaus in dicta sua declaratione mandauit, vt prædecessorũ suorũ declarationibus postpositis, sua tantũ de cætero seruetur declaratio. Patet insuper ex dictis quòd de expositionibus Doctorũ super Regulã, & eorũ dictis, non est curandum in ijs, in quibus cum prædictis tribus declarationibus non conueniunt. Quoniam, vt supra dictum est, penes Pontifices residet auctoritas declarandi Regulas, & obligandi professores earum ad obseruandum illas secundum eorum declarationes: Et Doctorum expositiones quatenus obligare possunt, *§. Ad hoc à nonnullis.* *Doctores quando non sunt curandi.*

quatenus ipsorum Pontificum declarationibus sunt conformes.

Nota hoc. 8 Nec mirandum, quòd aliquæ sint Doctorum glossæ, quæ cum horum trium Pontificum declarationibus non conueniant: Quia eorum aliqui, vt puta quatuor Magistri, S. Bonauentura, Hugo, & alij ipsam Regulam sunt interpretati, ante horum trium Pontificum declarationes. Et ideò mirum non est: si in aliquo particulari aliter sint locuti; quàm postea à dictis Pontificibus sit dispositum. Aliqui verò, licet post prædictas declarationes extiterint; quia tamen (forte ex dictarum Pontificum declarationum inaduertentia) priores expositores secuti sunt: ideò sicut & illi contrà prædictas declarationes aliquid dixerunt. Quarè de eorum dictis nil curandum: quatenus Pontificijs declarationibus aduersantur. Sed iuxtà dictorum Pontificun expositiones, & glossas Doctorum cum illis concordantes; Regula obseruanda est. Quod vtique, viuere est secundum Regulæ puritatem, ad mentem conditoris.

PAPALIS CONFIRMAtio Regulæ.

HOnorius Episcopus seruus seruorum Dei Dilectis filijs F. Francisco, & alijs fratribus de ordine fratrum Minorum; Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Solet annuere Sedes Apostolica pijs votis, & honestis petentium desiderijs fauorem beneuolum impertiri. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris pijs precibus inclinati, ordinis vestri Regulam à bonæ memoriæ Innoc. Papa Prædecessore nostro approbatam, annotatam præsentibus, authoritate vobis Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Quæ talis est.

QVoniam (vt dictum est supra Præludio 3. nu. 1.) penes Apostolicam Sedem tota residet authoritas, & potestas omnes in Ecclesia Dei approbandi & confirmandi Regulas, & Religiones; siue improbandi, & infirmandi. Et eatenus ipsæ veræ, & obligatoriæ Regulę sunt; quatenus ab ipsa Sancta Sede Apostolica approbantur, & confirmantur. Ideò B. Franciscus suam voluit Regulam à Summis Pontificibus approbari; & confirmari. Et sicut prima eius Regula ab Innocentio 3. extitit approbata sic eademmet, in hac se-

Confirm. Reg. quãti valeat. De relig. dom. c. si. & c. vnico eo. tit. in 6.

Auctor. conf. conf. 9. fol. 77.

cunda ab ipso S. Francisco dictãte Spiritu Christi abbreuiata & restricta in 12. capita ab Honorio III. approbata, & confirmata fuit sub plumbo, & sigillo authentico. Quæ ideo hic in principio Regulæ ponitur; quia dum ipsa Regula ab Ecclesia approbata, & cõfirmata cõmonstratur; non vtique inobseruabilis, & periculosa, (vt quidam temerè dixerunt) sed obseruabilis, & honesta comprobatur. Quomodò enim eam Sancta, & Apostolica Sedes approbasset, & confirmasset; si inobseruabilis, & periculosa existeret? Nonne Summus Pontifex verbis illis (Solet annuere Sedes Apostolica pijs votis, & honestis petentium desiderijs) satis Regulam istam piam, & honestam esse demonstrat? Si enim vota pia, honestaque sunt desideria, hanc Regulam ab ipso confirmari petentium: erit ergo quod petitur, pium vtique, & honestum: quod ipsa Regula est. Et verè pium; quia per virtutes, de quibus in ipsa Regula agitur: diriguntur eius professores in Dei feruens obsequium, & amorem. Cultus enim Dei, pietas est. vt 2. Timot. 3. Qui piè volunt viuere in Christo, &c. Verè honestum; quia ad proximi vtilitatem, exemplum, & ædificationẽ maximè hæc Regula dirigitur. Honestũ enim dicitur, quod ad proximi ædificationem ordinatur Rom. 13. sicut in die honestè ambulemus. Quæ quidem honestas, diuinis est benepla-

Regul. S. Franc. est sancta & obseruabilis.

S. Bonau. in prolog. collector.

citis, & non mundanis vanitatibus regulāda. Quòd vtiq; ex fructibus patere potest, qui vniuersæ Dei Ecclesiæ, ex hac Regula prouenerunt, & in dies semper (Dei miseratione) proueniunt. Quorum prædicti Pont. Nicolaus III. & Clemens V. in suis declarationibus super regulam non fuerunt immemores. Qui quidem Clemens apertis verbis hanc Regulam sanctam, Euangelicam, meritoriam, & obseruabilem esse decernit. Et quòd oppositum dicere, sit error, & impietas patet, tum ex confirmatione eius à sancta Sede Apostolica. Tum quia, in historia refertur, Christum Regulam hanc approbasse siue dictasse, & B. Franciscum illam scribi fecisse. Tum quia esset dicere quod Euagelium & vita Euangelica esset vtique inobseruabilis, & periculosa: Et quòd Christus rem inobseruabilem, & periculosam consuluerit. Quoniam ipsa Regula ferè tota ex Euangelio desumpta est. Vt facile, quilibet passim poterit conferendo huius regulę verba ad Euangelium ipsum, cognoscere. Vel in auctore conformitatum poterit legere. Ob quod Euangelica à prædictis Pontificibus. Nicol. Clem & Leone X. appellatur.

Collector Comp. titu. Paupertas §. 7

2 Ex quo patet quod deceptus fuerit Syluester, inquiens, quòd hæc Regula periculosa extitisset, nisi Papa suis declarationibus prouidisset. Nam cùm in se sit Euangelica, non est vtique

Error Syluestri tit. Relig. 1. n. 13.

ex se periculosa. Neque Pontifex illam declarando, abstulit ex ea periculū, quòd vtique in illa non erat; cum nec Regulam ipsam mutauerit, sed quomodo esset intelligenda; ne simplices in illam offenderent edocuerit.

IN NOMINE DOMINI
Incipit Regula & vita Fratrum Minorum. Cap. I.

Regula, & vita Minorum Fratrum haec est. Scilicet Domini nostri Iesu Christi Sanctum Euangelium obseruare, viuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate. Fr. Franciscus promittit obedientiam, & reuerentiam. D. Papae Honorio, ac successoribus eius Canonicè intrātibus, & Eccl. Romana. Et alij Fratres teneantur Fr. Francisco, & eius successoribus obedire.

Regula S. Francisci est ciuitas caelestis habens portas 12.

Duodecim rubricis, seu capitulis, hanc Minoritanam Regulam Pater Sanctus absoluit. Vt sicut ciuitas illa super caelestis Ierusalem, duodecim portis describitur: ab Oriente portae tres & ab Aquilone portae tres, & ab Austro portae tres & ab Occasu portae tres, vt in Apoc c. 21. dicitur: Ita, & haec Religio, quasi ciuitas in quadro posita; duodecim capitibus constat, quorum tria prima capita, tanquam tres portae sunt; quae radios recipiunt Orientis: Tria alia sequentia, peri-

cula excludunt, Aquilonis: Tria alia, tertio loco posita; obuiăt malis ab occasum: Tria verò vltima; Austrabilus delitiis sunt referta. Vt S. Bonauentura hic dicit. Trium autem primo positorum; capitulorum Orientalium; Primum summariè Religionem instituit. Secundum ad eam venientes recipit. Tertium receptos interius, & exterius instruit disciplina. Dicitur ergò in primo capitulo. (Regula, & vita minorum fratrum hæc est.) &c

2 Pro declaratione præsentis capituli, est notandum; quod secundum expositorum sententiam super Regulam, aliud verè hoc caput non est, quam quidam Prologus Regulæ, tria ipsius continens substantialia fundamenta, ad quæ reliqua omnia reducuntur, quæ in ipsa continentur. *Petr. Ioā. in prolog.*

3 Primum ergo eius, siue huius ordinis fundamentum est; Sanctum Domini N. Iesu Christi. Euangelium obseruare, quod pro substantiali ipsius Regulæ diffinitione ponitur. Vnde dicitur. (Regula, & vita Minorum Fratrum hæc est; Sanctum Domini nostri Iesu Christi Euangelium obseruare.) *Fūda. ord. D. Franc. Primi.*

4 Secundū est huius status ad vniuersale totius Ecclesiæ caput, & ad sanctam Apostolicā Sedem firmissima, & subiectissima cohæsio. Vnde sequitur. (Fr. Franc. promittit obedientiā, & reuerentiā Domino, Papæ Honorio, & successoribus eius, Ca- *2. fund.*

nonicè intrātibus, & Ecclesiæ Romanæ.]

3. fund. 5 Tertium est, eiusdem status, & ordinis ad suum proprium, & vniuersale caput subiectio, & ordinatio. Quare dicitur. [Et alij Fratres teneantur Fr. Franc. & eius successoribus obedire.]

An Fratres teneantur ad obseruantiam totius Euangelij.

Frens non tenē. obs. to. Euāg. ex Reg.

ET pro primo fundamento, Nota, quod licet pater Sanctus definiuerit Regulam siue statum Minorum per obseruantiam S. Euangelij: non tamen per hoc aliquando voluit suos fratres obligare, virtute professionis huius Regulæ ad obseruantiam totius Euangelij. Quoniam id si fortè voluisset, nunquam aliqua ipsius S. Euangelii consilia specialiter expressisset, alia verò subticuisset. Natura enim termini restrictiui talis est, quod totum id, quod à se extraneum est, excludit: & illud tamen includit, quod pertinet ad ipsum: vt dicitur in Clem. exiui, §. Cum igitur de verb. sign. Et quoniam ipse Pater Sanctus non est locutus de Euangelio absolutè, sed cum modificatione: loquens in spem de tribus consiliis Euangelicis, viuendi. s. in obedientia, sine proprio, & in castitate, & de aliis quibusdam, quæ in ipsa Regula continētur, quæ ad prædicta tria reducūtur: Clarum est ergò, quod nūquam per Euangeliū totum voluit intelligi Euang. hoc est omnia præcepta, & cōsilia Euan-

S. Bonau. cap. 1. super regulam.

gelica: Sed illa tantummodo, quæ in ipsa Reg. specificantur: prout Nic. iii. & Cle. v. in suis declarationibus determinarunt. Sicut enim Spiritus sanctus diuinam tradendo scripturam diuina prius sub vmbris abscondere cõsueuit arcana postmodum verò quãdo expediens fuit, illa mũdo manifestauit, & apertissimè declarauit. Ita Spiritus Christi hãc tradẽdo Reg. seruo suo Francisco eũdem voluit modũ obseruare, definiendo ipsam Reg primo antonomaticè per obseruantiã Euãgelii. Sed quid per Euangeliũ intellexerit, expressè statim manifestauit, ipsa s. cõsilia Euang. esse, quę in Regula sunt expressa. Idque insuper ideò factũ fortè esse puto, quoniã Euangelij consilia opera sunt heroica, & supererogationis: quibus plenè obseruatis, Euãgelica perfectio adimpletur. Quapropter à Christo Iesu in Euãg. non præcipiũtur omnibus, sed cõsulentur ijs, qui desiderãt in obseruãtia Euangelicæ perfectionis. Iuxta illud [si vis perfectus esse, vade vende omnia, quæ habes, & da pauperibus & sequere me.] Et illud: (Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cælorum, qui potest capere capiat.) Non immeritò Euãgelij nomine, ipsa Euangelica consilia hic appellata sunt, cum in eorum plena obseruantia perfectio vitæ Euangelicæ consistat. Dicimus ergò quod ideò per nomẽ Euãgelij Reguiã definiuit, qui in ipsa cõsilia

Petr. Ioan in prolog. super reg.

Consilia Euang cõsuluntur tamquam opera heroica.

Matt. 19. Luc. 18.

Euangelica, quæ perfectionem Euangelicã adimplét, demandantur. Non autem ex eo, quod obseruantia totius Euangelij præcipiatur. Quod & Greg. 9. Innocent. 4. Alex. 4. Nicol. & Clem. prædicti, in suis expositionibus super Regulam, apertissimè dixerunt, & nobis determinatum reliquerunt. Et quod hæc sit intentio S. Francisci, clarè manifestatur per id, quod in suo testaméto dicit. (Et ipse altissimus reuelauit mihi, quod deberem viuere secundum formam sancti Euãgelij. Et ego paucis verbis, & simpliciter scribi feci.) His enim verbis manifestè demonstrat; quod Euangelium, ad cuius obseruantiam eius fratres, vi professionis Regulæ, obligantur, illud est; quod in eius Regula scriptum reliquit. Hoc est, illa Euangelica consilia; quæ expresè in Regula sunt apposita.

Obligatio in Regula non est vniformis per totum.

7 Nec tamen ad illa omnia professores Regulæ pari obligatione adstringuntur; sed eo modo, & forma, prout in ipsa Regula sunt posita: sicut prædicti Nicolaus, & Clem. declarant, quia licet verum sit, quod Regulæ professores non solum teneantur ad obseruantiam illorum trium votorum substantialium, obedientiæ, scilicet paupertatis, & castitatis: sed etiam aliorum consiliorum, quæ in ipsa Regula sunt posita; non tamen vno eodemque modo, nec pari obligatione, a omnia illa tenentur: sed eo modo, & forma quibus in ipsa

in ipsa Regula ponuntur. Pleraque verè, in ipsa Regula sunt posita, quæ omnia ad illa tria essentilia vota ferè ordinata cernuntur; vt sunt illa, quæ spectant ad fugam vel moderantiam delectationum carnalium, quæ referuntur ad purissimam castitatem. Illa, quæ respiciunt subiectionem, & coligantiam propriæ voluntatis in Deum, & in suos propositos; quæ ad obedientiam diriguntur. Et insuper quæ concernunt religiosam oblationem, & dispositionem rerum omnium temporaliũ pro Deo: quæ ordinantur ad votum paupertatis. Propter quod (vt Clemens V. testatur) voluit. Pater Sanctus, vt eius Regulæ professores, non solum vouerent nudè illa tria substantialia vota; sed quod voueant obseruare totum id, quod in ipsa Regula continetur; prout in ipsa manifestissimis verbis legitur scilicet (finito anno probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper, & Regulã obseruare.) Hæc verò, eo modo obligant: sicut in ipsa Regula exprimitur. Cap. 2.

8. Et quoniam ipse Pater Sanctus alia sub verbis obligatorijs posuit, alia sub exhortatorijs posuit, alia sub consilijs; alia sub informatorijs verbis: Merito professores Regulæ, ad aliqua eorum sub culpa mortali, erunt obligati: vt sunt illa, quæ obligatoriè sunt posita, ad alia verò sub nulla culpa, vi professionis Regulæ, erunt adstricti; cum obligatoriè in Regula non

Cap. 3. ponantur: licet ad aliqua eorum possent virtute alterius legis, naturalis scilicet, vel diuinæ sub culpa aliqua astringi. Vt est il-
Cap. 10 lud (non litigent, neque contendant verbis, nec alios iudicent.) Et illud (moneo & exhortor in Domino Iesu Christo, vt caueant fratres ab omni superbia, vana gloria, inuidia, auaritia, cura, & sollicitudine huius sæculi, detractione, & murmuratione.] Licet enim ad hæc fugienda nullo, ex vi professionis Regulæ peccato professores constringantur: prædicta tamen fugere sub culpa tenentur per legem naturalem, & diuinam. Et aliquando mortaliter, aliquando venialiter, contra prædicta faciendo, peccari potest; attentis circunstantijs & graduationibus peccati. Satis tamen decens, & conueniēs est, (prout Nicol. iii (ad id nos exhortatur] quod Minores fratres tam Seraphici Patris imitatores, qui voluntariè sibi tam arctam pro Christi amore vitam elegerunt vt maioris perfectionis, & meriti desiderio studeant plenè obseruare id totum, quod in Regula dicitur sub verbis exhortationis, siue informationis, siue consilij.

Quam magna sit obedientia promissa Papæ, & Ecclesiæ Romanæ.

Subiectio ad Papam est funda. SEcundum Substantiale huius status fundamentum, firmissima cohæsio, & humilis subiectio est ad Papam, & San-

ctam Romanam Ecclesiam. Id que merito; quia totale corporis stabilimentum est colligantia (vt constat) ipsius corporis ad caput; ex hac enim suã hauit vnitaté & totalitaté. Cũ ergo in terris, totius Ecclesiæ vniuersale caput Põtifex sit, iurè ergo ordo hic vniuersali capiti colligatur, & adhæret; vt vnitatem cum tota Ecclesia habeat perfirmissimam. Ipse enim summus Pontifex cum totius Ecclesiæ in terris caput sit: Indè est, quod ei non adhærere, eique non colligari, est vtique extra corpus Ecclesiæ esse; ac perconsequens extra fidei Catholicæ vnitatem. Rectè ergo pro fundamento substantiali huius status, colligantia, & humilis subiectio ad Papam, & Sanctam Romanam Ecclesiam assumitur. Vnde dicitur (Frater Franciscus promittit obediẽtiam, & perseuerentiã Domino, Papæ Honorio, & successoribus eius Canonicè intrantibus, & Ecclesiæ Romanæ.) Et per Ecclesiam Romanam, Sacrum Illustrissimorum & Reuerendissimorum Cardinalium collegium, sede vacante intelligitur; & quidquid S. Apostolicæ sedis locum tenet.

mentum Regulæ S. Francisci.

Petr. Ioan in prolog.

10. Et nota, quod, licet hic, inobedientia, quæ promittitur Pontifici, & Ecclesiæ Romanæ Sanctus Franciscus tantum, & non alius in specie nominetur (Frater Franciscus promittit obedientiam) Hæc tamen obedientia, non promittitur solum

Obedientia promittitur Papæ fra-

sribus minoribus.

Cap. exiui de paradiso.

Petr. Ioan Cap. I.

in persona ipsius Sancti Francisci, sed etiam (vt Clem. V. dixit in prologo suæ expositionis super Regulam) in persona totius eius ordinis. Nam si secus esset, huiusmodi obedientia hic promissa non pertineret (vt verè pertinet) ad institutionem huius Regulæ, & vitæ Regularis. Sed voluit ipse Pater Sanctus, solummodò se in specie nominare, omnes alios subticendo: vt per hoc demonstraret quòd totus hic Minoritanus ordo, erat in ipso, velut in institutore, & capite ipsius. Et quòd omnes; quasi vnus sunt: per vnitatem professionis vitæ. Ita quod, ipsius tantum promissio, omnium promissio est. Et hoc itē fecit, vt obseruaret modum reductionis Hierarchicæ; qua inferiora ad suprema per media leuantur, & coniunguntur. Vndè cum Fratres per obedientiæ votum se ipsos obligauerint obedire ipsi Beato Patri; dum ipse Summo Pontifici, & Ecclesiæ Romanæ obedientiam promittit: per ipsum tanquam per medium, eius fratres reducuntur ad obedientiam prædictam Papæ, & Ecclesiæ debitam.

Obedientia promissa papæ est singularis Fratribus minoribus

11. Et scito, quòd hæc obedientia, quæ Papæ, & Ecclesiæ promittitur, non est illa communis, ad quam omnes Catholici tenentur, & maximè omnes clerici. Sed quædam singularis obedientia hic promittitur, in omnibus quæ non sunt contra animam, nec contra professionem Euan-

gelicam. Cum quo, etiam ſtat ipſa Pontificis auctoritas, diſpenſandi, & diſponendi rationabiliter (prout expediens fuerit) ſuper ipſam Regulam; vt in 3. præludio dictum eſt. Quoniam hæc obedientia, quæ Papæ, & Eccleſiæ promittitur, non eſt minor illa, (vt, inquit Petrus Ioannes) quæ prælatis ordinis debetur: Immo ex lege communi, quilibet Religioſus non minus obligatur, ſecundum modum Regulæ ſuæ, obedire Pontifici, & Eccleſiæ; quam proprio ſuo Generali.

Cap. 1.

Votum obedientiæ ad Papā eſt ſpeciale Fratrum minorum.

12. Et in hoc, S. Franciſci Regula, quid ſpeciale habet præ cæteris aliis Regulis: quia nulla illarum eſt, quæ ſuum ordinem ſuppoſuerit ſanctæ Sedi Apoſtolicæ vt hæc facit. Nam, & ſi omnes Religioſi (vt diximus) teneantur Sedi Apoſtolicæ obedire: ipſe tamen B. Pater huic communi debito, & obligationi ſuperaddidit ſpeciale votum, vt S. Bonauen. inquit in expoſitione Regulæ. Adeò vt, huius Regulæ profeſſor, grauius peccet non obediendo auctoritati Pontificiæ; quam alij Religioſi. Quia non tantum faceret contra obligationem quæ eſt de lege communi, ad quam omnes Religioſi tenentur: ſed inſuper contra votum hoc particulare, quod vouit (Regulam profitendo) obediendi Pontifici, & Eccleſiæ Romanæ.

Bonau, cap. 1.

De subiectione Fratrum ad Generalem, qui est caput ordinis.

Tertium fund. est obedientia Fratrum omnium ad Generalem Ministrum ordinis.

23. TErtium substantiale fundamentum, subiectio, & coordinatio est ipsius ordinis ad proprium, & vniuersale eius caput. Quia quanto maior est vnitas alicuius collegij, tanto illud (cæteris paribus) est perfectius: Et quãto membra ipsius corporis subiectiora, & proximiora sunt influxui, & virtuti sui capitis: tanto meliorem consistentiam habent. Et ideo merito ponitur omnium Fratrum ordinis totalis & immediata subiectio ad suum Generalem Ministrum, Subdistinctio enim prælatorum inferiorum, non est in diminuitionem potestatis Generalis Ministri, aut elongationem subditorum ab eo; sed solum in auxilium eius. Quoniam ipse solus omnibus immediatè regendis, sufficere minimè posset. Quod si ipse sufficeret, nulla esset cura de aliis substituendis. Et ideo dicitur, (Et alii fratres teneantur obedire fratri Francisco, & eius successoribus.) Specialiter ipsi B. Patri & primo omnium promittitur obedientia: Quoniam ipse plenus Spiritu Sancto, cum bulla sacrorum stigmatum, electus est à Domino Iesu Christo Patriarcha, & Hierarcha status huius Minoritani; & omnium in eo militantium.

Petr. Ioan in prolog.

23 Secundariò promittitur obedientia

ſucceſſoribus eius. Non quod obedientia debeatur ſolummodò Miniſtris Generalibus, ipſi Beato Patri in officio Generalatus ſuccedentibus: cum, & omnibus aliis prælatis ordinis ſit debita, vt ex 10. Reg. cap. patet. Sed ideò ſpecialiter ſuos ſucceſſores in miniſterio Generalatus expreſſit; vt tota ordinis ſucceſſio continuaretur ad ipſum, tanquam ad caput principale. Vndè ſi aliqua fieret congregatio in ordine, quæ reliqua omnia huius Regulæ inſtituta ſeruaret; & tantum ſibi pro ſupremo, & præcipuo, aliquam conſtitueret capite, qui de Regulari non eſſet obſeruantia; eò ipsò à ſuo ſtatu, & ordine in vno notabili ſubſtantiali differret. quia non obediret, ſucceſſori Beati Franciſci. *Petr. Ioan cap. 1.*

14 Super his tribus ergo ſubſtantialibus fundamentis bene fundati & ſtabiliti huius Regulæ profeſſores: ſuos debent actus & operationes ſecundum normam, & formam viuendi quam Seraphicus Pater in ipſa Regula nobis præbuit, ordinare, & dirigere. Quoniam vita Religioſa non conſiſtit in intellectu, vel lingua tantum, hoc eſt, in benè intelligere, & benè loqui de vero ſenſu ipſius Regulæ: ſed multo magis in opere, & in plena ipſius Regulæ obſeruantia. Cuius gratia B. Pater hanc viuendi normam, non tantum Regulam nominauit ſecundum quam, & *Vita Religioſa in quo conſtat.*

Reg. D. Frac. cur dicitur vita.

per quam omnes nostri actus, & operationes regulari, & dirigi debent: sed etiam appellauit vitam [Regula, & vita] quia consistit in actu & opere. vitæ. Hoc est, non in sola obligatione & professione votorum. Sed multo magis, in actuali applicatione supererogatiuarum virtutum ad suos actus & in actuali obseruantia seu impletione Euangelicorum votorum. Vt scilicet viuamus secundum formam nobis præstitam, omnes simul in charitate vniti; qua ideò Fratres in Regula appellamur. Fundati insuper in vera cordis humilitate, quam Pater Sanctus tantopere nobis commendauit, non tantum nomine, [Minores] nos appellando sed humilibus vestibus nuditate pedum &aliis, quæ in Regulà demandantur Adeò vt huius Regulæ professor, qui sublimia non abhorret, & amplexatur humilia; omnemq; fastum non vitat in incessu, in sermone & omnibus actionibus suis verè Frater Minor non sit appellandus; nec Regulam seruare videatur, cui ipsa humilitas est colligata, & connexa.

Quæ nam sint præcepta obligantia ad mortale.

Hugo. super. Regula cap. 1.

ET quoniam dictum est suprà, quod primum substantiale fundamentũ huius status est. Euangelica seruare consilia quæ in Regula sunt expressa; & eo modo, & forma prout in ipsa posita sunt.

Necessarium est modo scire, quæ illa sunt, ad quorum obseruantiam huius Regulæ professores, sub culpa mortali obligantur.

16 Et dico, quod licet ante tempora Nic. III. nondum hoc clarum extitisset: quoniam nec Greg. IX. nec Innocen. 4. nec Alex. 4. in suis expositionibus id aliquando declararunt. Vnde & S. Bonauentura in sua expositione super cap. 12, dixit: Quòd ferè omnia, quæ in hac Regula continentur, sunt præcepta. Nicolaus tamẽ III. volens super hoc particulari prouidere, de quo maximè illis temporibus à zelatoribus obseruantiæ Regularis dubitabatur; determinauit, teneri Fratres ob suam professionem, sub culpa mortali, ad obseruandum illa Euangelica consilia, quæ in ipsa Regula exprimuntur sub verbis præceptorijs, vel inhibitorijs, vel equipollentibus, istis. Et quoniam ipse Nicolaus non exposuit, neque expressit, quæ & quot ista æquipollentia essent. Ideò Clemens V. ad serenandas conscientias Fratrum, expresè, quæ sint hæc æquipollentia, declarauit: & quod 12. sunt, & non plura. Quare assertiuè dicendum est, nil esse in regula quòd sub mortali culpa, virtute voti regularis, obliget professores; nisi quod sub præceptorijs verbis in ea ponitur. Vt præcipio, iniungo per obedientiam: Vel sub verbo habente vim præcepti; vt dicendo,

Numerus præceptorum.

teneantur : Vel sub verbo inhibitorio, seu prohibitorio: vt est illud 6. cap. (Fratres nihil sibi approprient.) Vel nisi sit de illis æquipollentibus per prædictum Clementem specificatis, & expressis.

Quæ omnia pro maiori simplicium commoditate, hic subscribuntur.

Præcepta. 7.

Cap. 1. PRimum, quòd totus Ordo teneatur præstare obedientiam, & reuerentiam Papæ; & sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Cap. 4. Secundum, quòd fratres nullo modo recipiant denarios, vel pecuniam per se, vel per interpositam personam.

Cap. 10. Tertium, quòd fratres obediant suis Ministris, & prælatis in omnibus, quæ non sunt contraria animæ, & Regulæ nostræ.

Cap. 11. Quartum, quòd non ingrediantur monasteria monacharum; sine licentia speciali Sedis Apostolicæ.

Cap. 11. Quintum, quòd non habeant suspecta consortia aut consilia mulierum.

Cap. 11. Sextum, quòd non fiant compatres virorum, aut mulierum.

Cap. 12. Septimum, quòd petatur in protectorem vnus de Cardinalibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Habentia vim præcepti. 4.

Cap. 7. PRimum, quòd fratres teneantur quamptimum poterint, ad eorum

Miniſtros pro abſolutione caſuum ipſis reſeruatorum recurrere.

Secundum, quòd teneantur habere in Generalem Miniſtrum, vnum de fratribus huius Religionis. Cap. 8.

Tertium, quòd Miniſtri, & Cuſtodes teneantur in Capitulo Generali Penteco-ſtes, alium eligere in Generalem, ſi anteceſſor deceſſerit, vel non erit ſufficiens ad vtilitatem fratrum. Cap. 8.

Quartum, quòd Miniſtri Prouinciales, teneantur ire ad capitulum Generale. Cap. 8.

Inhibitoria. 2.

PRimum, quòd fratres profeſſi non poſſint de iſta Religione exire. Cap. 2.

Secundum, quòd fratres nihil ſibi approprient neque in particulari, neque in communi. Cap. 6.

Æquipollentia præceptis. 12.

PRimum, quòd non habeant fratres plures tunicas, quàm vnam cum capucio, & aliam ſine capucio. Cap. 2.

Secundum, quòd omnes fratres veſtimentis vilibus induantur. Cap. 2.

Tertium, quòd non poſſint portare calciamenta, niſi ex manifeſta neceſſitate. Cap. 2.

Quartum, quòd clerici faciant diui Cpa. 3.

num officium secundum ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ: & laici dicant tot Pater noster.

Cap.3. Quintum, quòd ieiunent à festo omnium Sanctorum vsque ad natiuitatem Domini: & qualibet sexta feria, & Quadragesima Resurrectionis Domini.

Cap.3. Sextum, quòd non debeant equitare, nisi manifesta necessitate, aut infirmitate cogantur.

Cap.4. Septimum, quòd Ministri, & custodes sollicitam curam gerant pro infirmis, & fratribus induendis per amicos spirituales.

Cap.6. Octauum, quòd si quis fratrum ceciderit in infirmitatem, alij fratres debeant ei seruire.

Cap.9. Nonum, quòd non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum.

Cap.9. Decimum, quòd nullus fratrum penitus prædicet; nisi à Generali Ministro fuerit examinatus, & approbatus,

Cap.10. Vndecimum, quòd vbi agnouerint fratres se non posse Regulam spiritualiter obseruare; ad suos Ministros possint, & debeant recurrere.

Cap. 2. Duodecimum, omnia, quæ ponuntur in Regula, quò formam habitus, tam nouitiorum, quàm etiam professorum, & ad modum receptionis, ac professionis spectantia; in quò multæ conditiones obligatoriæ comprehenduntur.

Hæc omnia, si simul combinentur, constat, quòd vigintiquinque erunt obligatoriæ Regulæ sub culpa mortali. Septem scilicet præcepta: Quatuor habentia vim præcepti: Duo inhibitoria: Et 12. æquipollentia: Quæ omnia 25. sunt. Et licet secundum declarationes Nic. & Clem, sint 28. ad numerum tamen prædictum 25. reducuntur. Nam reliqua tria habentia vim præcepti, includuntur in supradictis. Id enim quod dicitur in 1. cap. (Quod fratres teneātur obedire successoribus B. Francisci) & id, quod dicitur cap. 8. (quod tenentur obedire Generali Ministro) includuntur vtiquein illo tertio præcepto: (Quòd obediant suis prælatis in omnibus, quæ non sunt contraria animæ, & Regulæ nostræ (Illud autem, quod dicitur de ieiunio 6. feriæ:) iam ad quintum æquipollens reducitur, vbi agitur de ieiunio, & ibi est positum. Illud verò duodecimi capitis, de non eundo inter Saracenos sine licentia, & non mittendo, nisi idoneos; potius videtur præceptum iuris communis, quàm particulare Regulæ nostræ: & ideò hic inter alia obligatoria non connumeratur.

Capite quam sit. de Iudais, & Sar. & c. cum ex iniuncto, de haret.

17 Ex prædictis liquet, quòd cum obligatoria fratrum Minorum ex vi suæ professionis non sint nisi prædicta; quòd testamentum Seraphici nostri P. Francisci, non obligat nos sub culpa mortali ad ipsius obseruantiam, Quod & Greg. 9. &

Testamentum D. Francisci non obligat fratres suos.

Nicolaus 3. expresſè teſtantur. Ob reuerentiam tamen Seraphici Patris, decet nos, pro virili illud obſeruare. Illiusque plena cognitio, iuuare nos peterit ad realem intelligentiam alicuius particularis, ipſius Regulæ.

18 Manifeſtum eſt item, quod ad conſilia alia Euangelica, quæ in Regula non ponuntur, non tenentur fratres Minores obligatoriè, niſi vt cæteri Chriſtiani. Et eò ipſis amplius, quò, ſtatum perfectionis profitendo, ſeipſos in holocauſtum, & ſacrificium medullatum Domino obtullerunt, ob verum mundanorum omnium contemptum. Ideò illos decet (vt & Nicolaus 3. & Doctores omnes teſtantur) pro viribus conari, ad illa obſeruanda; magis quàm cæteros Chriſtianos: præſertim, quia maximè illa conferunt ad ipſam perfectionem aſſequendam.

AN HVIVS REGVLÆ PROFESſores teneantur eſſe perfecti.

QVoniam habitum eſt ſupra, quòd ex noſtræ profeſſionis vi, obligatoriè tenemur ad ſupererogatoria Euangelij, quæ in Regula extant expreſſa: eo modo quo ſupra dictum eſt nu. 15. Et ex hoc dubitari forſitan poſſet, num teneamur eſſe pefecti, cum opera perfectionis profeſſi ſimus? Ideò dico ad mentem omnium Doctorum, & præſertim Sancti Thomæ, quòd, eò ipſo, quòd quis pro-

Religioſi an teneantur eſſe perfecti.

Tho. 2. 2. q. 186.

fitetur ſtatum Religionis; eò ipſo, ſe obligauit, ad debitè tendendum, ad acquirendam perfectionem. Quoniam religionis ſtatus, eſt ſtatus perfectionis acquirendæ, vt in primo præludio probauimus, Sed licet religioſi alicuius regulæ profeſſi, ſint obligati ad nauandum operam, vt perfecti eſſe poſſint in virtutibus omnibus & charitate Dei, non tamen ſub mortali aſtringuntur culpa, actu eſſe perfecti. Quoniam non vouerunt, actu eſſe perfecti: ſed ad id conari, & ad dandam operam, vt acquirant perfectionem. Et non eſt neceſſarium, vt operans ob aliquem finem, ſtatim illum ſit aſſecutus; ſed ſolum, quòd per aliquam viam tendat ad illum. Immò plus dico, quòd neque tenetur ſemper actualiter tendere ad ipſam perfectionem. Nam ſi hoc eſſet, cum ab actuali tendentia deſideret, tunc vtique mortaliter peccaret, contraueniendo fini profeſſionis ſuę, quę eſt ad perfectionem tendere; quod falſiſſimum eſt. Eſſent enim tunc Religiones ipſę, laquei animarum. Veriſſimum tamen eſt, quòd religioſus profeſſus, tenetur habere intentionem, & voluntatem virtualem, vel ſaltem habitualem, tendendi ad perfectionem ipſam. Et ratio manifeſtiſſima eſt; quam diximus. Nempè, quia eò ipsò quòd profitetur ſtatum Religionis, qui (vt dictum eſt ſupra) eſt ſtatus perfectionis acquirendæ; eò ipsò ſe obbligauit

ad debitè tendendum; & ad acquirendum ipſam perfectionem : cui obſtat & aduerſatur, ipſius perfectionis contemptus. Vide Angel. tit. Religioſus, num. 27. 20. Sed quoniam modo religioſus profeſſus ſupra cæteros Chriſtianos tendere ad perfectionem teneatur? dici poteſt ſecundum Doct. & precipuè Caiet. 2. 2. q. 186. art. 9. quòd non alio modo, niſi debitè viuendo ſecundùm modos, & exercitia in ſua Regula, quam ipſe profeſſus eſt taxata; Eo modo, & forma, quo ibi proponuntur; conſultoriè inquam vel præceptoriè, vt iacent. Nec per omnes vias, & modos in aliis Religionibus traditos ad eam contendere tenetur. Quare tunc verè dici poteſt, Religioſum habere animum, & propoſitum ad perfectionem tendendi, quando ſecundum ſuam, quam vouit, Regulam ſatagit viuere; & ſi aliquando mortaliter, ſeu venialiter delinquat, ex ira, vel libidine, vel ex alia cauſa. Hic enim licet peccet, contra aliquod Regulæ præceptum; non tamen ſpeciali peccato contra ſuam videtur profeſſionem peccare, quæ eſt tendendi ad perfectionẽ cum contrariã voluntatẽ ad eam non habeat. Tũc enim ſpeciali culpa peccat, cõtra profeſſionẽ, ſeu obligationẽ tẽdẽdi ad perfectionẽ: quando religioſus contẽneret animumque, & intentionem reuocaret tendendi ad perfectionem, & actualiter proponeret nolle de cætero ſtu-

Perfectio quomodo acquiratur à religioſo.

Propoſitum non proficiendi eſt mortale peccatum.

dere perfectioni acquirendæ per vias, & modos Regulæ suæ. Tale enim propositum directè fini professionis suæ aduersatur; quæ est (vt toties diximus) tendendi ad perfectionem. Et licet hic talis non peccet contra aliquod Regulæ præceptum; tale tamen propositum nolendi viuere secũdum modos, & vias in Regula taxatas; est contemptus mortalis. Quoniam, licet Religiosus non teneatur sub mortali culpa ad acquirendam aliquando perfectionem, qui est finis professionis suæ; tenetur tamen sub culpa mortali, actum non habere contrarium ad id; hoc est, nusquam proponere nolle perfectioni studere. Vt hæc videri poterunt per S. Thom. 22. q. 186. art. 2. & art. 9. ad 3. Ang. tit. Religiosus num. 27. Syluest. Religi. 1. nu. 3. & Caiet. in ead. quæst. 186. ar. 9. *S. Thom. Angelus. Siluest. Caiet.*

21 Et ad prædicta, habendi scilicet propositum, & intentionem viuendi secundum vias, & modos in Regula taxatos; & aliquando non reuocandi animum in contrarium; tenetur Religiosus, vt Religiosus, virtute professionis suæ. Vt Christianus verò (sicut & cæteri Christiani) tenetur, & ipse habere desiderium proficiendi semper in melius, in via sancta virtutum, & præcipuè charitatis. Et peccaret vtique ipse, sicut, & quilibet Christianus si aliquando proponeret nolle amplius in via proficere virtutum; sed solum intenderet, & proponeret ser- *Christiani peccant proponendo non proficere in via Dei.*

uare mandata diuina, & Ecclesiæ sanctæ, ne cõtra illa peccet, nec aliud melius vltra dicta præcepta vellet facere. Hic vtique, licèt benè faciat, proponendo seruare mandata, ad quæ ex necessitate tenetur: malè tamen facit, & peccat, dum proponit non facere aliud, quod melius esset. Quamuis enim Christianus quilibet possit voluntariè omittere aliquòd bonum, ad quod de præcepto non tenetur: non potest tamen firmare animum, & proponere, nunquam de cætero illud esse facturum. Animum enim firmare contra spiritualem profectum (quantum est de se) ponere obicem est Spiritu sancto, & gratiæ diuinæ, & per consequens est peccatum. Verum tamen est, quod non nisi veniale est, nisi ex contemptu fiat. Quia non egreditur limites præceptorum, quorum obseruantia sufficit ad salutem. In horum enim obseruantia saluari & reperiri potest amor Dei super omnia, & sufficiens intentio progressus

22.q.184. ad eternam vitam. Et de hoc diffusius vi-
& 186. deri potest S. Thomas, & Caiet, in locis præallegatis.

DE HIS QVI VOLVNT vitam istam accipere, & qualiter recipi debeant Cap. II.

SI qui voluerint hanc vitam accipere, & venerint ad Fratres nostros: mittant eos ad suos ministros Prouinciales; quibus solummodo, & non aliis recipiendi Fratres, licentia concedatur. Ministri verò.



IActis huius ædificij fundamentis; restat (vt S. Bonau. dicit) prouidere de habitatoribus ciuitatis; vt scilicet recipiantur ad Ordinem, venientes orientales radios accepturi. Ideò in hoc 2. cap. principaliter de duplici venientium ad Religionem ingressu, agit Pater Sanctus. De ingressu, scilicet primo ad probationem: secundariò de ingressu ad professionem; describens hic modum, & formam perfectam quæ in vtroque ingressu seruari debet. Et quoniam in receptione ad Ordinem, tria necessariò cõcurrunt: potestas scilicet, siue auctoritas in eo, qui recipit: habilitas, & idoneitas in eo, qui debet recipi: & debita puritas Religionis, in qua fit receptio. Ideò Seraphicus ipse Pater noster, de his omnib⁹ tractatur⁹ incipit à prima: de perti *Receptio ad ordinẽ tria requirit necessario.*

nẽtibus ſcilicet, ad recipientẽ ad Ordinẽ. Et ſicut in Eccleſiaſtica Hierarchia duæ ſunt claues vna ſcilicet poteſtatis, altera ſcientiæ, ſic ipſe Pater Sanctus duo tractat de illis, qui recipiunt ad Ordinem. Vnum eſt eorum auctoritas, & poteſtas: Vnde vult, vt hæc ſit apud miniſtros. Quare iubet, vt venientes ad ordinem, mittantur ad ipſos. Mittant eos ad ſuos Miniſtros quibus ſolummodo recipiendi fratres licentia concedatur.

Alterum eſt, ſcientia, & diſcretio, quæ in eis debet eſſe. Vnde vult, & mandat, vt Miniſtri cum diligentia examinet eos, qui veniunt, vt recipiuntur ad Ordinem. [Miniſtri verò diligenter examinent eos de fide Catholica, & Eccleſiaſticis Sacramentis.

Qui mitti debeant ad Miniſtros, & ad Religionem admitti.

Retrahere ab ingreſſu Religionis, peccatum eſt. Palud. 4. ſent. diſt. 15. q. 2. art. 2. Sum. tit. Reſtit.

1 DIcit ergo primò, quod venientes ad recipiendum vitam iſtam; mittantur ad Miniſtros. Vbi aduertendũ eſt, quòd ex iure naturali, & diuino, tenetur quilibet Chriſtian⁹ ſub peccato mortali non retrahere idoneos, & nulla iuſta cauſa impeditos ab ingreſſu Religionis reformatæ. Vt dixit Paulud. S. Anto. p. par. tit. 2. c. 2 §. 1. Nauar. in man. cap. 12. num. 44. & communiter Summiſtæ in

verbo Restitutio. Est enim contra proximi charitatem, impedire, & retrahere cupientem aliquod perfectionis bonum sibi proportionatum assumere, & adimplere. Ne ergo aliquis frater, vel amore carnali, vel odio, vel alia quauis iniusta causa aliquem ab ingressu Religionis retraheret: nedum (vt quidam Regulæ expositores volunt) instruitur & admonetur, sed, vt cæteri communiter dicunt, & Clem. 5. determinauit, obligatoriè ex Regula ei imponitur; ne idoneos ab ingressu Religionis retrahat: sed ad ministros mittere teneatur.

3 Et nota, quòd licet indistinctè in Regula dicatur, quòd venientes ad recipiẽdum vitam istam, mittãtur ad ministros: non tamen passim de omnibus hoc est intelligendum. Sed de idoneis, & habilibus tantum; vt ex Nicolao 3. est determinatum. indispositi verò, & penitus inhabiles, licentiandi, vt communiter Regulæ expositores dicũt, & dimittẽdi sunt. *Art. 7.* Quoniam si huiusmodi ad Religionem admitti, & in ea recipi nullo modo licitè possunt, cum pro religione non faciant & ad aliã penitus inhabiles probentur, nulla videtur esse ratio, qua ad ministros mitti debeant. Immo, vt bene dixit Gerson in suis regulis moralibus, sincero, & recto cõsilio Religionis ingressus dissuaderi potest, huiusmodi inhabilibus, & penitus indispositis. Et vix sine peccato *Gerson Alphab. 24. lit. R.*

veniali, & ſæpe mortali huiſumodi ad Religionem induci, vel admitti poſſunt; cum talis ſtatus non ſit eorum viribus, & habilitati proportionatus, & conformis. Opus enim, vt ſit bonũ, & licitũ; viribus, & habilitati aſſumentis proportionari debet: nec ſupra illas debet eſſe. Iuxtà illud diuinæ ſcripturæ, Altiora te ne quæſieris.

Eccl. 3. Et probatiſſimum eſt, iuxtà illud vulgare dictum: quòd non omnia poſſumus omnes.

Non omnes habiles cenſendi ſunt, vt ad Religionem admittantur.

Inhabiles ad Religionem. QVòd verò tales reperiri poſſunt, qui inhabiles, & indiſpoſiti meritò cenſeantur ad ſtatum Religionis ſubeundum; vbi aliqua Euangelica conſilia ſub culpa mortali obſeruari debent: vt eſt ſeruare caſtitatem, viuere in obedientia & huiuſmodi: Dominus

Mar. 19. noſter Ieſus Chriſtus, id manifeſtiſſimè nos docuit; inquiens. (Sunt Eunuchi, qui caſtrauerunt propter regnum cælorum: ſed non omnes capiunt verbũ hoc, qui poteſt capere, capiat. Hac enim ſententia docemur (iuxtà ſacrorum Doctorum expoſitionem) quòd non omniũ eſt, caſtitatem ſeruare; ſed illorum tantũ, qui dono Dei ad hoc digni facti ſunt.

Quòd & Sapiens testatur [Sciui quoniam aliter non possem esse continens; nisi Deus det:] Et aliàs idem Dominus dixit. [Quis volēs turrim ædificare; nonne computat prius, si habeat sumptus ad perficiendum eam?] Quibus verbis satis instruimur; quòd non quilibet habet necessarios sumptus ad perficiendam turrim spiritualis ædificij. Et ideò quicunque illam ædificare voluerit; cogitare & metiri debet suas vires, & habilitatem; si ad tantam prouinciam subeundam, sint benè proportionatæ, & dispositæ. Vires enim ipsæ; & habilitas, sunt hi necessarij sumptus, qui ad hanc perficiendam turrim requiruntur. Nec hi, sic indispositi, & inhabiles ad vitam Religiosam ducendum; temerè & indiscretè de Dei bonitate, & adiutorio ad Religionem ingrediendam audere debent. Debito enim modo; & cum discretione sperandum est de adiutorio diuino. Nam si secus esset, liceret cuilibet, licet inhabili, & indisposito, promittere, & vouere Deo opus supererogationis quodcumque per arduum, vt virginitatis, & Martyrij; quod falsissimum esse constat. Vt de hoc Gerson in suis moralib. Alphab. 24. littera K. videri potest. Et in diuinis scripturis legimus, quòd displicet Domino quodcumque stultum, & infidele promissum. Inquit enim Ecclesiastes. [Displicet Deo infidelis, & stulta

Sap. 8. *Luc. 14.* *Gerson vbi sup.* *Promissio stulta, & infidelis.* *Eccl. 5.*

promissio. [Infidelis scilicet, quæ promittitur, & non seruatur, quæ non est benè discretionis sale condita. Et ideò secundum Gersonē, Caietanum, & Nauarr. locis præallegatis, Antonium Cordub. cap. 2 quæst. 2. super Regul. & alios plerosque, temerè Religionem ingreditur, qui penitus indispositus, & inhabilis est ad illam. Deficiunt enim illi sumptus: ad turrim spiritualis ædificii perficiendam.

Quinam sint dispositi, & habiles, quiue inhabiles, vt recipiantur ad Ordinem.

5 ET si quæratur, quæ propriè vera, & bona sit hominis dispositio ad Religionis ingressum Scito firmum, & stabile esse propositum efficaciter relinquendi & renunciandi omni affectui diuitiarum, bonorum, temporalium dignitatum, carnalium voluptatum, & cæterorum omnium mundanorum, & humiliter seruiendi Altissimo, vt videri potest per Caietanum. Quod si voluntas talem perfectam prædictarum rerum abrenuntiationem non habeat, sed aliquale mediocre propositum, sufficiet pro tunc, vt omnem suam fiduciam, & spem in Dei adiutorio ponat. Taliqque spe, & bona intentione humiliter ingre-

grediatur Religionem, ad probandum, num ipse aptus, & dispositus sit ad obseruantias Regulares. Et vltra propositum prædictum, secundum Gersonem in tract. de pass. animæ, & Ioannem Maiorem in 4. d. 38, q. 16. attendere debet ingressurus Religionem, ne complexionem, & inclinationem nimis notabiliter oppositam habeat obseruantijs Regularibus: & ne sit à natura leuis, & inconstans nimis. Communiter enim homo (vt experientia docet) sequitur inclinationes naturales: & habitus nimis fortes, & vehementes. Et ideo hi tales, nisi magno se feruore ad Religionem venire cognoscerent; ita vt probabiliter sperent, se in ea fore perseueraturos, quodque à Dei gratia moueantur, non deberent vtique se ipsos tradere Religioni, suæ forti inclinationi oppositæ.

Gerson Alphab. 73. lit. R. 10. Maio. 4. sent.

Inclinatio ad malum impedit ingressum Religionis

Neque ad illam quisque deberet eos inducere, aut adiuuare; nec quispiam illos in ea recipere. Possent enim huiusmodi in alio statu commodè saluari: qui vtique in Religione non essent, sine maximo damnationis periculo. Vel manendo, & viuendo ibi irreligiosè, secundum suas pessimas inclinationes, & habitus, vel inde malè egrediendo, & apostatando.

6 Et secundum prædicta debet intelligi, vel saltem limitari dictum S. Thomæ dicentis, quòd non est multum consu- *22. q. 189. art. 10.*

Ingressus Reli. consulendus, & deliberandus est Gers. Alph. 24. l. K. Caietan. vbi sup. Nauarr. man. cap. 12. nu. 49

lendum, & deliberandum de ingressu Religionis; cum constet, quod opus bonum est, & consilium Christi. Hoc enim, (secundum Gersonem, Caiet. Nauarr. & alios plerosque doctores) intelligendum est de illo, cui specialia non obstant impedimenta; sed idoneus: & benè dispositus est ad ingressum Religionis. Quoniam licet constet Religionis ingressum rem bonam esse, opus heroicum, & Euangelicum consilium; & de hoc, num scilicet bona res sit: consulendum, & deliberandum non sit. Ingressurus tamen illam, diligenter attendere, & deliberare debet; si ipse sit benè dispositus ad vitam Regularem assumendam; vt cum Dei gratia illam perseueranter perficere possit: an indispositus ad illam. Hoc enim est cogitare ædificaturus turrim; si habeat necessarios sumptus ad illam, vt supra dictum est.

An liceat alios inducere ad Religionis ingressum.

Licet alios inducere ad Religionis ingressum.

7 NOtandum hic est; quod licet ex verbis Regulæ appareat, quod tantum qui voluntariè, & ex se ipsis veniunt ad recipiendum vitam istam, sunt mittendi ad ministros: Non tamen hoc dicitur, quasi non liceat Fratribus, aliquos, qui ex seipsis non mouentur, præuenire, admo-

nere, & exhortari ad mundi contemptum & Religionis ingressum. Hoc enim Saluatorem nostrum Iesum Chistum, qui multos ad discipulatum recepit, aliquando fecisse legimus; eorum aliquos præueniendo, & vocando vocatione sensibili, (venite post me faciam vos fieri piscatores hominum.) Et sanctum, (vt doctores testantur, & maximè S. Tho.) piumque est, alios exhortari, & inducere ad maiorem perfectionem, maiùsque bonum assumendum; (vt est status Religionis reformatæ) modo ad illam idonei & apti sint. Sed per prædicta verba, (quod volentes scilicet, & venientes ad recipiendum vitam istam mittantur ad ministros) voluit ipse Pater sanctus se legi communi conformando, docere, & admonere fratres suos; vt ex parte recipiendorum ad ordinem ingressus sit penitus voluntarius & liber: & nullo modo ad id cogantur violentia, aut minis, vel aliis illicitis mediis. Cum iuxta diuinam scripturam id quod iustum est, iustis, & licitis mediis sit exequendum [Iustè (inquit ipsa) quod iustum est persequeris.] Scire tamen debent fratres quod & si laudabile & bonum sit idoneos ad mundi contemptum & Religionis ingressum exhortari, & inducere; non est tamen valde laudabile alicui persuadere ad vouendū talē ingesſū, & maximè ad perseuerandum in ipso Religionis statu. Similia enim vota sic

Matt. 4.

a. 2. qu. 189. ar. 9

20. q. 1. cap. presens. & 1. q. 2. cap. quam pio.

Deut. 16.

Caiet. 22. q. 189. ar. 2. Nau. manu. q. 12. n. 40.

facilè & repentè facta, satis periculosa esse solent. Et sæpe sepius pœnitentiam, & displicentiam dictorum votorum sequutas esse: maximè cum periculo animarum dictorum vouentium, experientia comprobauit. Sed hortari, & suadere debent ad simplicem Religionis ingressum; ad probandum scilicet, num cum Dei gratia vitam sibi Religiosam assumere possit, absque aliquo tamen præcedente voto. Vt liberum illi sit per integrum probationis annum, vel Religionem profiteri, vel ad sæculum iterum cum prima libertate redire, vt Caiet. & Nauarr. admonent.

Ad quam Religionem quis poßit induci.

Qualis Religio esse debet vt in ea fiat ingressus.

8. ADuertendum item est eis, ne in huiusmodi exhortatione, aliquos quoquomodo inducant ad ingressum Religionis; in qua deformatè viuitur, cum mortali transgressione Regulæ, vel diuinæ legis. Huiusmodi enim actus est de suo genere malus; cum per illum inducatur aliquis ad vitam reprehensibilem, & periculis plenam. Ex parte enim Religionis, ad quam quis licitè induci potest, requiritur quod in ea ita regulariter, & exemplariter viuatur, vt habeat inductus occasionem in melius proficiendi. Vt ex

22. q. 189. art. 9.

sãcto Tho. rectè colligit Caietanus. Ideò secundum opinionem communem, quam idem Caiet. rectè explicat, quem sequitur Nauarr. in suo Manuali, tam scienter inducere, quàm recipere quempiam ad Religionem deformatam vituperabile est; & mortale peccatum. Quoniam inducendo, vel recipiendo in Religione, vbi Regulæ promissæ obseruantia nõ est, eorum est manifesto periculo directè cooperari: eisque causam imminentis ruinæ præbere. Sicut enim si à me cibus venenatus aliquando peteretur, qui pro bono à petente censeretur; ego verò agnoscens illum mortiferum, tacerem hoc, & darem; essem vtique reus mortis illius, & damni inde prouenientis. Sic vtique excusari à mortali non possunt, qui inducunt, aut recipiunt, aut per suffragia suorum votorum aliquem ad Religionem deformatam, quæ bona ab introeunte credatur, admittunt: Vbi sine regulari obseruantia viuitur, & manifesta sunt pericula peccandi mortaliter. Quod si ingrediens sciret dictæ Religionis relaxationes damnabiles, & illam tamen ingrederetur, mortali vtique peccato, sicut & prædicti astringeretur: cum manifestis periculis damnationis se voluntariè exponeret.

Naua. ca. 12. nu. 46

9. Excusari tamen possent huiusmodi à mortali, quando ingredientes Ordinem feruentissimo probarentur esse Spi-

Ingredientes Religionem de-

formatam quando peccant.

ritus; & probabiliter speraretur, quod profecturi essent in ordine. Eosdemque instruerent de preceptis & obligatoriis Regulæ, & de periculis, & relaxationibus, in quibus in ordine communiter viuitur: & de modis, & viis euitandi pericula prædicta, & viuendi in obseruantia Regulari. Et eò amplius excusarentur, si illi essent tales, vt probabiliter de illis sperari posset, quod cum Dei adiutorio, eorum Spiritu, & prudentia, alios possent Regulæ professores ad obseruantiam Regularem adducere. Solet enim diuina Prouidentia secundum tempora, multos ad reformationem Religionum quotidie labentium suscitare, per quos regularem vitam sustentat, vel in toto, vel in parte. Alias vero quam dictum est, ad Religionem deformatam inducere vel recipere, mortale vtique peccatum erit. Adeò vt si Religio nostra aliquando, (quod Deus auertat) ab obseruantia Regulari recederet: ita vt communiter ab omnibus deformatè viueretur, vsum moderatum rerum contemnendo, & viuendo opulenter, nec curando de præceptis, & obligatoriis Regulæ: Nec induci, nec recipi sine culpa mortali in hac Religione quis posset, nisi in casibus prædictis, in quibus excusari posset, qui talem deformatam Religionem ingrederetur.

Modo ergo quando dicit Seraphicus Pater, quod mittantur ad Ministros ve-

nientes, vt recipiantur ad Ordinem, non ſolum de illis loquitur qui ex ſe ipſis à Dei Spiritu præuenti venient, ſed de illis etiam, qui ab illis (quicunque illi ſint) ad ingreſſum Religionis fuerint exhortati, & adiuti. *S Bonau. cap. 2.*

Qui Miniſter poteſt recipere ad ordinem.

10. ADuerte tamen, quòd licet in Regula tantum fiat mentio de Miniſtris Prouincialibus quoad receptionem ad ordinem; non per hoc tamen excluditur Generalis Miniſter, quin poſſit ad ordinem recipere. Immo ad eum ſpectat, & in eo ordinaria auctoritas reſidet, tanquam Vniuerſali Miniſtro, recipiendi, & acceptandi in toto ordine quoſcunque ad vitam iſtam recipiendam venturos. Vt declarauit Gregorius ix. Prouinciales verò ex ſuo officio, id tantùm in ſuis prouincijs facere poſſunt: vt ex Nicol. iij. patet. Dum enim ipſe Nicolaus dicit, quòd Vicarij ſiue Commiſſarij Prouincialium, ipſis longè agentibus, non poſſunt ex ſuo officio ad ordinem recipere niſi à prouincialibus talem facultatem habuerint: ſatis demonſtrat, quod Prouinciales Miniſtri ex ſuo officio, & ordinaria auctoritate talem habent facultatem. Adeo vt Genera- *Poteſtas recipiendi ad ordinem eſt miniſtrorum.*

lis Minister, & Prouinciales tantummodo ex officio,& ordinaria auctoritate, ad religionem posse recipere probentur. Cæteri vero præter hos, nullam ad id habent facultatem; nisi ab istis, illis fuerit delegata. Vt declarauit Nicolaus prædictus. Quod & ipsa Regula apertissimè docet, dum de Ministris loquens dicit, (Quibus solummodo, & non aliis recipiendi fratres, licentia concedatur.)

An Prouinciales Ministri ex Regula habeant facultatem recipiendi ad Ordinem?

Prouinciales possunt recipere ad ordinem ex officio, auctor. Papę non ex Reg.

11 SEd num Prouinciales Ministri (quia de Generalibus clarum est per Greg. ix.) talē ordinariā facultatē recipiendi ad ordinem ex ipsa Regula habeant, vel auctoritate Apostolica? controuersia est inter doctores. S. enim Bonauentura, Hugo, & Bart. Pisamus hic volunt, quod habeant à Regula. Et quatuor Magistri fatentur, quod ante declarationem Greg. ix. omnes predicatores, & literati Ordinis talem facultatem esse à Regula asserebant: & ita ab omnibus seruabatur. Alii tamen volūt, quod talis auctoritas & facultas sit ex cōcessione apostolica Gregorii Noni in Priuilegio (Gloriantibus vobis in sola cruce.) & Nicolai Terti in exposi-

tione Regulæ ; & non ex ipsa Regula. Et horum ratio est ; quia ipsa Regula non dicit , quòd facultas recipiendi ad Ordinem conceditur Ministris Prouincialibus; sed quòd tantum illis concedatur. Quibus verbis videtur quòd ex Regula talis ordinaria auctoritas Ministris Prouincialibus non conceditur. Et pro hac sententia, faciunt expositiones præfatorum Greg. & Nicolai. Exposuerunt enim ipsi hunc Regulæ locum; & intellexerunt secundum sensum supradictum. Quare iuxta eorum sententiam, antedictam concessionem Apostolicam, (quæ auctoritatem ordinariam confert) non poterant Prouinciales Ministri ex officio aliquem ad Ordinem recipere nisi à Generali Ministro talem facultatem habuissent. [Sic enim inquit Gregor. ix.] Quia ad Ordinem recipere, nec Ministris ipsis Prouincialibus permittitur, nisi eis specialis licentia super hoc à Generalibus Ministris concedatur; qui sicut concedere, sic negare possunt licentiam prædictam. *Art. 2.*

12 Et licet, post prædictas Apostolicas cōcessiones, possint Ministri ex officio, & auctoritate ordinaria, ad ordinem recipere : potest tamen Generalis Minister talem arctare, & limitare facultatem , prout sibi visum fuerit : sicut idem Pontifex Nicolaus in sua constitutione decernit. Et quia ex regula habetur,

Generalis potest impedire receptionem ad ordinem.

Alij præter ministros recipiunt ad ordinem. quòd à solis Ministris recipiantur ad Ordinem, qui veniunt ad recipiendum vitam istam: Idem tamen Nicolaus in sua Regulæ expositione concessit, (quod & Innoc. IIII. fecerat in expositione super Regulam, & Greg. IX. per priuilegium particulare) quòd talis ad ordinem receptio fieri possit per fratres discretos ordinis, quibus à Ministris fuerit hoc demandatum. Et id meritò, quia dum hic Minoritanus ordo crescere, & dilatari per omnes ferè orbis partes cœpisset: non secus fieri aliquando potuisset sine ordinis damno, & detrimento. Quoniam multæ personæ vtiles pro Religione esse possunt, quæ nec commodè ad Ministros inquirendos mitti possent: & multoties nolunt, vel sine periculo non possunt eorum aduentum expectare.

Priuilegia non omnino relaxant ordinem. Cap. 2. super Re. 13 Nec dici potest non esse bonum, talibus vti priuilegijs, per quæ à simplici Regulæ intentione recedimus; quoniam paulatim, & alia inpetrari possent, per quæ ipsius Regulæ puritas in totum relaxaretur. Id quidem non benè dicitur. Quandoquidem per prædicta priuilegia, & gratias, nihil carnale, aut temporale Religioni acquiritur; sed totum est honestum, & purè spirituale. Et ideo illis licitè vti possumus; vt quatuor testantur *S. Bon. Cap. 2.* Magistri. Immo si rectè consideretur, dicta priuilegia non relaxatiua, sed conformia fini, & intentioni Regulæ esse agno-

ſcentur. Quandóquidem, quicunque ſanæ fuerit mentis, fatebitur, quòd neque in hoc, neque in alio huius Regulæ paſſu voluit aliquando Seraphicus Pater, impedire illud, quod ad ſpiritualem profectum ordinis concedere poteſt. Et ideò, & hic, & in quocunque alio Regulæ loco, debent verba intelligi ſecundum finalem vtilitatem, in ipſa Regula intentam. Itaquè illa Regulæ verba, quòd nulli alij præter Miniſtros concedatur licentia recipiendi ad ordinem. [Quibus, & non alijs recipiendi ad ordinem licentia concedatur] intelliguntur, quòd ſic ordinariè ſeruetur, vt verba docent: niſi aliquando pro euidenti vtilitate, & Spirituali profectu Ordinis, aliter eſſe faciendum, ratio demonſtraret. Ideò S. Bonauentura dixit; quòd Papa, non relaxando Regulam, ſed ad eius intentionem reſpiciens; diſpenſauit, quòd Miniſtri per alios poſſent ad Ordinem recipere. [Dominus Papa, inquit ipſe, non relaxans hanc Regulæ partem, ſed ad mentem eius diſpenſandò, ordinauit; quòd in talibus locis, diſcretis fratribus receptionis auctoritas concedatur.

Regula intelligenda eſt ſecundum finalem vtilitatē in ea intentam.

MInistri verò diligenter examiment eos de fide Catholica, & Ecclesiasticis Sacramentis, & si hac &c.

14 CVm supra dictum sit, de eo, quod pertinet ad clauẽ auctoritatis circa receptionem ad Ordinem: agitur modò de eo, quod concernit clauem scientiæ, discretionis; vt totum benè fiat absque errore.

Examinentur venientes ad ordinem.

Mandat ergò Seraphicus Pater, vt summa cum diligentia examinentur venientes ad recipiendum vitam istam, de fide Catholica, & Ecclesiasticis sacramentis. Quod licet dubium fuerit quatuor Magistris, & Hugoni, num hoc sit obligatorium, an tantum Regulæ instructio: tamen per Clem. V. determinatum extitit, quòd æquipollet præcepto. Aduertendum tamẽ est, quòd non passim secundũ Sanctum Bonauenturã & Petrum Ioannem, hoc examen de rebus scilicet fidei omnibus est faciendum. Sed tunc tantùmmodo necessariò, & sub præcepto fieri debet, cum in illa religione Hæretici reperiantur. Vel cum rationabiliter ex circunstantijs aliquibus agnosci posset, quòd periculosum esset illud dimitti. Tunc enim studiosè, & strictè tale examen haberi debet; cum aliqua oritur suspicio, vel ratione personæ reci-

S. Bonau. Petr. Ioan. Cap. 2

piendæ, vel ratione regionis, & loci. Et ipse Pater Sanctus, examen quodcunque de alia re faciendum subtiscendo, de hoc tantum loquutus est: quia, vbi in aliqua persona, aliquis esset error circa concernentia fidei; posset hic talis maximum communitati perculum, seu damnum afferre. Ideò super hoc studiosa inquisitio habenda est.

15 Et nota, quòd licet in fide Catholica contineatur etiam, fides sacrmentorum Ecclesiæ: Voluit tamen ipse B. Pater de illis mentionem particularem facere. Tum quia sensibilis simplicitas sacramentorum à multis scelestibus contemni, & irrideri consueuit. Tum etiam, & multò magis, quia recta sacramentorum fides, quædam particularis, & sensibilis applicatio est ad totam sanctam fidem, & sanctam Ecclesiam Catholicam. Amplius id fecit, quia hæc eius Regula tota Apostolica est, vt patet ex cap. Exiit qui seminat de verborum significatione in 6. dicitur enim ibi: [Hæc est illa apud Deum, & patrem munda, & immaculata Religio, quæ descendens à patre luminum, per eius filium exemplariter, & verbaliter Apostolis tradita, & demum sancto Francisco per Spiritum sanctum inspirata; totius in se, quasi continet testimonium Trinitatis.] Et hic eius ordo, particulari voto Ecclesiæ Romanæ est subiectus. Et ratio-

Fides sacramentorum est quædam applicatio ad totam fidem.

Pet. Ioan. Cap. 2.

ratione primi voluit, quòd venientes ad ordinem examinentur de rebus pertinentibus ad fidem. Ratione verò secundi, quòd interrogentur de Ecclesiasticis Sacramentis, quæ ipsa Sancta Ecclesia administrat.

16 Nec tamen credere debes, quòd Pater Sanctus de hoc tantùm examine sit locutus; vt solùmmodo, de illo, & non de alio examinandi sint venientes ad ordinem: sed hoc fecit ob rationes prædictas. Et quia hoc ipso examine de rebus grauibus, insinuabat, & docebat examen fore faciendum de rebus minus grauibus, & minoris momenti. In hoc se conformando vsui Diuinæ Scripturæ: quæ dum mandat parentes debere honorari; vult pariter docere, quòd quisque alius honoretur secundum statum, & meritum suum agnitum. Et dum Idolatriam prohibet; prohibet item sub illo nomine qualemcunque superstitionem. Et sub hæresis nomine, omnem perniciosum errorem. Et sub nomine homicidij, omnem iniustam offensionem contra proximum: & sic de multis alijs: Ita vt minora per maiora nobis insinuentur, & patefiant.

Vsus Scripturæ Diuinæ in præcipiendo qualis.

Et ideò cum hoc negotium recipiendi scilicet ad ordinem satis principale, & maximi sit momenti; ex quo inde pendet tota Ordinis propagatio: Et si aliquando radix fuerit vitiata, vix fieri potest, vt rami

nõ ſint vitiati, & infecti: Neceſſariò maxima adhibenda eſt diligentia, & exquiſitum eſt faciẽdum examen de aptitudine, & habilitate veniẽtium ad recipiendum vitam iſtam. Num ad obſeruantiam regularem & officia, & onera à Religioſis ferenda, & ad conuiuẽdum pacificè, & abſque periculo cum fratribus ſint benè diſpoſiti?

17 Et huius gratia Seraphicus ipſe Pater voluit: quòd Miniſtri eſſent illi, qui ad Ordinem reciperent. Quoniam de ipſorum prudentia ſuper omnes meritò ſperari poterat: quique præ cæteris ad præfectum, & vtilitatem Ordinis, qui eorum curæ erat commendatus, deberent aſpicere. Et tanquam ianua ordinis, tantum illis præberent ingreſſum, qui apti, & benè diſpoſiti ad Religionem dignoſcerentur; inhabiles, & indiſpoſitos repellendo. Indifferenter enim ad Ordinem recipere; non niſi maximum detrimentum, & relaxationem ipſi Ordini poſſet afferre. Et quo magis dilatabitur Ordo; eò magis tranſgreſſiones, & ſcandala ſuccreſcere cernentur. Cum experientia doceat, quòd poſteriores in Religionibus, minus perfecti ſint, quàm priores. Et ſic paſſim omne recipiendo, multi ad ordinem admitterentur debiles, & imbecilles; qui onera, & rigorem Religionis minimè ferre poſſent. Alij malè morigerati, vel à na-

Auctoritas recipiendi ad ordinem cur Miniſtris ſit demandata.

tura ad malum propensi, vel malis habitibus affecti, qui vix corrigi possent. Nec facilè inuenirentur prælati, qui cum ipsorum profectu, illos possent gubernare. Adeò vt Regularis disciplina multò citius esset dissoluenda, & multorum spiritualis profectus deberet impediri. Ita vt, non aliud Religio euaderet; quam vna multorum confusio, siue confusa multitudo. Ideò Nicol iij. art. 7. dixit, quòd non omnes passim ad Religionem admittantur, sed solúmmodo idonei, & digni, qui Ordini possent aliquando vtiles esse, & seipsos meritis adiuuare, & alios exemplo. [per omnia (inquit ipse) discretè procedant; nec indifferenter omnes admittantur ad Ordinem; sed illi tantum, qui suffragantibus eis literatura, idoneitate, vel alijs circunstantijs, possint vtiles esse Ordini: sibique per vitæ meritùm, & alijs proficere per exemplum.] Vnde illi Ministri, qui aliter faciunt, vel qui amore carnali, aut aliquo alio humano respectu ducti, indispositos, & inutiles ad ordinem recipiunt; infideles suæ matri Religioni probantur. Et contra propriam, & proximi animam faciunt; dum tales ad ordinem admittendo, onus eorum humeris non proportionatum imponũt, sub quo postmodum damnabiliter succumbant, satis probabile est.

Conditiones recipiendorũ ad ordinẽ.

ET si hæc omnia credant, & ea velint fideliter confiteri: Et uxores non habeant, & iam monasterium intrauerint uxores, vel licentiam eis dederint auctoritate Diœcesani Episcopi, voto continentiæ iam emisso: Et illius sint ætatis uxores, quod non possit de eis oriri suspicio: dicant eis verbum Sancti Euangelij, ut &c. *Tex.*

Conditiones Venientium ad ordinem.

18 CVm fuerit Pater sanctus locutus de conditionibus, & qualitatibus Ministrorum; qui debent ad ordinem recipere. Non agit de conditionibus, & qualitatibus recipiendorum per eos, Quæ, ex Regula duæ sunt: vna in ordine ad Deum, alia verò ad mundum. Quæ Deum intuetur, est, vt sint fideles, quòd habeant veram, & firmam fidem. Et ideò dicitur, & si hæc omnia credant. Nec eam tantum in corde habere debent; sed tanquam veri catholici, eam etiam exterius ore profitendo, animo prompto ad subeundum (vbi necessarium fuerit) martyrium se exhibere debent pro eius defensione. Cuius gratia, dicitur, & [velint ea fideliter confiteri.) Fidem enim nostram non corde tantum, & ore; sed & opere profiteri vs-

Recipiendi habeāt veram fidem.

que ad finem debemus: Ad consequendũ cæleste præmium, quod in bono vsque ad finem perseuerantibus, promittitur; iuxta illud scripturæ sacræ testimonium: Non qui inceperit, sed qui perseuerauerit, saluus erit. Et huic conditioni, ex constitutionibus generalibus Martini V. conformiter ad diuinam scripturam, & ad piam mentẽ Regulæ, superadditur, quòd nulla de eis sit suspicio alicuius erroris apud opinionem hominum. Quoniam bonum oportet habere testimoniũ apud homines, vt diuina scriptura testatur. Oportet (inquit Apostolus) testimonium habere bonum, ab ijs, qui foris sunt. Et id meritò, quia Religio hæc Minoritana particulariter fuit instituta à Deo ad ædificationem mundi. Ideò illam ingressuri, omni erroris suspicione liberi penitus esse debent. Et dum talis suspicio viget, nec dum extincta est apud hominum opinionem, non possunt huiusmodi (licet veri Fideles, & Catholici sint) licitè ad Ordinem recipi; ne aliqua admiratio, & scandalum de eorum receptione apud Fideles oriatur.

Matt. 10.

Constit. cap. 2.

1. Tim. 3.

Recipiendi non habeant vxores.

19 Quæ verò est in Ordine ad mundum, ea est; vt vxorem non habeant, vt sic soluti, & liberi possint seipsos offerre Deo, & super sua propria corpora dominium, & potestatem religioni tradere. Quæ vtique, facere non possent;

quando matrimonio consummato essent ligati. Tunc enim (teste Apostolo) nec vir sui corporis amplius potestatem habet, nec vxor sui: sed ipsorum vterque super corpus alterius. Vir (inquit ipse) non habet potestatem sui corporis sed vir. Et ideò neuter eorum in præiudicium alterius Religionem ingredi posset; cum proprij corporis (vt dictum est) potestatem non habeat. Hoc tamen intelligendum est de vero matrimonio, legitimè (iuxta sacros Canones Tridentini Conc.) contracto: quoniam si clandestinum esset, & non esset conforme determinationi dicti sacri Concilij, non esset illud vtique verũ matrimoniũ; vt per dictum Concilium expressè determinatur. Intelligendum item est, si prædictum legitimum matrimonium fuerit consummatum; hoc est, quod præcedentẽ legitimum consensum; fuerit copula carnalis secuta. Quia si consummatum non extiterit; minimè ingressum, & professionem Religionis poterit impedire. Vna enim est Doctorum omnium sententia, quòd matrimonium ratum, vbi scilicet mutuus & legitimus vxoris, & viri tantummodo consensus interuenit, & non est secuta copula: Vel vbi carnalis copula mutuũ consensum præcedit, & non sequitur, ingressum Religionis impedire non possunt; sed tantùm verum, legitimum

8. Cor. 4.

Matrimonium impedit ingressum Religionis.

Sess. 24. Cap. 1.

Ang. tit. Religiosus nu. 14.
Cap. veniens. de sponsalib.
Syl. Relig. 2. nu. 9.

& consummatum matrimonium. Hoc enim ingressum impedit; & per illum, dissolui non potest. Veniens ergo ad recipiendum vitam istam; à tali matrimonio solutus, & liber sit, necesse est. Si verò vxorem habet; his tantum concurrentibus conditionibus, Religionem ingredi poterit. Scilicet, si eius vxor Monialium monasterium fuerit ingressa. Vel ei, Diœcesani Episcopi auctoritate, fecerit facultatem intrandi Religionem: ita tamen quod ipsa vouerit viuere continenter: & talis item sit ætatis, quòd nulla probabiliter de eius continentia habeatur suspicio. Quæ quidem ætas (secundum S. Bonau.) non tantum annis metienda est; sed potius stabilitate virtutum. Iuxta illud, diuinæ scripturæ: [Senectus venerabilis est, non diuturna neque annorum numero computata. Cani sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.] Et hæc omnia sacris Canonibns conformia probantur; vt in diuersis capitulis videri potest. cap. iunctis, cap. vxoratus, cap. Apostolicam.

Vxoratus recipiendus quid faciet.

Cap. 2.

Sap. 4.

De conuersione coniug.

10 Et nota, quòd licèt in aliquibus particularibus casibus, per sacros canones sit licitum Religionem ingredi absque conditionibus prædictis, vt in casu adulterij. Ministri tamen sub culpa mortali tenentur ex vi Regulæ, iuxta determinationem Clem. V. neminem ad

27 q. 2. C, Agathosa.

Ordinem recipere; nisi prout hic à Regula determinatur. Adeo, vt in casu prædicto adulterij, licet ex lege communi possit vir licitè ad Religionem transire, etiam nolente, & reclamante eius vxore adultera; mortalis tamen esset culpa ex Regula huiusmodi ad Ordinem recipere, si mulier ad id non consentiat; neque sine probabili suspicione sit incontinentiæ (prout Regula mandat) in sæculo remanendo, & ait Cordub: hic, q. 4.

Maritus adultera an possit recipi in Ordine.

21 Et aduertat Minister, quòd sub his impedimentis hic expresse in Regula positis; voluit Seraphicus Pater noster, omnia alia, quæ ingressum Religionis legitimè impedire possunt, debere intelligi, & comprehendi, In hoc, modum & morem sequēs diuinæ scripturæ, & alterius cuiuscumque rationalis legis, quæ de similibus idem volunt iudicium haberi. Itaque, dum prohibentur Ministri recipere ad Ordinem, qui prædictis impedimentis detinentur, agnoscere pro certo debent, quod eis item prohibetur, ne quempiam canonicè impeditum, ad ingressum Religionis admittant. Hæc autem canonica impedimenta, præter predicta, sunt, Quando non sit conditione liber, sed seruus. Quando, in Episcopali dignitate, vel maiori sit positus: vt Archiepiscopali, Patriarchali, &c. In tali enim dignitate positi, absque

Impedimenta recipiendorum ad Ordinem.

Cap. 1. de seru. non ordin. & c. 1. & 2. dist. 54.

licentia Papæ, Religionem ingredi non possunt.

Cap. licet de regul.

Quando veniat, coactus minis, falsis promissionibus, alijsque, medijs illicitis. Et eò magis, si timore mortis ab aliquo ei comminatæ, ad Religionem venerit; huius enim professio inualida vtique censetur, si ad illam cogitur timore mortis. Quando fatuus sit, & vsu rationis careat: vel sit furiosus; hi enim nunquam profiteri possunt, & eorum professio (si aliquando fieret] nulla esset.

Cap. 1. de regul. & c. præsens 20. q. 3.

Quando ætatem debitam non habeat, adeo vt tempore professionis 16. annum non compleuerit, quæ ætas necessario requiritur (per sacrum Conc Trid.) ad professionem emittendam. Nam si ante dictum tempus sexdecim annorum completorum fiat, nulla est. Et de his impedimentis, consule Angelum de Clauasio, tit. Religiosus, à nu. 4. Syluest. tit. Religio 2, & ceteros Summistas. Et per nouas constitutiones Sixti V. quarum prima incipit: Cum de omnibus ecclesiasticis ordinibus, &c. Altera vero, ad Romanum spectat Pontificem. Nullius roboris declarantur. Ingressus, & professio illorum, qui ratiocinijs reddendis sunt obnoxij, vndè sit contra eos mota lis, aut timeatur mouenda. Vel quòd sint rei, vel suspecti de homicidio, furto latrocinio aut alijs similibus, vel maioribus delictis, ob quæ fuerint condemnati, aut

Cap. sicut tenor de regular. Sess. 25. Cap. 15.

timeant damnari. Vel quòd ingenti ære alieno supra vires facultatum suarum sint grauati. Vel qui ex sacrilegio, aut incestu, vsque ad tertium gradum. Vel ex quouis alio minus legitimo thoro fuerint progeniti, nisi sub certis conditionibus, & modificationibus, prout ibi exponuntur. Nihilominus quoad hoc, dicta Constitutio fuit modificata per nouam Constitutionem fel. recordationis Greg. xiiij. quæ incipit. Circumspecta Romani Pontificis prouidentia. Ita quod prædicti illegitimi ex quouis illegitimo thoro procreati, possint ad habitum, & professionem regularem admitti; quemadmodum ante prædictas Constitutiones Sixti V. admitti poterant: modo tamen, & conditionibus ibi præscriptis. Et per Constitutionem Clem. viij. quæ incipit. In suprema Ecclesiæ Cotholicæ specula. Die 2. Aprilis M. DCII. omnia quæ à Sixto v. in dictis constitutionibus, quoad nullitatem professionis fuere determinata: ad terminos iuris, & sacrorum Canonum, perinde, ac si prædictæ constitutiones in illa parte editæ non fuissent, redacta fuerunt. Saluis tantum remanentibus pœnis, contra superiores quorumcumque Ordinum, in dictis constitutionibus per dictum Sixtum taxatis, qui in admittendis nouitiis ad habitum, & professionem, earundem constitutionũ, formam non seruauerint.

Nati ex illegitimo thoro quomodo recipi debent.

Ideò hic inter cætera impedimenta non connumerantur. Ministri ergo, qui scienter vel etiam ignoranter ex defectu debitæ inquisitionis per eos omissæ, huiusmodi prædictis impedimentis ligatos, ad Ordinem reciperent; præter pœnas & censuras in sacris Canonibus taxatas, grauem culpam incurrerent. Nec insuper ad Ordinem per eos admitti deberent: qui prius examinati non fuerint de conditionibus quæ in institutionibus nostri Ordinis ponuntur, vbi videri possunt. Nam & si ex dictis constitutionibus ad nullam culpam ipsi Ministri astringantur: possent tamen ex aliqua alia lege naturali, vel diuina ad illam obligari. Et ideo accuratissimum examen facere deberent de qualitatibus, & conditionibus recipiendorum ad Ordinem.

Culpa recipientium indignos, & inhabiles.

An liceat secundum Deum, & conscientiam, grauato debitis, ingredi Religionem?

22 SOlennis hic, illa quæstio agitari potest, num grauatus debitis, Religionem ingredi possit, tuta conscientia, ad seruiendum Deo? Et si ingressus, & professus, adhuc remaneat obligatus creditoribus, quòd si ei, alia non pateat via satisfaciendi, teneatur in Religione

ligione laborare arte, & industria sua, ad dicta debita persoluenda? Vel inde ad laborandum exire, vt satisfaciat creditoribus, quibus ante Religionis ingressum tenebatur?

23 Scito ergo duas circa hoc quæsitum; grauissimorum Doctorum opiniones, inuicem contrarias esse. Vna est S. Thomæ, Palud. Innoc. Raimundi. Angel. Sylue. Vlderici. Archidia. summæ Confess. &c. Quæ vult, quod quicunque alicui est obligatus aliquo pecunario debito; si facultatem soluendi habet, non potest. (vt Religionem ingrediatur) licitè prætermittere solutionem creditori, faciendam: sed tenetur soluere quod debet. Si vero non habet vnde debitum soluat tenetur facere quod potest, vt cedat scilicet bonis suis, & iuribus omnibus, (si quæ habet) creditori, & sic poterit ingredi Religionem. Nec tenetur in sæculo remanere, [licet sit industrius] vt procuret industria, vel arte sua, vnde creditori satisfaciat. Nec item huius gratia, tenetur in Religione laborare: cum ex toto, sit Religioni subiectus: ita, vt non sit momentum, in quo à Prælato occupari non possit; & non habeat velle, vel nolle cap. si religiosus. de cleric. in 6. & annotauit Angelus tit. Religiosus num. 7. & Silue. tit. Relig. 2. nu. 4. Monasterium tamen satisfacere tenetur de ijs, quæ in eius ingressu, vel, post, intuitu

Prima opinio. 22. q. vlt. ar. 6. ad 3. Pal. in 4. d. 38 q. 3. num 5. Innoc. in Ruor. de oblig. ad ratiocin. Aug. tit. Religiosus § 6. Silue. tit. Religio 2. q. 4.

ipsius ingredientis acquisisset via donationis, vel successionis, seu vltimæ voluntatis, vt patet in iure cap. si qua mulier. 19.

Prima ratio. q. 3. Rationes autem horum Doctorum sunt: Quia in lege gratiæ, persona hominis liberi non potest obligari pro debito pecuniario, sicut poterat in lege veteri. Vt patet 4. reg. 4. Quod mulier vidua conquærebatur apud Eliseum; quòd creditor acceptutus erat filios suos in seruos, pro pecunia sibi debita Hoc autem tempore gratiæ iura non admittunt; cum persona liberi hominis superet omnem æstimationem pecuniæ. Sed sufficit, secundum dicta iura, quod cedat bonis, & iuribus suis omnibus, tradens ea creditori: & post hoc non potest amplius incarcerari, nec seruituti alicuius subiici. Item, quia quisquis feruore charitatis, & instinctu Spiritus sancti ad frugiorem vitam Religionis mouetur, non obligatur, nec alia astringitur lege, vt in sæculo teneatur permanere quò satisfaciat creditori; ex eo, quòd industria, & arte sua lucrari poterit. Non enim Spiritui sancto est resistendum. Nam (vt inquit Apostolus) Qui Spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege. Si Spiritu (inquit) ducimini, non estis sub lege. Et iterum: Vbi Spiritus Domini, ibi libertas.

Galat. 5. *2. Cor. 3.*

2. opinio. *Alph. 39. li. x. par. 2*

24. Altera verò opinio est Gers. & aliorum, qui dicunt quod obligatus debitis

pecuniariis alicui certæ personæ, ratione furti, vel mutui, vel alterius pecunarii contractus: non potest Religionem ingredi nisi creditori fuerit satisfactum. Vel aliquis appareat modus ad satisfaciendum sufficiens. Vel licentiam, & consensum habuerit à suo creditore ingrediendi Religionem. Vel si rationabiliter, & non temerè præsumeret, quod creditor agnoscens eius sanctum propositum, velit ei condonare illud totum, quod ei debetur; ne ab ingressu Religionis impediatur, quæ probabilitas haberi poterit (vt inquit Medina) ex quantitate, & paruitate rei debitæ. Ex qualitate item creditoris, si fuerit scilicet diues, liberalis, solitus eleemosynas erogare; si amicus ipsius debitoris, si deuotus Religionis. Vbi enim sibi probabiliter persuasum fuerit, creditorem velle sibi totum debitum condonare; legitimi erunt ad Religionem ingressus, & professio. Vel si in sæculo remanere non potest, (vt inquit Nau. in Man. c. 17. nu. 87.] ad satisfaciendum creditoribus, sine vitæ, & salutis periculo per cap. officii de pœn. & remiss. cum declaratione Innoc. 4. Quodsi Reipublicæ fuerit obligatus ratione vsurarum, vel alia causa; si fuerit à gerente officium Reipublicæ absolutus, & licentiatus ad Religionem: Vel si fuerit obligatus sub incerto, vbi sola requiritur restitutio, quæ in pios vsus habeat

Gab. sup. in 4. d. 28 quæst. 1. bb. Med. de restit. causa. 8. fol. 38. Cordu super Reg. c. 2. q. 5. Nauar. de Regul. c. cui portio. nu. 8.

quia transeunt cum onere suo, cum alteri sint prius obligata pro satisfactione furti, siue mutui, seu alterius contractus. Et huiusmodi, qui sic debitis obligatus, fuerit ingressus, & professus Religionem, non perdidit ius succedendi ad hæreditatem iure propinquitatis sibi aduenientem : quia talis professio non est absolutè perfecta, cum ipse debitis reddendis maneat obnoxius.

26 Secundum, quod si infortunio in paupertatem deuenerit, & non habeat bona, quibus, vel in toto, vel in parte satisfaciat creditori, & tamen sit industrius, doctor, lector, pictor, &c. contra conscientiam, & Deum faceret ingrediendo Religionem : sed in sæculo remanere tenetur, & industria, & arte sua quærere, vnde creditori valeat satisfacere. Nec valet dicere, quòd ad frugem altioris vitæ vult progredi, scilicet ad Religionem: quia non licet quærere lucrum spirituale cum præiudicio tertij. Non enim sunt facienda mala, vt eueniant bona : & non sunt contemnenda præcepta diuina, (vti est non retinere aliena) vt Euangelica consilia impleantur; (vti est Religionem ingredi.) Debitor enim iure naturali, & diuino tenetur procurare, vnde creditoribus satisfaciat; siue facultatibus (si habeat) siue arte, siue industria, si lucrari possit. Vnde non potest licitè seipsum astringere ad id, per quod redde-

Secundum coroll. Debitor pauper ex infortunio quando non potest ingredi Religionem.

conuerti; si ab eodem gerente officium Reipublicæ licentiatus fuerit. Qui enim Reipublicæ officium gerit,& boni communis; potest pro bono spirituali communitati resultante ex ingressu in Religionem secundum æquitatem disponere. Nec aliâs quam dictum est, poterit (secundum prædictos) Religionem ingredi, si industrius fuerit; sed tenetur in sæculo permanere, ibique industria, & arte sua laborare, vt satisfaciat creditori. Et horum ratio ea est, quia non est faciendum contra Dei præcepta, vt adimpleantur consilia: vt est in casu. Religionem enim ingredi, consilium est, debita vero soluere præceptum. Quod enim inuito domino detinetur, quædam species furti est, quod lege diuina prohibetur. Nam septimo diuinæ legis præcepto, non solum furtum prohibetur, sed quæcumque iniusta detentio; vt patet per cap. sæpe de rest. spol.

25 Et ex hac conclusione plurima inferuntur corollaria, primū, quod, qui distribuit occultè bona sua, vel renunciat bonis, & iuribus suæ successionis, ex quo inhabilis, & impotens redditur ad satisfaciendum creditori; & tandem sic debitis obnoxius, Religionem ingreditur; contra Deum, & conscientiam facit: cum hoc non aliud sit, quam creditores rebus suis spoliare. Et illa bona sic distributa, obnoxia sunt restitutioni:

Primum corollar.

Sua alijs, quam creditoribus renunciās bona, ingredi Religionem non potest

quia transeunt cum onere suo, cum alteri sint prius obligata pro satisfactione furti, siue mutui, seu alterius contractus. Et huiusmodi, qui sic debitis obligatus, fuerit ingressus, & professus Religionem, non perdidit ius succedendi ad hæreditatem iure propinquitatis sibi aduenientem : quia talis professio non est absolutè perfecta, cum ipse debitis reddendis maneat obnoxius.

26 Secundum, quod si infortunio in paupertatem deuenerit, & non habeat bona, quibus, vel in toto, vel in parte satisfaciat creditori, & tamen sit industrius, doctor, lector, pictor, &c. contra conscientiam, & Deum faceret ingrediendo Religionem : sed in sæculo remanere tenetur, & industria, & arte sua quærere, vnde creditori valeat satisfacere. Nec valet dicere, quòd ad frugem altioris vitæ vult progredi, scilicet ad Religionem: quia non licet quærere lucrum spirituale cum præiudicio tertij. Non enim sunt facienda mala, vt eueniant bona : & non sunt contemnenda præcepta diuina, (vti est non retinere aliena) vt Euangelica consilia impleantur; (vti est Religionem ingredi.) Debitor enim iure naturali, & diuino tenetur procurare, vnde creditoribus satisfaciat; siue facultatibus (si habeat) siue arte, siue industria, si lucrari possit. Vnde non potest licitè seipsum astringere ad id, per quod redde-

Secundum coroll. Debitor pauper ex infortunio quando non potest ingredi Religionem.

retur impotens ad debita ſoluenda. Qui ergo omitteret ſoluere debita vt in Religione viuat, perinde eſt ac ſi aliena rapiat, vt ad meliorem ſtatum aſcendat.

Tertium corollar. Religio tenetur ſatis facere aliquando pro debitore.

27. Tertium, quod prædicto modo obligatus, non eſt admittendus ad profeſſionem faciendam, niſi Religio per ſe vel per alios ſe obliget ad ſatisfaciendum creditori. Ideo habet conſuetudo, iure tam diuino, quam naturali fundata, vt volens ingredi, & profiteri Religionem, interrogetur, ſi eſt à debitis liber, & abſolutus. Si ergo Religio ſic debitis obnoxium ſcienter, ſiue prece, ſiue dono, ad profeſſionem admiſerit; præterquam, quod peccauit, ſi eum recepit animo, & intentione non ſatisfaciendi creditori, remanet etiam ad ſolutionem obligata, ex iuris interpretatione. Et poteſt ad hoc (ſi adſit poſſibilitas) compelli, præſertim ſi quidquam, vt dictum eſt ſupra, à profitente, vel eius contemplatione ſuſceperit.

28 Quod ſi fradulenter quis fuerit ingreſſus, & profeſſus Religionem, celando debita, ad quæ tenetur, libera eſt Religio, & nulla obligatione cogitur, ad debita ſoluenda: Et poteſt eum eiicere, ad tempus, vel ad ſemper. Quia, ex quo ex ignorantia eum recepit, & ad profeſſionem admiſit, debita eius ignorando,

Eijci poteſt aliquando quis à Relig. propter debita.

non consensit in talem eius receptionem. Et ideò non obligatur ad debita prædicta nec ad tenendum eum. Et ipse sic eiectus, tenetur procurare satis factionem creditori ex sua industria, & arte vel alio quocunque licito modo salua semper honestate Religionis, & sine scandalo.

29 Quartũ, quod post ingressum, & professionem, huiusmodi sic obligati, manet adhuc eadem obligatio, satisfaciẽdi creditori, si qua via honesta pateat, Quoniam non debet esse melioris conditionis, & maiori gaudere priuilegio aliquis religiosus, qui membrum est Religionis: quam totum Religionis corpus. Sed si Religio aliqua, debita pecuniaria contraxit tenetur sine dubio ea soluere, nec excusat eã perfectio vitæ. Nec ergo excusabit particularé, quin (si aliqua honesta via pateat) teneatur soluere debita contracta. Nec obligatio posterior potest præiudicare priori: vt ex sacris Canonibus patet de iureiurando capite veniens. & capite intellecto. Cum ergo huiusmodi professus, antea sit creditoribus obligatus, sequitur, quod professio superueniens, eum à tali debito non liberet. Vndè dicendum, quod si Religio talia præcognoscendo debita, huiusmodi sic obligatum ad professionem admiserit: tunc nec poterit eum eiicere, nec ille potest ex se egredi. Sed

Quartum corollar.

Debitor professus tenetur satisfacere creditori suo.

Religio tenetur soluere debita creditoris professi

ipsa Religio (vt supra dictum est) tenetur pro eo satisfacere creditori, modo possibili, & Religioni congruo. Vel dare illi licentiam ad laborandum intra Ordinem, salua disciplina, & honestate Regulari. Quia sic eum scienter recipiendo suscepit in se obligationem tenendi illum cum suo onere, idest cum obligatione ad satisfaciendum creditori, ita vt eiicere eum non possit. Nec ipse ex se exire potest: quia cum se ipsum Religioni tradiderit, valida est traditio, ex quo sua persona non erat serua creditorũ, nec erat creditoribus debita, sed res tãtum, quæ in genere debebantur. Et ideò cum suæ personæ amplius potestatem non habeat; non poterit ex se à Religione exire. Vt notat Ioan. Medin. de rebus rest. q.3. causa 8. ad 5. & Nauar. de Regul. c. non dicatis, nu. 42. Tenebitur tamen sic de facto Religionem ingressus. dictam satisfactionem non negligere. Sed instanter procurare, vt scilicet vel ipsa Religio pro eo, creditori satisfaciat, vel ei ad id facultatem faciat, laborandi intra Ordinem, si vtiliter ibi potest laborare. Quòd si intra Monasterium lucrari quidquã non poterit, & extra Ordinem posset; tenetur licentiam à suo superiori ad egrediendum à Monasterio petere: vt in sæculo laborando arte, & industria possit creditoribus suis satisfacere. Et prælatus tenetur ei hanc facultatem facere:

Io. Medin.
Nauar.

Debitor industrius vt soluat, exeat ex Ordine.

Prælati quando te-

modo in aliquas ſecedat partes, vbi ſine ſcandalo, & ſine deriſione Ordinis, ſeu aliquo inconuenienti poſſit honeſtè acquirere, vnde debita ſoluat. Nam ſi talia exerceat, vnde ſcandalum præſtet, aut Religio deriſioni exponatur; his inconuenientibus exiſtentibus, ceſſat obligatio præfata. Quòd ſi prælatus nolit, vel potius non poſſit prædicta debita ſoluere; & facultatem prædictam, vel laborandi ſcilicet vtiliter intra Monaſterium, vel extra, ſi in Monaſterio nihil lucrari poterit, concedere noluerit; erit iam debitor tunc impotens ad ſoluendum, & tali durante impotentia erit in conſcientia tutus. Sed non erit tutus prælatus, ſed in culpa; ſi iuſtam cauſam non habeat talem facultatem denegandi, vt inquit Medina vbi ſupra. Si verò ad profeſſionem admiſſus fuit fraudulenter, ignorante prælato debita prædicta, & à Religione non ſit expulſus, & eiectus; tenetur inſtanter rogare prælatum, vt velit pro eo creditoribus ſatisfacere. Quòd ſi prælatus acceptauerit obligationem prædictam ſatisfaciendi pro illo: ſecurus erit, & tutus in conſcientia, & tenetur ibi manere ſub obedientia: Prælatuſque reddet rationem Deo, ſi non ſatisfecerit, vt promiſit. Si verò noluerit prælatus acceptare prædictam obligationem ſatisfaciendi pro eo; tunc ipſe tenetur

neantur licentiare debitores ab Ordine

Debitor quando poteſt exire à Rel.

ipſius ingredientis acquiſiſſet via donationis, vel ſucceſſionis, ſeu vltimæ voluntatis, vt patet in iure cap. ſi qua mulier. 19. q. 3. Rationes autem horum Doctorum ſunt: Quia in lege gratiæ, perſona hominis liberi non poteſt obligari pro debito pecuniario, ſicut poterat in lege veteri. Vt patet 4. reg. 4. Quod mulier vidua conquærebatur apud Eliſeum; quòd creditor acceptutus erat filios ſuos in ſeruos, pro pecunia ſibi debita Hoc autem tempore gratiæ iura non admittunt; cum perſona liberi hominis ſuperet omnem æſtimationem pecuniæ. Sed ſufficit, ſecundum dicta iura, quod cedat bonis, & iuribus ſuis omnibus, tradens ea creditori: & poſt hoc non poteſt amplius incarcerari, nec ſeruituti alicuius ſubiici. Item, quia quiſquis feruore charitatis, & inſtinctu Spiritus ſancti ad frugiorem vitam Religionis mouetur, non obligatur, nec alia aſtringitur lege, vt in ſæculo teneatur permanere quò ſatisfaciat creditori; ex eo, quòd induſtria, & arte ſua lucrari poterit. Non enim Spiritui ſancto eſt reſiſtendum. Nam (vt inquit Apoſtolus) Qui Spiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege. Si Spiritu (inquit) ducimini, non eſtis ſub lege. Et iterum: Vbi Spiritus Domini, ibi libertas.

Prima ratio. *Galat. 5.* *2. Cor. 3.*

2. opinio. *Alph. 39. li. x. par. 2*

24. Altera verò opinio eſt Gerſ. & aliorum, qui dicunt quod obligatus debitis

pecuniariis alicui certæ personæ, ratione furti, vel mutui, vel alterius pecunarii contractus: non potest Religionem ingredi nisi creditori fuerit satisfactum. Vel aliquis appareat modus ad satisfaciendum sufficiens. Vel licentiam, & consensum habuerit à suo creditore ingrediendi Religionem. Vel si rationabiliter, & non temerè præsumeret, quod creditor agnoscens eius sanctum propositum, velit ei condonare illud totum, quod ei debetur; ne ab ingressu Religionis impediatur. quæ probabilitas haberi poterit (vt inquit Medina) ex quantitate, & paruitate rei debitæ. Ex qualitate item creditoris, si fuerit scilicet diues, liberalis, solitus eleemosynas erogare; si amicus ipsius debitoris, si deuotus Religionis. Vbi enim sibi probabiliter persuasum fuerit, creditorem velle sibi totum debitum condonare; legitimi erunt ad Religionem ingressus, & professio. Vel si in sæculo remanere non potest, (vt inquit Nau. in Man. c. 17. nu. 87.] ad satisfaciendum creditoribus, sine vitæ, & salutis periculo per cap. officii de pœn. & remiss. cum declaratione Innoc. 4. Quodsi Reipublicæ fuerit obligatus ratione vsurarum, vel alia causa; si fuerit à gerente officium Reipublicæ absolutus, & licentiatus ad Religionem: Vel si fuerit obligatus sub incerto, vbi sola requiritur restitutio, quæ in pios vsus habeat

Gab. sup. in 4. d. 28 quæst. 1. bb. Med. de restit. causa. 8. fol. 38. Cordu. super Reg. c. 2. q. 5. Nauar. de Regul. c. cui portio. nu. 8.

conuerti; si ab eodem gerente officium Reipublicæ licentiatus fuerit. Qui enim Reipublicæ officium gerit,& boni communis; potest pro bono spirituali communitati resultante ex ingressu in Religionem secundum æquitatem disponere. Nec aliàs quam dictum est, poterit (secundum prædictos) Religionem ingredi, si industrius fuerit; sed tenetur in sæculo permanere,ibique industria, & arte sua laborare, vt satisfaciat creditori. Et horum ratio ea est, quia non est faciendum contra Dei præcepta, vt adimpleantur consilia: vt est in casu. Religionem enim ingredi, consilium est, debita vero soluere præceptum. Quod enim inuito domino detinetur,quædam species furti est, quod lege diuina prohibetur. Nam septimo diuinæ legis præcepto, non solum furtum prohibetur, sed quæcumque iniusta detentio; vt patet per cap. sæpe de rest. spol.

Primum. corollar.

Sua alijs, quam creditoribus renunciãs bona, ingredi Religionem non potest

25 Et ex hac conclusione plurima inferuntur corollaria, Primũ,quod, qui distribuit occultè bona sua, vel renunciat bonis, & iuribus suæ successionis, ex quo inhabilis, & impotens redditur ad satisfaciendum creditori; & tandem sic debitis obnoxius, Religionem ingreditur; contra Deum, & conscientiam facit: cum hoc non aliud sit, quam creditores rebus suis spoliare. Et illa bona sic distributa, obnoxia sunt restitutioni:

quia transeunt cum onere suo, cum alteri sint prius obligata pro satisfactione furti, siue mutui, seu alterius contractus. Et huiusmodi, qui sic debitis obligatus, fuerit ingressus, & professus Religionem, non perdidit ius succedendi ad hæreditatem iure propinquitatis sibi aduenientem: quia talis professio non est absolutè perfecta, cum ipse debitis reddendis maneat obnoxius.

Secundum coroll.

Debitor pauper ex infortunio quando non potest ingredi Religionem.

26 Secundum, quod si infortunio in paupertatem deuenerit, & non habeat bona, quibus, vel in toto, vel in parte satisfaciat creditori, & tamen sit industrius, doctor, lector, pictor, &c. contra conscientiam, & Deum faceret ingrediendo Religionem: sed in sæculo remanere tenetur, & industria, & arte sua quærere, vnde creditori valeat satisfacere. Nec valet dicere, quòd ad frugem altioris vitæ vult progredi, scilicet ad Religionem: quia non licet quærere lucrum spirituale cum præiudicio tertij. Non enim sunt facienda mala, vt eueniant bona: & non sunt contemnenda præcepta diuina, (vti est non retinere aliena) vt Euangelica consilia impleantur; (vti est Religionem ingredi.) Debitor enim iure naturali, & diuino tenetur procurare, vnde creditoribus satisfaciat; siue facultatibus (si habeat) siue arte, siue industria, si lucrari possit. Vnde non potest licitè seipsum astringere ad id, per quod redde-

retur impotens ad debita soluenda. Qui ergo omitteret soluere debita vt in Religione viuat, perinde est ac si aliena rapiat, vt ad meliorem statum ascendat.

Tertium corollar. *Religio tenetur satis facere aliquando pro debitore.*

27. Tertium, quod prædicto modo obligatus, non est admittendus ad professionem faciendam, nisi Religio per se vel per alios se obliget ad satisfaciendum creditori. Ideo habet consuetudo, iure tam diuino, quam naturali fundata, vt volens ingredi, & profiteri Religionem, interrogetur, si est à debitis liber, & absolutus. Si ergo Religio sic debitis obnoxium scienter, siue prece, siue dono, ad professionem admiserit; præterquam, quod peccauit, si eum recepit animo, & intentione non satisfaciendi creditori, remanet etiam ad solutionem obligata, ex iuris interpretatione. Et potest ad hoc (si adsit possibilitas) compelli, præsertim si quidquam, vt dictum est supra, à profitente, vel eius contemplatione susceperit.

28 Quod si fradulenter quis fuerit ingressus, & professus Religionem, celando debita, ad quæ tenetur, libera est Religio, & nulla obligatione cogitur, ad debita soluenda: Et potest eum eiicere, ad tempus, vel ad semper. Quia, ex quo ex ignorantia eum recepit, & ad professionem admisit, debita eius ignorando,

Eijci potest aliquando quis à Relig. propter debita.

non consensit in talem eius receptionem. Et ideò non obligatur ad debita prædicta nec ad tenendum eum. Et ipse sic eiectus, tenetur procurare satis factionem creditori ex sua industria, & arte vel alio quocunque licito modo salua semper honestate Religionis, & sine scandalo.

29 Quartũ, quod post ingressum, & professionem, huiusmodi sic obligati, manet adhuc eadem obligatio, satisfaciẽdi creditori, si qua via honesta pateat, Quoniam non debet esse melioris conditionis, & maiori gaudere priuilegio aliquis religiosus, qui membrum est Religionis: quam totum Religionis corpus. Sed si Religio aliqua, debita pecuniaria contraxit tenetur sine dubio ea soluere, nec excusat eã perfectio vitæ. Nec ergo excusabit particularẽ, quin (si aliqua honesta via pateat) teneatur soluere debita contracta. Nec obligatio posterior potest præiudicare priori: vt ex sacris Canonibus patet de iureiurando capite veniens. & capite intellecto. Cum ergo huiusmodi professus, antea sit creditoribus obligatus, sequitur, quod professio superueniens, eum à tali debito non liberet. Vndè dicendum, quod si Religio talia præcognoscendo debita, huiusmodi sic obligatum ad professionem admiserit: tunc nec poterit eum eiicere, nec ille potest ex se egredi. Sed

Quartum corollar.

Debitor professus tenetur satisfacere creditori suo.

Religio tenetur soluere debita creditoris professi

ipsa Religio (vt supra dictum est) tenetur pro eo satisfacere creditori, modo possibili, & Religioni congruo. Vel dare illi licentiam ad laborandum intra Ordinem, salua disciplina, & honestate Regulari. Quia sic eum scienter recipiendo suscepit in se obligationem tenendi illum eum suo onere, idest cum obligatione ad satisfaciendum creditori, ita vt eiicere eum non possit. Nec ipse ex se exire potest: quia cum se ipsum Religioni tradiderit, valida est traditio, ex quo sua persona non erat serua creditorũ, nec erat creditoribus debita, sed res tãtum, quæ in genere debebantur. Et ideò cum suæ personæ amplius potestatem non habeat; non poterit ex se à Religione exire. Vt notat Ioan. Medin. de rebus rest. q. 3. causa 8. ad 5. & Nauar. de Regul. c. non dicatis, nu. 42. Tenebitur tamen sic de facto Religionem ingressus. dictam satisfactionem non negligere. Sed instanter procurare, vt scilicet vel ipsa Religio pro eo, creditori satisfaciat, vel ei ad id facultatem faciat, laborandi intra Ordinem, si vtiliter ibi potest laborare. Quòd si intra Monasterium lucrari quidquã non poterit, & extra Ordinem posset; tenetur licentiam à suo superiori ad egrediendum à Monasterio petere: vt in sæculo laborando arte, & industria possit creditoribus suis satisfacere. Et prælatus tenetur ei hanc facultatem facere:

Io. Medin.

Nauar.

Debitor industrius vt soluat. exeat ex Ordine.

Prælati quando te-

modo in aliquas ſecedat partes, vbi ſine ſcandalo, & ſine deriſione Ordinis, ſeu aliquo inconuenienti poſſit honeſtè acquirere, vnde debita ſoluat. Nam ſi talia exerceat, vnde ſcandalum præſtet, aut Religio deriſioni exponatur; his inconuenientibus exiſtentibus, ceſſat obligatio præfata. Quòd ſi prælatus nolit, vel potius non poſſit prædicta debita ſoluere; & facultatem prædictam, vel laborandi ſcilicet vtiliter intra Monaſterium, vel extra, ſi in Monaſterio nihil lucrari poterit, concedere noluerit; erit iam debitor tunc impotens ad ſoluendum, & tali durante impotentia erit in conſcientia tutus. Sed non erit tutus prælatus, ſed in culpa; ſi iuſtam cauſam non habeat talem facultatem denegandi, vt inquit Medina vbi ſupra. Si verò ad profeſſionem admiſſus fuit fraudulenter, ignorante prælato debita prædicta, & à Religione non ſit expulſus, & eiectus; tenetur inſtanter rogare prælatum, vt velit pro eo creditoribus ſatisfacere. Quòd ſi prælatus acceptauerit obligationem prædictam ſatisfaciendi pro illo: ſecurus erit, & tutus in conſcientia, & tenetur ibi manere ſub obedientia: Prælatuſque reddet rationem Deo, ſi non ſatisfecerit, vt promiſit. Si verò noluerit prælatus acceptare prædictam obligationem ſatisfaciendi pro eo; tunc ipſe tenetur

neantur licentiare debitores ab Ordine

Debitor quando poteſt exire à Rel.

instanter petere licentiam ad laborandum sua industria, & arte intra Ordinem (si ibi lucrari poterit) vel extra Ordinem, (si in Ordine lucrari non poterit, & extra Ordinem poterit) vt sic laborando satisfacere possit creditoribus. Quòd si ei talis facultas laborandi intra, vel extra Ordinem, à suo prælato denegetur; poterit ipse secundum Cordu. & tenetur inde exire (dum alius modus satisfaciendi creditoribus non apparet) vt modo possibili, & licito debita soluat. Cum Religio ignoranter eum recipiens non obligetur ad satisfaciendum pro eo. Cuius tamen dictum non videtur posse subsistere; ex eo, quod in quarto corollario dictum est; quia scilicet persona liberi hominis, non est serua creditorum, & cum seipsam Religioni tradiderit, valida est traditio. Et ideo cum suæ personæ amplius potestatem non habeat; non potest è Religione absque sui superioris licentia exire. Quicunque tamen eiectus, siue ex licẽtia prælati fuerit egressus ad satisfaciendum creditori, tenetur (quam commodè potest) omnia vota, & cætera suæ Regulæ, quam professus est, obligatoriæ seruare. Quia quantum in se est, se obligauit ad illa. Et insuper tenetur habere animum reduendi ad Religionem, facta debita satisfactione; & ea facta, tenetur statim efficaciter

Nota.

Egressus à Religione ob debita tenetur seruare Regulam promissam.

procurare regressum ad illam.

30 Quintum, & vltimum Corollarium est, si neque de bonis suis, vel alterius, qui velit pro eo satisfacere, neque de industria, & arte sua poterit iste sic obligatus vnquam prædicta debita soluere, vel, in toto, vel in parte, & hoc probabiliter appareat: poterit vtique de licentia iudicis publici cedere bonis, & ingredi, & profiteri Religionem. Quoniam inanis tunc esset actio creditorum, quam inopia creditoris excludit, Immo secundum eundem Gersonem, & Cordu. posset hic talis de licentia iudicis ingredi, & profiteri Religionem, absque eo, quòd ignominiosè cedat bonis. Nam hæc cessio bonorum non est aliud, quàm pœna legis: quam iudex licitè in hoc casu remittere potest. Cum optimè recompensetur per ingressum Religionis, & nullum fiat præiudicium creditori, si pœna hæc non persoluatur: Immò non licet illam exigere propter honorem Religionis, quæ talem tanquam infamia publica notatum, fortassis non reciperet. Ex quo Nauarrus absolutè asserit iustè huiusmodi posse quòad forum animæ, Religionem intrare, etiam nulla cessione bonorum præmissa: modò bona fide notificet, & relinquat ea, quæ habet, creditoribus.

5. Corollarium cessio bonorum quando fieri potest.

D. Reg c. cni partiorum. 8.

31 Et idem dicendum est de eo, qui alicui est obligatus ad certam summam, non ra-

Obligatio soluendi debita.

Non semper impedit ingressum Religionis. tione furti, aut mutui, vel alterius contractus, vt supra: sed ex sola promissione, aut voto, vel iuramento. Quia promisit, vouit, vel iurauit dare alicui centum florenos. Posset hic vtique licet industrius sit, absque eo, quòd prædictam summam soluat, ingredi Religionem. Quoniam qui promissionem, votum, aut iuramentum in melius commutat, (vt est ingredi Religionem) non violat iuramentum; vt sacris Canonibus determinatur. Nec potest quis se astringere iuramento, aut voto ad aliquid, *Cap. peruenit. de iureiur.* quod sit melioris boni impeditiuum Nec est obligatorium; etiam si tali animo iurauerit; vt melius bonum excludat. Nec est simile teneri alicui ex sola promissione iuramento, vel voto: & teneri ex furto, mutuo, vel alio contractu. Quia obligatio iuramenti, promissionis, & voti, nascitur ex voluntate iurantis, et cætera, nec metas eius excedit. Et non intendebat se astringere, nec si intendisset, poterat; quin liberum sibi sit ad Religionem, (tanquam ad maius bonum perficiendum) volare. Obligatio autem, restituendi ablatum, vel mutuò acceptum &c. non ex voluntate debitoris nascitur; sed altiori iure, diuino scilicet & naturali.

Ad primum Sol. 32 Ad rationes verò Sancti Thomæ & aliorum Doctorum contrariam sententiam tenentium; Respondet

Gerson, & cæteri. Quòd licet verum sit, quòd in lege gratiæ persona hominis liberi non potest obligari pro debito pecuniario; hoc tamen intelligitur, vt non possit simpliciter obligari, ita vt possit, sicut erat in lege veteri, venundari scilicet, aut fieri seruus pro debito pecuniario. Potest tamen obligari secundum quid; quia potest incarcerari, vt luat in corpore, si non habet in ære. Nec omnis cessio bonorum, sed illa sola excusat cedentem, vt dicit Sotus de iust. & iur. libro. quarto. quest. 7. art. vltim. quam quis facit ob veram inopiam contingentem ex infortunio; & ob veram impotentiam soluendi iusta debita. Et cum hac qualificatione apud iudices recipitur; vt cedens iuret, quòd si venerit, aut venire potuerit ad pinguiorem fortunam, soluet in toto, vel in parte creditoribus. Ita quòd, quidquid deinceps lucrari, vel habere potuerit (reseruando sibi conuenientem substentationem:) sit acquisitum suis creditoribus. At, qui pollet arte, viribus, industria, vel aliquo munere, quò potest honestè lucrari ea, quæ debet, & cedit bonis apud iudices, vel Religionem ingreditur, quæ (vt dictum est) pro cessione bonorum habetur: non verè cedit bonis secundum intentionem legum, propter verã scilicet inopiam, & impotẽtiã soluendi: Nisi creditores vrgerẽt eum

Persona libera non potest obligari pro debito pecuniario.

Ad secundum solutio. Non omnis cessio bonorum excusat.

ad ſtatim ſoluendum, per conie&#x1F;ctionem in carcerem. Quarè ceſſio, quam debitor ſpontè facit, non vrgentibus creditoribus; non eum excuſat ab obligatione, qua creditoribus aſtringitur.

33 Et licet iura ciuilia permittant, vt cedendo bonis liber ſit, ita vt nec alicuius ſeruituti ſubijci poſſit, nec in carcerem trudi, nec item cogi ad laborandum vt ſatisfaciat creditori, quia ſatisfecit cedendo bonis. In conſcientia tamen & quòad Deum non eſt liber ab obligatione quærendi modum, ſiue induſtria, & arte, ſiue alio quocunque licito modo, quo creditoribus ſatisfiat.

Ad 3. ſolutio.

34 Ad illud verò, quòd qui feruore charitatis, & inſtinctu Spiritus ſancti ad Religionem mouetur; nulla lege communi aſtringi poteſt, vt in ſæculo permaneat ad ſatisfaciendum creditori, ex eo quod induſtria, & arte ſua lucrari poterit. Quia qui Spiritu Dei aguntur non ſunt ſub lege: Reſpondetur quòd non eſt credendum quod Spiritus ſanctus quempiam inducat & moueat ad adimplendum Euangelica concilia contra præceptum diuinum, retinendo ſcilicet aliena; Niſi conſtaret aliter per reuelationem, & miracula; vt declaratur per ſacros Canones: Et ſic volunt debere intelligi auctoritates Pauli ad Galatas, & ad Corinth.

Extra. de hæretici., c. cum ex iniuncto.

35 Ex quibus omnibus parere poteſt, discrimen inter Doctores præfatos, eſſe ſolummodo de perſona induſtria, non habente bona, quibus creditoribus ſatisfaciat. De habente enim vndè ſatisfacere poſſit, omnes ſimul conſentiunt, quòd non poteſt licitè Religionem ingredi, quin creditoribus ſatisfaciat. De non habente verò bona, nec artem, & induſtriam aliquam, quibus valeat; vel in toto, vel in parte ſuis creditoribus ſatisfacere; omnes concordes ſunt quòd licitè Religionem ingredi poteſt. Quare tantum de induſtrio, inter eos vertitur in dubium, num ſcilicet poſſit cum aliàs non ſit ſoluendo, licitè Religionem ingredi? vel teneatur remanere in ſæculo donec induſtria, & arte ſua creditoribus ſatisfaciat? Et circa hoc, contraria ſentiunt: Aliis (vt eſt S. Thomas & ſequaces) partem affirmatiuam, tuentibus. Aliis verò (vt Gerſon, & cæteri) negatiuam. Quorum opinionum, quæ verior ſit, ſapientibus definiendum relinquo. Mihi verò S. Thomæ ſententia probabilior eſt. Primò per illam rationem; Quia in lege gratiæ non poteſt perſona hominis liberi obligari pro debito pecuniario; cum omnem pecuniæ æſtimationem excedat. Nec obſtat quòd ex aduerſo dicitur quòd poteſt obligari ſecundum quid, licet non ſimpliciter; poteſt enim incarcerari, & in carceribus

Auctoris ſententia.

Opinio S. Thom. laudatur.

detineri donec soluat debitum; licet non possit vendi, nec in seruitutem alicuius subijci pro debito. Quoniam ad hoc iura subueniunt per cessionem bonorum. Quandocunque enim suis bonis omnibus, & iuribus cesserit, eaque (si quæ habet) creditoribus suis tradiderit liber fit; nec amplius incarcerari potest.

l. 1. & 4. ff. de cess. bo. & leg. fi. ff. de his, qui aen. ce. pos. instantia.

36 Et si dicas, quòd huiusmodi industrius, non verè cedit bonis secundum intentionem iurium; ita vt liber sit ad ingrediendam Religionem. Quia secundum illa iuratur, quòd si cedens venerit, aut venire potuerit ad pinguiorem fortunam, soluet, vel in toto, vel in parte, creditoribus. At industrius, qui spontè cedit bonis, non est omnino impotens ad lucrandum, cum arte, & industria, possit lucrari, & in toto, vel in parte creditoribus satisfacere: ergò non est liber ad Religionis ingressum.

Solutio. Debitorē soluere in fortuna pinguiori quid sit.

Respondeo, quòd illa verba, (si venerit, aut venire potuerit ad pinguiorem fortunam) non intelliguntur, quòd scilicet teneatur ex iuramento ad id arte, & industria laborare. Nam si hæc esset legis intentio, iure possent huiusmodi, post cessionem bonorum cogi, ad licitè laborandum secundum artem, & munus proprium, vt satisfaciant creditoribus. Sed hi post bonorū cessionē secūdū iura liberi sūt, nec cogi posſūt ad laborādū.

Ergò non de hac loquuntur potentia, scilicet si viribus, arte, aut munere ad pinguiorem fortunam potuerint peruenire: sed si aliumde potuerint, scilicet ex donatione, vel aliquo infortunio. Et dato, quod de hac etiam potentia iura loquantur: hoc intelligitur, donec in sæculo permanserint. Nam si ad Religionem desiderio frugioris vitæ euolare voluerint; non possunt licitè impediri, ob debita soluenda. Quoniam persona liberi hominis, omnē superat æstimationem pecuniæ. Ideóque detineri, & obligari non possunt pro debito pecunario; quin possint ad frugiorem vitam migrare. Et facit ad hoc; quia munus iustitiæ commutatiuæ est, reducere partes ad æqualitatem. Et ideò non obligat, (vt Innoc. 4. declarat: quem sequitur Nauar.) ad danda bona altioris ordinis, pro bonis inferioris ordinis. At persona liberi hominis siue eius libertas, altioris ordinis bonum est, sua natura inestimabile; sicut vita, & fama, quam bona fortunæ; quæ inferioris sunt ordinis, Ideo non potest licitè à sua libertate impediri, quin ad Religionem euolet. Nec detineri potest in sæculo, quasi serua ad laborandum pro satisfactione pecuniaria facienda sed sufficit secundum commutatiuam iustitiam, vt pro bonis fortunæ, bona quæ extant fortunæ,

Cap. præcipimus. 12. q. 1.

In c. officij. de pæ. & re. In man. c. 17 num. 87.

donentur; quod fit per cessionem bonorum.

37 Ad id verò quod dicitur ex iure naturali, & diuino teneri huiusmodi quærere modum, siue industria, siue arte, quo creditoribus satis fiat; patet ex iam dictis responsum: quòd hoc verum est, dum in sæculo sunt; & ad meliora, & perfectiora non vocantur.

Opinio S. Tho. confirmatur.

Secundò, hæc mihi probatur sententia, per illam rationem: quia nulla ratio exigit, vt qui à lege priuata ducitur (quæ est motus Spiritus sancti in corde (à lege communi constringatur. Dignior enim, vt decernitur per sacros canones est lex priuata, quàm publica. Et Spiritus Dei, lex est. Et qui spiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur. Et quis est, qui Spiritui sancto possit dignè resistere? Quando ergo talis industrius non fraudulenter, & dolosè, intentione scilicet se exonerandi ab obligatione satisfaciendi creditoribus, nec vt labores, & molestias : huius rei gratia fugiat Religionem ingredi vult; sed ductus Spiritu sancto flagrans feruore, & desiderio perfectioris vitæ. Non videtur rationabile, quòd ob soluenda debita, à tali Religionis ingressu, debeat impediri : cum Spiritu sancto, (vt dictum est) non sit resistendum. Et ad hæc facit cap. Duæ. 19. q. 2. quo cauetur. Rectorem Ecclesiæ, posse etiam contradicente suo Episcopo, ad Re-

Cap. Duæ 19. q. 2.

Lex priuata qui digna.

Rector Ecclesiæ transit ad Religio.

ligionem transire Et cap. licet. de Regul. Vbi dicitur obligatum vni Religioni, etiam per professionem sollemnem; posse transire ad strictiorem, etiam non obtenta licentia superioris sui: immo etiam ipso proteruiente, & contradicente. Quod si ij, proprias personas, quas Episcopo, & Religioni, ex voto, vel iuraměto obligauerăt, ab eis etiam ipsis inuitis subtrahere licitè possunt, & perfectiori Religioni se tradere; Et excusantur à delicto (vt dicta iura dicunt) instinctu Spiritus sancti; quia ex lege priuata, quæ publicæ legi præiudicat, absoluti sunt; Qui fieri potest, vt ab obligatione soluendi debita creditoribus, non absoluantur, & liberentur industrij; qui ex lege priuata, quæ instinctu Spiritus sancti in corde scribitur, (vt dicitur in dicto cap. Duæ) ad ingressum Religionis ex charitate, & ex ardenti desiderio perfectioris vitæ ducuntur? Quod si Episcopus, & inferior Religio priuantur suis subditis, & iure, quod super ipsorum personas habent; quia illi liberi effecti sunt instinctu Spiritus sancti: cur creditores non priuabuntur suo iure, (si quod fortè habent) super personas suorum debitorum ad laborandum pro satisfactione eis facienda: si ab eodem Spiritu sancto ad frugiorem vitam vocantur? Et si illi personas amittunt, cur isti non pecuniarias res? Cum

nem contradicente Episcopo.

digniores (ex cap. præcipimus 12. q. 1.) sint personæ rebus: Et maior alienatio personæ quam rerum cap. Ananias. 17. q. 1.

Soluitur obiectio. 38 Nec valet, quòd ex aduersa parte dicitur; non esse scilicet credendum, quòd Spiritus sanctus quempiam inducat & moueàt ad frugem perfectionis vitæ in statu Religionis, contra preceptum diuinum, de non retinendo aliena; nisi constaret per reuelationem, & miracula. Vt ex cap. cum ex iniuncto. de hære. Quoniam si ille, qui se alicui liberaliter obligauit cum iuramento, ad dandum ei centum florenos, poterit absque dubio, (quod & ipsi fatentur) desiderio ductus frugioris vitæ, ingredi Religionem. Nec facit contra secundum præceptum Decalogi (nec iures vana per ipsum) sed per ingressum Religionis ex charitate, illud mutat in melius, & excusatur à periurio. Sic nec contra septimum præceptum facit (de non retinendo aliena;) qui ex charitate ad ingressum Religionis dicitur: quia mutat in melius. Cum melius sit, in Religione laborare precibus, & orationibus ad Deum, pro bonis spiritualibus, ad communiorem vtilitatem, & præcipuè creditorum: quàm laborare industria, aut aliqua arte in sæculo, pro satisfactione rerum caducarum illis facienda. Et sicut nulla reuelatio, (etiam secundũ

eos,) & nullum requiritur miraculum; vt qui se iuramento obligauit ad soluendum alteri centum florenos, Religionem ingredi possit, absque eo, quòd illos soluat. Sed sufficit, quòd ex charitate, quæ est lex particularis, à Spiritu sancto scripta in corde, ad Religionis ingressum moueatur. Ita nec in casu nostro. Quod satis prædicta capita. Duæ, Et licet; manifesti probant. Non enim ibi aliqua fit mentio de reuelatione; & miraculo: sed tantum de motu Spiriritus sancti in corde. Qui tunc iustè credi potest, quod Spiritus sancti motus, & inspiratio sit: si non ex temeritate, neque ex leuitate: sed ex charitate, & ex ardentissimo perfectioris vitæ desiderio ducitur ad seruiendum Deo in Religione. Vt ex dicto cap. licet, de regul. innotescit Et ex glossa in verbo Districtioris. Nec cap. cum ex Iniuncto, de hæret. probat id, quod asserit contraria pars. Quod scilicet requiratur reuelatio, aut miraculum, ad confirmandum, quòd talis motus interior sit à Spiritu sancto vt tutò secundum conscientiam, Religionem ingredi possit. Ibi enim tantummodo miraculum requiritur, vt asserenti, quòd à spiritu sancto inuisibiliter in corde mouetur, ab alijs credatur. Quia non omni nudè asserenti, simpliciter est credendum: cum fingere, & mentiri posset. Sed non requiritur

Charitas lex est in corde scripta à Spiritu S.

Super c. statuimus 19.9.3.

miraculum, vt secundum Deum, & conscientiam, Religionem ingredi valeat; quando ex charitate, vt dictum est ad illam, à Spiritu sancto in corde ducitur.

Obiectio *Iurans vxorem ducere an ingredi possit Religionem.* *Solutio prima.*

39 Et si dicas, quod per cap. commissum de spons. cauetur, quod tutius est ei, qui iurauit aliquam ducere in vxorem; religione iuramenti seruata prius contrahere, & postea, etiam si ad id lege priuata moueatur, ante carnalem copulam, si elegerit, ad Religionem migrare. Ergo & debitis reddendis obnoxius, prius tenetur creditoribus satisfacere: & postea, non ante, etiam si lege priuata ducatur, si voluerit, poterit Religionem intrare. Dico primo quòd hæc similitudo claudicat. In primo. n. casu vtrumque plenè adimplere potest, absque aliquo alterius impedimento: in hoc vero non potest. Poterit enim ibi, qui iurauit; & iuramentum seruare consentiendo matrimonio: & propositum item frugioris vitæ adimplere, statim ingrediendo Religionem, ante omnem copulam carnalem. Hoc autem esse non posset hic nam oporteret huiusmodi debitis reddendis obnoxium, remanere in sæculo ad laborandum industria sua, donec creditoribus sit satisfactum. Vnde ab ingressu Religionis retardaretur. Et fortasse ob accidentia, quæ passim obuenire possent, & solent, penitus impediretur, vnde si-

militudo non bene quadrat.

40 Secundo, dico, quòd per prædictum cap. non prohibetur, quin talis iuratus, possit ad Religionem intrare, nisi prius illam duxerit in sponsam. Sed hoc ibi consulitur, non præcipitur. Vnde si huiusmodi voluerit Religionem ingredi, & non contrahere matrimonium, poterit absque vllo peccato facere Quia licet iurauerit illam ducere, nō per hoc sacramētum infringit, sed in melius mutat, ingrediendo Religionem. Vt dicitur cap. peruenit de iureiur. Et ideò Pontifex vsus est illo verbo [tutius] quia quòad opinionem simplicium, tutius est, voluit dicere, seruare iuramentum consentiendo matrimonio, & statim ante copulam carnalem ingredi Religionem. Ne putaretur contra iuramentum venisse, qui iuramenti impletione omissa, Religionem ingreditur. Cum tamen secundum veritatem non ita sit, quia contra iuramentum non venit, nec illud confringit, qui in melius illud commutat per Religionis ingressum. Vnde, si huiusmodi voluerit Religionem ingredi, poterit vtique absque vllo peccato id facere, cum in melius ipsum iuramentum commutet. Vt ibi Glosa expressè asserit, cap. peruenit de iureiur. & Ricar. in 4. d. 49. q. vlt & Angel. tit. Religio. §. 15. fatentur. Quare concludi potest: quod qui à lege priuata ducitur, hoc est, charitate,

Solutio Secunda.

Ricard. Angel

& desiderio frugioris vitæ, & melius Deo seruiēdi, ad Religionis ingressum mouetur: non tenetur in sæculo permanere; ad laborandum pro satisfactione creditoribus facienda. Sed secundùm Deum, & conscientiam poterit ad Religionem migrare.

Secūdum punctum cedēs bonis securè stat. in Relig.

41 Quod si huiusmodi industrius, licitè ex iam dictis, ad Religionem migrare potest; licitè etiam poterit, (quod est secundum punctum principale, quod quæritur) in Religione professus, se totum dicare diuinis; sub salutari præpositi sui obedientia: absque obligatione ibi laborandi pro satisfactione creditoribus facienda. Per easdem iam dictas rationes, Quia liber per cessionem bonorū, & Relig. ingressum effectus est, & ad maiora vocatus est, quibus vacare expedit. Et quia ex toto est Religioni subiectus, vt dictū est supra n.23. Nec illa similitudo in contrarium adducta valet: Quòd si Religio scilicet aliqua quæ debita pecuniaria contraxit tenetur sine dubio illa soluere nec excusat eam perfectio vitæ: sic nec excusabit vitæ perfectio, particularem, quin si aliqua via honesta pateat, teneatur soluere debita contracta. Quia maiori non debet gaudere priuilegio aliquis particularis qui mēbrum est Religionis; quàm totum Religionis corpus. Nam Religio habet bona, vt supponitur, pecuniaria, vnde soluat; merito ergo debet credi-

Corol. 4.

creditoribus satisfacere. Hic vero industrius talia bona non habet, nec (vt dictum est) à meliori bono impediri debet pro satisfactione facienda. Iure ergo ad debita prius contracta, non tenetur. Præterquam qnòd per cessionem bonorum, & Religionis ingressum huiusmodi industrius liber est effectus à soluendis debitis prius contractis. Quod non est in isto casu; cum obligatio sit secuta, non præcesserit.

Nec item obstat, quòd pro ratione adducitur, quod huiusmodi professus sit antea suis creditoribus obligatus; & professio superueniens à tali debito eum liberare non potest. Cum obligatio posterior (vt per sactos Canones dicitur. De iureiurando. capite veniens, & capite intellecto.) priori præiudicare non valeat. Quoniam (vt dictum est) non habet creditor aliquod ius supra personam debitoris, qui bonis suis cesserit, sed solum super eius bona, & iura, quæ inueuire poterit. Potuit ergo hic, quia per cessionem bonorum liber est effectus, Religioni se tradere, ibique sub prælatorum obseruantia remanere vacando diuinis. *Conditor non habet ius super personam debitoris liberi.*

42. His ergo rationibus satis mihi probablis Sancti Thomæ sententia est. Nec tamen illa Gersonis, & sequacium sententia, vsquequaque mihi reijcienda videtur. Sed puto habere veritatem, & intelligi debere de illo industrio, qui pol- *Opinio secunda non reijcitur.*

let arte, viribus, industria, vel aliquo munere, quo honestè poterit lucrari ea quæ debet. Et tamen ne laboret, & molestias ferat ad satisfaciendum creditoribus, fraudulenter, & dolosè absque desiderio frugioris vitæ ad Religionem migrat, vt se à soluendis debitis exoneret. Tunc enim non à lege priuata mouetur; quare sub lege remanet communi. Hoc est lege naturali, & diuina cogitur; vt quoquo licito modo, siue industria, siue viribus siue arte quærat vnde suis creditoribus satisfaciat. Et ideò non potest secundum Deum, & conscientiam Religionem ingredi. Nec ingrediendo, & profitendo prædicta intentione; à tali obligatione in conscientia, & secundum Deum liber est, illa durante. Et idem puto dicendum de eo, qui instinctu leuitatis & temeritatis, vt ex cap. statuimus colligitur, ad Religionem migrat, Quia non instinctu Spiritus sancti ad id mouetur quare non est in cōscientia liber à priori obligaione.

Cap. statuimus. 19 q. 3.

Miraculum quando requiratur cum inspiratione cordis.

43 Et id, quod dicit Gerson, quod requiratur miraculum seu reuelatio diuina ad confirmandam inspirationem in corde vt possit talis industrius Religionem tuta conscientia ingredi, cum præiudicio sui creditoris. Fortè habet veritatem si per talem debitoris ad Religionem ingressum, constitueretur creditor in extrema seu maxima personæ, seu status necessita-

te; nec alia pateret via, vnde ei subueniri posset, nisi per ipsum debitorem: Ita vt necesse sit, vel penitus pereat: vel cum maximo sui status dedecore viuat. Tunc enim & si ex desiderio forti frugioris vitæ, & meliùs Deo seruiendi, ad Religionem aspiret, non tamen de facili tali desiderio obedire absque alia hæsitatione debet. Cnm de graui damno proximi siue personæ, siue status agatur; quæ sunt bona altioris ordinis, quam pecuniaria bona. Nec vtcumque credendum est; Spiritum sanctum aliquem ad Religionem mouere cum tali graui damno tertii. Et ideo dubitari rationabiliter potest: num tale desiderium à Spiritu sancto sit, vel à demonis spiritu in lucis Angelum se transformantis? Quod sæpe facere dęmones, ait Apostolus. In hoc casu puto fortè requiri miraculum, seu reuelationem diuinam, vt inquit Gerson. Et secundum predicta vtramque prædictorum Doctotum sententiam debere intelligi, & ad concordiam arbitror; (ni fallor) posse reduci. Qui verò melius intelligit illud habeat. 2. Cor. 11

An filius poßit dimißis suis parentibus in neceßitate, ingredi Religionem?

44 QVæri itē hic nō inutiliter potest: num possit filius dimissis paren-

tibus in necessitate ad Religionem migrare? Et si de facto ingressus, & professus fuerit; an magis teneatur obedire parentibus prædictis pro eorum sustentatione, quam suo prælato contrarium imperanti? Et quoniam solennis est hæc quæstio, & per solennes Doctores tractata, non eam subticebo. Quò ergo ad primum punctum: ferè Doctores omnes conueniunt, eiusdemque sunt sententiæ; quod si parentes prædicti in maxima reperiantur necessitate constituti; nec probabiliter speratur, quòd aliundè nisi per filios sit eorum necessitas subleuanda; quòd tunc non possent filii, illis derelictis Religionem ingredi. Quia non est faciendum contra Dei præceptum, de honorando parentes; vt consilia Euangelica impleantur; de viuendo scilicet, in obedientia, paupertate, & castitate in Religione.

Filij non dimittãt parentes pauperes ob ingressum Religionis.

45. Et prædicta verificantur etiam de illis filiis, qui voto se astrinxerunt ad Religionis ingressum; siue id vouerint, antequam parentes in tali essent necessitate, siue dum in illa essent, Quoniam si prius vouerunt, existente tamen nunc necessitate parentum: illud implere prohibentur. Tum quia quod vni prius debetur, si alteri promittatur, non potest licitè huic secundo dari: quia obligatio sequens, priori obligationi præiudicare non potest, Et qui prior in tempore, potior in

Votum Relig. non stat cum paupertate parentum

Cap. qui prior. de reg. iu. in 6.

iure. Atqui obligatio, qua filius patri, astringitur, prior est illa, qua se per superueniens votum Deo obligauit; ergo &c. Nec per talem subsequentem promissionem alicui aliquando acquisitum est ius aliquod super re promissa cum illa ex praecedenti obligatione alterius sit. Vt constat ex sacris canonibus, de iureiur. Tum etiam, quia mutata est filiorum conditio, & reperitur in casu in quo pro tunc ipse vouere non potest: quandoquidem ei superuenit noua obligatio subuentionis parentum. Et iuxta Sancti Thomae sententiam communiter receptam: omne illud, quod impedire potest, (quando praesens est) ne votum possit fieri; si postmodum iam voto emisso euenerit, aufert voti obligationem. Et, quia existente parentum necessitate, impediuntur filii, ne pro tunc vouere possint Religionis ingressum: Sic modo, (voto licet emisso) superueniens necessitas, tollit voti praedicti obligationem, vt scilicet Religionem ingredi non possint, durante tali parentum necessitate. Quod si vouerunt in tempore necessitatis predictae Religionem tunc ingredi, iam fuit illicitum tale votum: cum sit contra Dei praeceptum de honorandis parentibus. Ideo nunquam est adimplendum, quousque parentum, necessitas subleuetur, & cesset. Et idem videtur dicendum de eo qui ingressus est Religionem existenti-

Cap. venientes. & c. ea te de iur. iu.

In 4. d. 38. q. 1. art. 3.

Votum Religionis aliquando illicitum.

Cap si qui filij. d. 30.

bus parentibus in tali necessitate; quia tenetur inde exire, quando parentum necessitati aliter subueniri non possit, nisi per eius egressum, aliàs non. Quoniam huiusmodi debitum præcessit ipsum Religionis ingressum: quod S. Ant.tit.16. Ioan.Mai.in 4 d.38.q.16.& Nau. in man. c.14 nu.14. asseuerant. Et prædicta necessitas, secundum S. Thomam.22. q. 101. art 4. prout interpretatur Caiet. in dicto art. 4. & secundum eundem Thomam quolib. 3. q. 6. non est illa solummodo, quæ extrema dicitur, vt puta, quia morerentur fame, nuditate, & similibus. Quia scilicet sunt infirmi, vel in carcere vel in simili calamitate: ita vt seipsos iuuare non possint. Sed etiam qualiscunque alia magna: scilicet quod possent viuere, sed non absque notabili iactura, & detrimento suæ conditionis, & status. Vt puta, quia oportet eos mendicare, vel aliis seruire, non sine graui nota, & indecentia proprii status. In talibus enim magnis necessitatibus personæ, vel status, dimittendus tunc esset Religionis ingressus, etiam si esset ex voto, ad subueniendum parentibus. Secus verò si indigentia esset parua, quia scilicet possent viuere, sed non ita honorificè, & abundanter sicut vellent, & cæteri suæ conditionis viuunt. Quia in hoc casu non esset Religio-

S. Anton. Io. Maio. Nauar. S. Thom.

Necessitas impediens ingressum, aut votum Religionis

nis ingressus dimittendus. Et omnia prædicta intelliguntur, & habent veritatem, si filii sine animæ, & propriæ salutis periculo, parentibus subuenire possint, in sæculo permanendo. Nam, si eis subuenire, & debita obsequia exhibere non possent sine probabili suæ salutis dispendio : tunc necessitati parentum diuinæ Religionis pietas antefertur, vt dicit S. Ambrosius, & sic poterunt ipsis dimissis, Religionem ingredi. Et in hoc casu loquitur S. Hieron. Epistola ad Heliodorum. Per calcatum perge patrem, per calcatam perge matrem, & euola ad vexillium Crucis : quia solum pietatis genus est, in hac parte esse crudelem.

Pietas in Deum, antefertur necessitati parentum Super Lucam. Epistola ad Heliodorum.

Et circa hoc principale punctum concordes simul concurrunt. Alex. 3. p. q 33. memb. 4. Ric. in 4. Neapoli in quoli. Aug. tit. Religio num. 11. Nauar. in man. cap. 14. nu. 14. & communiter Doctores. Immo S. Thomas, quem Nauar. commendat, dicit, quòd non liceret alieni hababenti filios, Religionem intrare, nulla facta prouisione, qualiter debité possint educari. Iuxta illud Pauli : Si quis suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit. Et habetur per sacros canones. d. 30. ca. si quis reliquerit filios. Est enim pater causa filiorum, quantum ad esse naturale, & ideò debet eis nutrimentum, & documentum.

S. Thom. 22. q. 189 art. 6.

1. Tim. 5.

46 Quò ad ſecundum verò punctum: Vtrum profeſſus teneatur potius exigentibus obedire parentibus egrediendo à Religione pro eorum neceſſaria ſubuentione prædicta: an potius teneatur ſuo obedire prælato, manendo in Religione? maxima inter grauiſſimos Doctores de hoc eſt altercatio, maximumque diſcrimen. Quod tamen hinc inde eorum rationibus perpenſis, rationabilius, [vt arbitror) aſſeri poteſt: hoc eſt. Quod exiſtentibus parentibus in ea, quæ extrema dicitur, neceſſitate, tenetur vtique filius profeſſus etiam ſibi contradicente prælato, illis poſcentibus ſubuenire. Et ſi neceſſe fuerit, puta, quia aliàs parentum neceſſitas ſubleuari non poteſt: monaſterium egredi poterit pro tali ſubuentione, petita prius humiliter licentia à ſuperiori, licet non obtenta.

Egreſſus à Religione quando licitus pro paupertate parentum.

47 Et huius ratio eſt; quoniam naturali, & diuina lege quiſque aſtringitur ad ſubueniendum conſtituto in neceſſitate extrema. Et qui poteſt, & non ſubuenit occidit. capite paſce. diſt. 86. Nec à tali obligatione per votum quod in Religione emittitur, quiſquam abſolui poteſt. Quoniam nullum Dei præceptum, nullum noſtrum votum, nulla rei ſanctificatio tollit naturæ vinculum, & ordinem: cum illa non ad deſtruendum, ſed ad perficiendum naturæ ordinem, ſint ſuper adiuncta.

Votum non aufert quæ ſunt à lege naturæ.

Hinc fit, vt aduenienie necessitatis articulo, aut nostræ, aut proximorum; vtamur licitè rebus alenis, præcepto alioqui vetitis. Vnde bona alterius ipso inscio, & inuito accipere possumus, etiam quæ sunt Ecclesiæ; pro subleuanda extrema necessitate proximorum, & nostra: & rebus item voto, & consecrati one Deo deditis. Vnde, & panes propositionis Deo consecrati, licitè fuerunt assumpti ad Dauidis necessitatem subleuandam. Quia præceptum iuris naturalis, & diuini; in extrema necessitate præeminet omni voto, & vinculo. Quòd si omnes ad id tenentur, respectu cuiuscunque: multò magis ad id tenebitur filius, (licet professus) respectu suorum parentum; cum prælatus non possit iustè ei præcipere aliquid contra ius diuinum, & naturale. Præceptum enim (vt diximus) legis naturæ, & diuinum est hoc, parentibus scilicet in extrema necessitate succurrere; à quo Religionis votum non absoluit, nec facit ipsum desinere esse præceptum.

1. Reg. cap. 21.

48 Nec illud obstat, quòd succurrere parentibus, cum sit præceptum affirmatiuum, obligat pro loco, & tempore. Et post votum Religionis emissum, illicitum est Religioso parentibus succurrere, contra professinem suam faciendo; equitando scilicet, vel pecuniam per se, vel per interpositam recipiendo pesonam,

Religiosus quanti facere debeat necessitatem parentum

si sit Frater Minor. Quoniam modo est locus, & tempus, in quibus præceptum de honorandis parentibus naturale, & diuinum præceptum obligat; quòd si prætermittatur, parentes morientur, & votum Religionis contra illud non militat. Nec prælatus id prohibere posset; cum contra Dei, & naturæ legem, prohibere non valeat. Nec item obstat, quòd maius sit vinculum Deo factum per professionem emissam; quam vinculum, quo parentibus astringimur. Quoniam nullum in hoc casu est vinculum Deo factum. Nam cum contra Dei, & naturæ sit præceptum, parentibus in extrema non subuenire necessitate: & votum contra Dei, & naturæ præceptum non possit fieri; meritò in hoc casu non obligat. Nec etiam obstat, quòd Religiosus professus voluntatem non habet, sed in suorum prælatorum manibus ob Dei amorem reposuit: quare prohibente prælato, non potest parentibus subuenire. Quia si adhuc præcepta Ecclesiæ seruare tenetur, prohibente prelato; ergò à fortiori, Dei, & naturæ preceptum.

Egressus à Religio. quando liceat ob necessitates parentum

49 Quare dicendum est, quòd in præfata extrema necessitate, magis Religiosus professus parentibus obedire tenetur: quàm suo superiori præcipienti contrarium. Adeo quòd potest, & debet à parentibus requisitus,

(dummodo alia eis subueniendi non pateat via) subuenire; etiam à Religione egrediendo, pecuniam recipiendo, &c. Quoniam præceptum naturalis, & diuini iuris præeminet omni voto, & hoc siue ante, siue post emissam professionem in talem venerint necessitatem. Et hæc est sententia Caiet. 22. q. 101. art. 4. Maio. in 4. d. 38. q. 26. Nauar. ca. nullum. num. 48. de Regul. & in man. c. 14. num. 14. Aug. cap. pasce. d. 86. Et in hoc casu extremæ necessitatis, non magnæ, fortè locuti sunt Ric. 4. 6. Henr. quol. 6. q. 18 August. Anconit. de potesta. Pap. q. 5. art. 1. Adria. quoli. 1. art. 3. ad 7. Gerson alphab. 39. lit. x. Et Abulensis in Mat. quæst. 79. Dum volunt, quòd teneatur professus obedire parentibus illum poscentibus ad eorum necessitatem subleuandam; etiam contradicente prælato. Et predicta intelliguntur, quò ad ea tantum, quæ ad necessariam pertinent obseruantiam præcepti, de honorandis parentibus: puta ad subueniendum prædictæ eorum necessitati, & eos reuerendi, In alijs autem ab his, prælato, non parentibus, huiusmodi professus obedire tenetur.

Nota. *Caiet.* *Maio.* *Nauar.*

50. Si verò necessitas non sit extrema, sed magna; distinguendum est tunc. Aut parentes in talem deuenerunt necessitatem ante professionem filij; aut post illam. Si ante, præ-

Professus quid faciat in parentum magna necessitate.

terquam, quòd filius mortaliter, profitendo, peccauerit; tenetur etiam (licet professus) magis parentibus poscentibus obedire, quoad ea, quæ ad eorum pertinent necessitatem, & sustentationem, quam prælato præcipienti contrarium. Etiam egrediendo Religionem, equitando, calceamenta portando, &c. si alia quàm hæc, ad subleuandam prædictam parentum necessitatem via non pateat. Quoniam actio ex contractu, vel quasi alicui competens; non extinguitur per Religionis ingressum; nisi, vt dictum est supra in præcedenti quæstio. numero 24. Aut si (vt quidam dicunt) extinguitur; restituitur secundum omnes. ex edicto, de capitis diminutione. ff. de cap. dimin. l. tutelas. §. iniuriarum. Ergò multo magis extingui non poterit actio; quam parētes in filios lege naturali, & diuina in prædicta habent necessitate.

Pater poterat vendere filiū pro fame panis, de iure ciuili Cap. si qui filij d. 30. Cap. satis peruersum. dist. 56.

51 Immò, & in iure habetur, quòd pater pro famis necessitate filium vendere possit, lege secunda, Codice de parentibus, qui fili. distri. Ideò cum licitè repetere poterunt; eritquè filius (licet professus) obligatus vt prius ad subuentioné eorū Cum nemo absque iusta causa, suo debeat iure priuari; vt per sacros Canones decernitur. Et cum nec Euangelica consilia, nec Religionum sta-

tuta contra naturalia, & diuina militent præcepta, sed ordinentur ad ipsa, vt melius, & perfectius Dei, & proximi charitas seruetur: Ideò filij professio non potest contra charitatem militare, quæ parentibus debetur. Immò, vt aliqui censent Doctores, si filius ex ingressu Religionis inhabilis ad subueniendum parentibus sit effectus, monasterium teneretur ad eorum subuentionem, quia iuxta sacros Canones est loco filij ingredientis. Authent. de sanctis Episcopis, §. sed hoc præsenti: de probat. capit. in præsentia, in fine.

52 Si verò parentes in talem necessitatem deuenerunt, non ante, sed post emissam professionem à filio, tunc non tenetur, nec licitè potest eis filius subuenire contradicente prelato. Et huius ratio est, quia est ei obligatus per votum, & consequenter Deo ob professionem emissam. Et hoc vinculum est maius, quàm illud parentum. Quia obligatio obseruandi, & implendi votum est primæ tabulæ, illud verò de honore, & subuentione parentum, est tabulæ secundæ. Nec huiusmodi necessitas arctat, sicut extrema, cui si non subueniretur, mors necessariò sequeretur. Amplius, quæ semel Deo iustè dicata sunt, non possunt (iuxta sacros Canones) contra ipsius voluntatem, licitè vsur-

Egressus illicitus pro necessitate parentum sublevanda.

cap. semel de reg. iu. lib. 6.

pari. Atqui professus, non solum temporalia, (vt sacris Canonibus decernitur 18. quæstione vltima, cap. statuimus, & 12. quæstione 2. cap. non dicatis) sed proprium velle iustè hoc abdicauit casu: ideò astringitur, & obibligatur obedire prælato, in cuius manu suum velle posuit. Nec ad parentum subuentionem tenetur; nisi inquantum ei à suo prælato, (seruato Religionis statu, & professione sua) facultas fiet. Quoniam inanis est actio; quam inopia creditoris excludit.

l. amisisti ff. de dolis.

Obiectio.

53 Et si fortè dicas, teneri huiusmodi professum, etiam contradicente prælato, ad subueniendum tali parentum necessitati. Quoniam præceptum diuinum, quo astringitur filius ad subueniendum parentibus iam erat, & suum habebat robur; antequam ipse Religionem professus sit: Et obligatio sequens, qua filius per professionem obligatur prælato, præiudicare non debet, ex dictis supra num. 45. obligationi præcedenti, qua tenebatur parentibus.

Solutio.

Dico, quòd licet tale præceptum existeret ante professionem emissam; tunc nihilominus non obligat, cum parentes eius adhuc non essent indigentes. Et præcepta affirmatiua, (vt omnes fatentur Doctores) obligant pro loco, & tempore. Et ideò licita fuit Religionis professio; cum pro tunc parentibus non

Præcepta affirmatiua obligãt pro loco, & tempore.

obligaretur. Quare cùm legitimè ingressus, & professus fuerit, & se in manibus prælatorum consignauerit, nec sui ipsius ampliùs dominium habeat: non obligatur ad subueniendum parentibus, qui in prædictas necessitates post professionem deuenerunt. Nisi salua sui prælati obedientia; & suæ Religionis statu, & obseruantia. Per illam regulam, Factum legitimè, retractari non debet, licet casus postea euenerit, à quo non potuit inchoari. de reg. iur. lib. 6. cap. factum legiti. Præceptum enim de honore parentum affimatiuum est; & non obligat quenquam in tali necessitate, nisi pro loco, & tempore idest prout tunc illum inuenit. Filius autem cum Religionis vinculo astrictus licitè reperiatur; tenebitur ad parentum subuentionem, saluo Religionis statu, idest salua prælati sui obedientia, & suæ Regulæ obseruantia. Quia licet per professionem non absoluatur à præcepto, subueniendi parentibus: absoluitur tamen ab aliquo modo implendi illud. Cùm enim hoc affirmatiuum sit præceptum, & pro loco, & tempore obliget; non tenebitur filius ad subuentionem parentum, nisi secundum statum, in quo reperitur, & modis suæ professioni conformibus. Hoc est, cum obseruantia regulari, & sui superioris obedientia.

54 Et quemadmodum, si filius sua di-pensasset bona pauperibus, non indigentibus parentibus, non posset vtique ipse, nec eius parentes, (si postmodum in prædictas necessitates deuenerint) prædicta bona repetere, quæ ante prædictas necessitates fuerunt licité dispensata: Ità nec ipse, nec parentes poterunt eum repetere ab obedientia prælatorum, & vinculo Religionis, quibus licitè seipsum astrinxit.

Instantia S. Thom. Gerson. Alphab. 39. lit. n. Summista tit. votum

55 Et si instes, quòd votum emissum secundum Sanctum Thomam 4. d. 38. quæst. 1. communiter receptum, non obligat, quando aduenit casus, in quo dictum votum de nouo fieri, & voueri non posset. Exempli gratia, si quis vouit in pingui fortuna monasterium ædificare, si in paupertatem postmodum deuenerit, non tenebitur ad illud implendum votum. Quoniam euenit casus, in quo licitè dictum votum fieri non potest, cum vanum sit tale votum indigentis personæ, quæ vnde illud impleat, non habet. Ita in proposito, aduenientibus parentibus in prædictas necessitates, dicendum videtur, quòd teneatur filius eis subuenire, contradicente prælato. Nam votum obedientiæ promissæ superiori, in hoc casu non obligat: quoniam euenit casus, in quo licitè tale votum, de nouo fieri non posset.

Respondeo, quòd prædicta Sancti Thomæ sententia, intelligitur, & habet veritatem in votis, & promissionibus Deo factis; quibus tantummodo soli Deo vouens ipse obligatur. Sed non intelligitur, nec veritatem habet in votis, & professionibus solenniter, & licitè factis; per quæ non tantum vouens soli Deo obligatur, sed insuper Ecclesiæ, & suo superiori. Et ideo contra dicti sui superioris volunluntatem, cui licitè sui corporis dominium per professionem dare potuit: non potest filius dictis parentum necessitatibus subuenire. Vt ex doctrina eiusdem. D. Thomæ facilè colligitur 2. 2. q. 101. art. 4. ad 4. *Solutio.* *Votum soli Deo promissũ, aliquando non tenet.*

56 Et de hac magna necessitate, in quam post professionem filij, parentes deuenerunt; intelligenda est Alexandri Alensis 3.p.q.33.memb.4. & S.Thom.22. quæst.101. art. 4.& quolib. 3. quæst 16. sententia. Dum dicunt, quòd Religiosus professus non tenetur subuenire parentibus, contradicente prælato; nisi inquantum à suo superiori ei fuerit permissum: salua semper Regulari Ordinis obseruantia. Non autem de extrema est necessitate intelligenda; nec de magna, in quam parentes, ante filij professionem deuenerunt. His enim casibus tenetur filius magis obedire parentibus poscentibus, vt dictũ est supra nu.49. quàm prælato præci- *Conciliatio opinionum.*

pienti contrarium. Et de hac eadem magna, non extrema necessitate, interpretanda est Lyrani sententia super Matth. dum vult; Quòd si parentes post emissam filij professionem in necessitate sint constituti; non tenetur eis filius subuenire; nisi salua ordinis obseruantia, & prælatorum obedientia. In extrema enim necessitate; vt diximus Religionis votum, diuino, & naturali iuri, de honorandis parentibus, præiudicare non potest. Et secundum predicta, prout ex præfatorum omnium, & quamplurium aliorum doctorum sententijs, colligitur determinari probabiliter potest, prædictum de subueniendis parentibus contradicente superiore, quæsitum.

Matth. Cap. 15.

ET dicant eis verbum sancti Euangelij quod vadant, & vendant omnia sua, & ea studeant pauperibus erogare. Quòd si facere non potuerint, sufficit eis bona voluntas.

57 QVoniam dictum est suprà de auctoritate, insuper de discretione, & prudentia recipientium ad ordinem: necnon item de qualitatibus, & conditionibus recipiendorum ad ipsum; Agitur modò de ipsius Ordinis, in quo recipi debent puritate circa.

receptionis modum. Hæc autem ordinis puritas, in tribus conditionibus consistere dignoscitur. Primò in recipiendorum plena, & perfecta denudatione, & expoliatione terrenorum omnium. Secundò in manifesta liberalitate, & frugalitate eos recipientium. Et tertiò in discreta directione, in auxilium, & leuamen pauperum.

Puritas Religionis in tribus consistit.

Quò ad primum ergo dicitur: vt venientibus ad Ordinem dicantur Christi verba: quòd vadant, & vendant omnia bona sua, & ea pauperibus studeant erogare, prout in Sancto Matheo legitur. Vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Vt sic, simplici, & rudi cooperimento contenti, quo nuditas operiatur; nudi & omnibus temporalibus expoliati nudum in cruce pendentem Dominum sequantur. Et à terrenorum omnium cura, affectuque liberi: liberiùs, & expeditiùs iter valeant perfectionis percurrere.

Matth. Cap. 19.

AN recipiendi ad Ordinem teneantur, bona sua pauperibus erogare, & an hoc eis à ministris dici debeat?

58 DVo hic à Doctoribus solēt dubitari, Vnum, an recipientes ad ordinē omnino teneantur prædicta sancti E-

uangelij verba recipiendis dicere: ita quod mortaliter peccent, secus faciendo. Alterum, si licitè sine culpa mortali poterunt venientes ad ordinem ipsam ingredi Religionem; si bona sua pauperibus non erogauerint, iuxta prædicta sancti Euangelij verba: Vel si ad erogandum non sint parati. Et prius huic secundo dubio respondendo dicunt, duo hic reperiri. Vnum quod est necessitatis; alterum verò supererogationis, & perfectionis. Supererogationis est, quòd ardenter, & cum sollicitudine, sine desidia, prædicta sancti Euangelij verba adimpleant; & executioni quantocius mandent, ante ipsum Religionis ingressum. Segniter enim & cum pigritia, non ante, sed post dictum ingressum, prædicta Euangelica verba adimplere; aliqualis imperfectio est. Necessitatis verò est; vt nemo ad professionem vnquam admittatur, quin prius omnibus temporalibus bonis expoliatus sit. Nec ad probationem licitè quis recipi potest; quin paratissimus sit, omnibus se expoliare, cùm profiteri voluerit, Verùm si sub mortali culpa teneatur, (cum profiteri voluerit) non alijs, quam pauperibus sua bona erogare? vertitur in dubium, nec est vsquequaque certum. Aliqui sunt nostræ Regulæ expositores; qui magis ad affirmatiuam, quàm ad negatiuam videntur partem

Opus supererogationis.

Ingressurus Religionem præparet se bonis expoliare.

Ingressuri Religionem, bona pauperibus distribuant.

declinare. Vt sunt sancti Patres ordinis, in suis expositionibus. Gundisaluus. §. 3. Petrus Ioannes Cordub. quæst. 7. *c. 2. super Regul.* Itaque (secundum hos) si quis carnali tantum affectu duceretur ad relinquendum bona sua non pauperibus, sed cognatis, aut amicis, non vtique adimpleret id, ad quod ex necessitate cogi videtur; quicumque huius Regulæ professor esse voluerit. Dum enim in Regula dicitur. Quod non valentibus sua bona pauperibus erogare, sufficit bona voluntas, & desiderium id faciendi: manifestè quidem innuitur, quòd si commodè id facere poterunt opere, & effectu, adimplere tenentur. Vnde, & ipse B. Franciscus repulit quendam in *Exēplum.* Marchia volentem ingredi Religionem: eo quòd bona sua, non pauperibus, sed parentibus distribuisset. Existimans hos Regno Dei ineptos: qui dum manum ad aratrum apponunt, retro; idest carnem inquam, & sanguinem aspiciunt. Et solo carnali affectu ducuntur, ne Christi consilium adimpleant.

Quòd si aliquando à prædicta bonorum suorum distributione facienda pauperibus aliqua rationabili causa abstinerent, & ea parentibus, vel amicis relinquerent. Nimirum, quia litigijs essent inuoluta, vel ad euitendum scandalum, de quo posset probabiliter timeri, vel ad magis attarhendum eos

ad Dei seruitium ; vel ad Religionis amorem,& deuotionem , vel alia quauis rationabili causa ; non vtique peccarent: nisi fortè pro quanto aliqua carnalis affectio ijs, esset annexa. Et de ijs, similibusque rationabilibus casibus B. Pater dixit: Quòd si facere nō potuerint; sufficit eis bona voluntas. Eademque pia,& rationabili causa, concessit Ioanni simplici, vt parentibus suis indigentibus, bouem hæreditarium relinqueret.

Obiectio non supernenda. 59 Quòd si obijcias contra prædicta, esse impossibile , quòd profitens hanc Regulam , eo ipso tempore, quo profitetur, sua possit bona pauperibus erogare. Nec item in huius Regulæ professione includitur , quòd id facere teneatur post votum emissum Et ante professionem constat, quòd ad id non tenetur ex necessitate. Immo sicut sibi licitè retinere potest, sic parentibus , vel amicis (licet diuitibus) ea poterit erogare. Quare cum nec ante, nec post emissum votum ad id ex Regula cogatur, nisi pro quanto ad id pro, loco, & tempore tenetur, sicut & cæteri Christiani : & eo ipsomet tempore, quo profitetur, id facere non possit : Constat, quod nullo modo ad eroganda sua bona pauperibus, teneatur.

Solutio. Respondeo ad hoc ; quod satis Ananiæ, & Saphiræ testimonio comprobari videtur , quòd quicumque solem-

ni voto Euangelica consilia profitetur, eò ipso protestatur se puro, & pleno corde accedere, ad ipsa adimplenda consilia. Vnde prædicti, quia aliqua sua occultè retinentes Spiritui Sancto mentiti sunt; iustè fuerunt reprobationis pœna percussi. Sic in proposito. Quicumque ad mentem huius Regulæ professor esse voluerit Euangelicæ paupertatis; ad sua eroganda bona pauperibus, (vt seruator noster in Euangeliò docuit) teneri videtur, Nec obstat id, quod dicitur. Quòd sicut ante votum Euangelicæ paupertatis, licitè sibi poterat sua bona retinere; sic licitè etiam poterit cognatis, vel amicis, (licet diuitibus) illa dare. Nam constat, quòd aliquis tenetur aiiquando ad aliquid conditionaliter; ad quòd absolutè non tenetur. Laicus enim simplex, & idiota non tenetur absolutè ad omnia diuinæ legis præcepta explicitè agnoscenda: conditionaliter tamen, & in respectu ad tempus operandi, illa vtique explicitè tenetur agnoscere. Nam adueniente casu quo necessario præceptum aliquod sit adimplendum, aliàs contra illud necessariò sit incurrendum; tunc illud explicitè scire tenetur, ne contra illud faciat. Cum ignorantia diuinorum præceptorum crassa, & eò magis affectata, non excuset. Sic in proposito, licet quis ante Euangelicæ paupertatis votum ab-

Obligatio conditionalis differt ab absoluta.

ſolutè non teneatur ad erogandum ſua bona pauperibus, quando tamen vult ad votum dictæ Euangelicæ paupertatis procedere, videtur obligari ad non vouendum abſque Euangelici conſilij, (de erogandis bonis pauperibus) adimpletione. Vnde qui aliter vouet, peruersè quoad hoc iuxta prædictos Doctores vouere videtur, & de hac peruerſitate pœnitere tenetur.

60 Nec item probatur, quod obijcitur, impoſſibile eſſe, eo ipſo tempore, quo vouetur, talia poſſe bona pauperibus erogari. Quandoquidem, quando quis Euangelicam bonorum omnium abdicationem vouet, poterit in hoc voto præfatam ad pauperes diſtributionem includere, & exprimere. Immo ſecundum aliquos prædictorum Doctorum, de iure Euangelico, eo ipſo quò quis vouet Euangelicam paupertatem, omnia ſua pauperibus cenſeatur derelicta, niſi ante expreſsè aliter diſpoſuiſſet. Sicut quotidie ſeruatur, vt bona profitentium Religiones, quæ proprium habere poſſunt, eiſdem ſint acquiſita: niſi de illis aliter fuerit prius diſpoſitū. Num autem ita, ſicut eſt dictum, neceſſariò ſit tenendum? nec ſecus abſque culpa mortali fieri poſſit? ſapientiori iudicio, ſeu potius ſummi Pontificis declaratione relinquatur. Hoc tamen indubitanter tenendum eſt, quòd imperfectè ad tale

Bona vouentis paupertatem de iure videntur pauperibus relicta.

tale Euangelicæ paupertatis votum acceditur: si absque legitima & rationabili causa prædictum Christi Domini consilium non adimpletur. Hæc ex Petr. Ioan. supr. Regulam, to. 2. *Sol. 1. dub. j.*

61 Ad primum verò dubium, num scilicet recipientes ad Ordinem, prædicta sancti Euangelii verba, de erogandis bonis pauperibus, sub præcepto mortali ipsis recipiendis dicere teneātur? Respondetur quòd cùm Clemens V. declarauerit, quòd omnia in hoc 2. capite contenta, quæ modum receptionis ad ordinem respiciunt sunt æquipollentia præcepto, quòd vtique erunt prædicti obligati ad dicenda verba prædicta recipiendis ad ordinem. Verum, quia quæ pro charitate ordinata sunt, contra charitatem militare non debent: predicta vel similia statuta, hic & vbique secundum exigentiam debiti finis, siue finalis vtilitatis animarum, tam intrantium quam recipientium, & non aliter impleri debent. Vt latè per Sanctū Thomā 22. q. 33. ar. 2. Adrian. quod 1. art. 3. ad quintum, videri potest. Ideò dicendum est, secundum eundem Petr. Ioan. num vbi supra, quod recipientes ad Ordinem, tenetur tempore receptionis, prædicta sancti Euangelii verba recipiendis dicere: quando viderint, & agnouerint hoc esse necessarium, ne recipiendi nimis indebitè ad ordinem accedant. Quod tunc est,

Verba Euang. dicātur ingressuris Relig. de distributione bonorum.

quando probabiliter agnouerint, carnali eo tantum affectu duci ad relinquenda sua, parentibus, vel amicis: Nec aliqua appareat rationabilis causa, qua pauperibus commodè erogare non possint. Perfectionis verò erit, hoc illis dicere; quando tantùm exigitur pro perfecta prædicti Euangelici consilij impletione. Si tamē ex huiusmodi rerum distributione, animæ recipiendi periculum immineret; siue ex mora, siue per hoc, quòd ab amicis, vel parentibus occasio, sumi posset retrahendi ipsum à suo bono proposito; siue quia rationabiliter præsumitur, quòd potest ingressum purius, & discretius, & perfectiori animo, sua pauperibus distribuet bona: Tunc Sancti Euangelii verbum prædictum, receptionis tempore vtique dici non debet: sed in id tempus differri, quo saluti animæ intrantis magis expedire videbitur. Quoniam (vt dictum est, iuxta S, Bernardi sententiam) Quæ pro charitate ordinata sunt, contra charitatem militare non possunt.

Dispensatio bonorum non inducit prof. tacitam in Relig. Minorum.

62 Hic tu tamen diligenter nota, vnum huius Religionis particulare: quòd licet in aliis Religionibus, sicut dicit Monaldus in summa, & alii Doctores in capite statuimus. extra de Regul. & in capite beneficium de Regul. in 6, Ingrediens Religionem condito iam testamento, & bonis suis pauperibus erogatis, aut in

hæredes; & legatarios translatis, fit tacitè professus, saltem quoad forum Ecclesiæ in hac tamen Regula Minoritana quæ est noua decretalis vt patet ex priuilegio ipsius, incipiente. [Honorius Episcopus seruus seruorum Dei, &c.) & terminante. (Nulli ergo hominum liceat hanc paginam] Et est edita post prædictas decretales de Regularibus non erit vtique hic talis, tacitè professus. Nam si Regula dicit, quòd venientibus ad recipiendum vitam istam, Ministri dicant verba sancti Euangelii. (Quod vadant, & vendant bona sua & ea studeant pauperibus erogare) Et deinde subdit. (Postea concedant eis pannos probationis) clare omnibus patere potest, quòd hic talis qui erogatis bonis suis, Religionem ingreditur, non erit vtique tacitè professus: cum ei annus probationis concedatur, qui vtique frustra concederetur, si infra dictum probationis annum, non posset ad sæculum liberè remanere, vt bene dicitur in seren.consc. quæst.29.

ET caueant fratres, & eorum Ministri: ne soliciti sint de rebus suis temporalibus: vt libere faciant de rebus suis, quidquid Dominus inspirauerit eis. Si tamen consiliu requiratur, licentiam habeant Ministri, mittendi eos, Tex.

ad aliquos Deum timentes, quorum consilio bona sua pauperibus erogentur.

63 DIxit Pater sanctus de totali denudatione, & perfecta expoliatione bonorum temporalium venientium ad Ordinem; & de pia erga pauperes directione. Agit modò de frugalitate, & puritate ordinis: circa eorundem temporalia bona. Vnde fratribus prohibet vniuersis; ne soliciti sint circa distributionem rerum temporalium ipsorum; ex quibus patet, ipsam ad ordinem receptionem, sanctam, & purissimam esse ex parte ipsorum fratrum; cùm de venientium bonis, nullo modo valeant se impedire: quibus omnimoda solicitudo circa illa prohibetur.

Quæ sollicitudo prohibeatur fratribus de bonis intrantium.

TRia hic solent à Doctoribus dubitari: Quænam illa sit solicitudo, quæ ex Regula prohibetur. Quibus item prohibeatur, Et num liceat fratribus aliquid de prædictis bonis liberaliter oblatum, recipere? Pro quorum responsione dicimus.

Solicitu- bonorũ in Quòd solicitudo, quæ hic sub morlali culpa inhibetur; est illa efficax, seu ef-

fectualis, qua per facta, seu consilia sic frater intromittit in dispositione bonorum ingredientium Ordinem. Idque ideò, vt quantum est, ex parte fratrum, sancta (vt diximus) & purissima, & non infecta vitio cupiditatis ipsa receptio appareat.

trantiũ inhibetur fratribus.

Quod ex declaratione Clem. V. & omnium Regulæ expositorum clarissimè patet. Solicitudo verò interior, siue solicitus affectus de talibus intrãtiũ bonis, qui in animo consistit, nõ videtur hic vt exterior prohiberi sub culpa mortali. Sed vt dicit Gundisaluus in suo tractatu super Regulam pro tali interna solicitudine seu solicito affectu, admonitio tantum ex Regula fieri censetur: ad euitandum malum, quod iure diuino, & naturali prohibetur.

64 Nec putes, non omnem exteriorem, seu effectualem solicitudinem, nec omne & quoduis consilium fratribus ex Regula prohiberi, sed illam tantum, quibus libertas venientium ad ordinem in dispensatione suorum bonorum posset aliquo modo impediri. Eo quòd in Regula dicitur, (vt liberè faciant, de rebus suis, quidquid Dominus inspirauerit eis) Quod & quidam dixerunt, qui non incongruum nec contra Regulam putant, si (solicitudine semper, & nota cupiditatis seclusis) vtiliter fratres venientibus ad Ordinem consulent, circa suarum rerum di-

Solicitudo quecunque prohibetur fratribus ex Reg.

Quo ad bona dicta consu-

lere ingredientibus ordinem nullo modo possunt fratres ex Reg.

ſtributionem ; nec à pia eorum ſententia peruertant. Sed ſcias vt alii Regulæ expoſitores dicunt. (quorum ſententia verior ex declaratione Clem. V. probatur) quamcunque ſolicitudinem cupiditatis effectiuam, omneque penitus conſilium, hîc per Regulam fratribus prohiberi. Quòd patet, quia ipſa Regula vult, vt venientes ad Ordinem mitti debeant ad conſulendum timentes Deum, extra ordinem, non ad fratres. Et dum per ipſam Regulam conceditur Miniſtris, quòd ſi conſilium ab eis requiratur, tunc mittere poſſint extra ordinem ad timentes Deum : apertè patet, quod etiam Miniſtris interdicitur facultas aliter conſulendi. Ex quo enim (inquit S. Bonauentura) licentia in hoc tantùm datur, in alio denegatur. Nec illa verba Regulæ (vt libere faciant de rebus ſuis, quidquid Dominus inſpirauerit eis) ſunt poſita tanquam determinatio dictæ prohibitionis, ſed potiùs vt redditio vnius cauſæ finalis prædicti interdicti. Præuidit enim ipſe B. Pater Spiritu ſancto afflatus, quòd recipiendis ad ordinem facilè contingeret, quòd non iuxta ſuam abſolutam, & internam conſcientiam liberè de rebus ſuis diſponerent; ſi fratres illis conſulere poſſent. Quandoquidem vel timore, vel pudore, vel conſiliorum, ſiue præcum importunitate ; de facili cogereutur ſequi

voluntatem fratrum, cum quibus, seu sub quibus semper essent victuri. Ideò vt plena libertate in suorum distributione bonorum vti possint, voluit vt extra ordinem Deum timentes, consulerent non fratres. Quod item fecit, vt fratres liberi essent ab omni simoniaca receptione ab omnique cupiditate,&extensione, quibus ordo suus apud exteros de facili denigrari poterat. Quare concludendum est secundum Clementis V. & magis communem sententiam expositorum: quod fratribus hic probibetur omnis solicitudo efficax omnèque consilium circa distributionem bonorum venientium ad ordinem. Et hoc nedum intelligitur de illis, qui ordinem ingredi volunt, sed etiam pro iis, qui ingressi sunt, licèt nondum professi. Cùm eadem in vtrisque sit ratio: licet aliter hugo de ipsorum nouitiorum bonis, videatur sentire. Bonauen. Hugo: Petr. Ioan.

Quibus prohibeatur solicitudo bonorum volentium ingredi Religionem.

65 QVibus verò prædicta solicitudo & consilium prohibeantur: ex dictis parere potest. Quòd omnibus fratribus, tam subditis, quàm prælatis inhibetur, ne se intromittant, nec penitus cosulant circa prædictam distributionem bonorum: Etiam si ab ipsis ordinem ingredi volen-

tibus, seu nouitiis, fuerint de hoc re-quisiti, cùm ex Regula omnibus simpliciter prohibeatur. Ministris tamen conceditur, (quando eos prædicti consuluerint) quòd possint eligere aliquem, vel aliquos timentes Deum, qui non sint de Ordine nostro, ad quos prædictos mittant, De quorum consilio, bona sua pauperibus erogare, vel aliis rationabiliter distribuere, libere possint. Vbi nota, quòd dum hoc Ministris tantùm conceditur, cæteris omnibus prohibetur. illis exceptis, quibus, ad Ordinem recipere ex commissione, Ministrorum, vel ex priuilegio competit. Quia cui committitur principale; committitur item & accessorium, sine quo principale exequi commodè non potest. Item dum dicitur Quòd mittantur huiusmodi ad timentes Deum, qui non sint de ordine nostro; admonemur vtique quòd non debent mitti ad sindicos ordinis, nec ad consanguineos fratrum: quoniam hi, vt plurimum affecti sunt ad ordinem pro commodo eius temporali. Nec item ad affectos magis ad bona eorum temporalia, quàm ad vtilitatem animarum suarum. Nec ad præuentos ab ipsis fratribus & ab eis admonitos, quomodo huiusmodi consulere debeant circa distributionem bonorum suorum. quoniam id fieri non posset sine cupiditatis nota, quæ ex Regula prohibetur, Et sicut non

Ratio dictorum.

licet fratribus seipsos intromittere, seu consilia dare circa prædictam distributionem bonorum: sic nec id per alios licitè facere poterunt. Nam cùm aliquid vna via prohibetur alicui; ad id alia non debet admitti. cap, cum quid de reg. iur. in 6. Et verè in legem committit; qui verba legis amplectens, contra legis nititur voluntatem, cap. Certum est. De reg. iur. in 6.

Recipere an poßint fratres, & quid de bonis ingredientium?

66 NVm verò aliquid de prædictis bonis possint fratres recipere? Respondet Clem. V. & communiter expositores. Quòd licet verum sit, quòd fratres tam subditi, quàm prælati nec petere, nec huiusmodi inducere possint ad aliquid eis dandum de bonis suis: nihilominus si eis aliquid datum liberaliter fuerit, (sicut & alijs pauperibus fieri solet) bene possunt recipere: sicut & aliam Eleemosynam liberaliter oblatam. Quoniam cùm huiusmodi liberi sint circa suorum dispositionem bonorum; non videtur aliquid obstare; quin (si velint) ipsis fratribus aliquid Eleemosynaliter dare, possint ipsi fratres recipere. Cauere tamen debent fratres, ne ex notabili quantitate præsumi possit sinister oculus contra

Aliquid recipi potest à fratribus de bonis ingredientium.

ipsos. Tunc enim ratione scandali peccarent contra ius naturale, & diuinum magis, vel minùs, secundum scandali grauitatem. Quare quod ex Regula fortè non esset illicitum, illicitum tamen fit ratione scandali. Et ideò per Clementem v, ipsa notabilis quantitatis receptio, fratribus prohibetur.

Cap. exiui, de verborum sig. § cęterum

Bona incertis restituēda pro fratibus, possunt expendi ex concessione.

67 Tu tamen scito, quòd Sixus 4. in Mari magno, concessit Ministris, & custodibus, & eorum Vicarijs: vt singuli eorum in locis sibi commissis, bona intrantium Ordinem, incertis personis restituenda, quæ sciri, & inueniri non possint, in pios vsus fratrum conuertere possint. Scias item, quòd si nouitij professionem emiserint, nulla facta de bonis proprijs distributione: non poterunt deinceps de illis inter cognatos, alias-ve personas disponere vllo modo. Sed solúmmodo poterunt, vt notauit Ancharanus super dicto cap. exiui, circa illa consulere. Vnde ab huiusmodi non poterunt fratres aliquid de suis bonis habere: Vt bene Zabarella annotauit super eodem cap. Et hinc sequitur, quòd vestes nouitiorum, de quibus ante professionem non disposuerunt, debent restitui hæredibus venientibus ab intestato.

Professus consulat de bonis suis, non distribuat

POstea concedant eis pannos probationis, videlicet duas tunicas sine capucio & cingulum, & brachas, & caparronem vsque ad cingulum: nisi ipsis Ministris aliter secundum Deum aliquando videatur.

Habitus Nouitiorum qualis debeat esse.

68 HActenus dictum est de modo receptionis venientium ad Ordinem; modò agitur de eorumdem habitus qualite, Vbi vult Pater Sanctus. vt Ministri eis concedant duas tunicas sine capucio; & cingulum, idest, rudem funem, & non zonam: cum zona fuerit Apostolis interdicta, & ab ipso Patre, & suis reiecta. Et, vt dicit Clem. V. obligatorium est ex Regula; quòd eis duas tantùm tunicas regulariter, & non plures dent. Plures enim dare non poterunt; nisi vbi necessitas plures exigit. Et debent dictæ duæ tunicæ esse sine capucio; cuius loco conceditur caparro; vt in hoc, habitus Nouitiorum ab habitu professorum distingatur. Et satis congruè per hunc distinguntur. Quia per diuisionem caparronis à corpore tunicæ, cui non debet esse consutus, appositè designatur, quòd nouitij nondum sunt corpori Religio-

Tex. Tunica duplex datur nouitijs.

Ar. 4.

Caparro nouitiorum quid significet.

nis, & eorum Prælatis immobiliter asſuti, ſeu obligati. Caparro enim ſecundum ſuam ethimologiam, fortè ſignificat Religionis arrham. Et per duas alas caputij, duæ deſignantur euolationes, euolatio.ſ. à ſæculo ad Religionem: & reuolandi libertas infra dictum probationis annum à Religione ad ſæculum. Et licet iſte ſit ordinarius, & regularis habitus nouitiorum, à Regula præſcriptus: conceditur tamen Miniſtris, quòd aliquando ſecundum Deum, circa Caparronem poſſint diſpenſare. Cæteri tamen fratres à tali facultate excluduntur; niſi ad hoc ſpecialem commiſſionem, & facultatem ab ipſis Miniſtris habuerint. Quod ideò dico; quia ſi cuſtodibus, vel Guardianis, ſeu alicui alteri fratri concedatur licentia recipiendi ad Ordinem: non ob id, eis conceſſum cenſetur, quòd poſſint cum Nouitijs circa caparronem diſpenſare; niſi ad id expreſſam, & ſpecialem à Miniſtris facultatem habuerint. In generali enim conceſſione non veniunt ea, quæ non eſſet quis veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. Vt capite in generali, de regula iureiurando, in 6. Et eo magis in odioſa materia quæ militat contra ius; qualis videtur in propoſito. Sed in hoc, & ſimilibus ſtandum eſt conſuetudini: quæ eſt optima interpres legum, & voluntatum ſuperiorum.

Miniſtri diſpenſant de caparro

cap. cum dilectus, de conſuet. & per Sum. tit. conſuetudo.

69 Et aduertant Ministri, quòd dum in Regula dicitur; quòd talis dispensatio caparronis fieri debet secundum Deum; non passim (vt bene Clem.V. adnotauit. & communiter expositores) & ad libitum circa illum dispensare poterunt, quia Regulæ non contradicant. Sed tantum secundum Deum, sicut in ipsa Regula præscribitur. Ex hoc enim verbo (secundum Deum) infertur, vt inquit B. Bonauentura, vt hoc nouitiatus insigne, quod professorũ s. habitus, nouitiis dispensatiuè concedatur: paucissimis, & non nisi ex rationabili causa indulgeatur. Et hæc rationabilis causa poterit dijudicari, vel propter vtilitatem recepti; vel propter reuerentiam notabilium personarum; vel propter erubescentiam, non quidem superbam, sed tantùm sensualem aliquorum nobilium de eiusmodi caparrone deferendo. Et propter similes rationabiles causas, & non secus. Quia crescente vanitate hominum, non est mirum si humilitas de die in diem minuatur. *Quibus ex causis licitè in caparrone dispensetur.*

70 Est tamen hîc notandum, quòd si talis dispensatio secundum Deum, cum nouitijs fiat circa caparronem; prius debent informari, quòd per talem habitus professorum delationem, efficiuntur tacitè professi, saltem post annum completum; cùm ex nouo iure sacri Concilij Tridentini, ante completum annum professio etiam solemniter emissa, nulla sit, *Professus tacitus, quando fit sine caparrone.* *Sess. 25. cap. 15.*

nullamque obligationem inducat: nisi protestarentur expressè nolle aliquo modo ad aliquam Religionem teneri. Vt per sacros Canones decernitur. capite super eo. de Regula. Et ideò debent huiusmodi ad talem protestationem persuaderi. Quòd si id facere nollent, & tamen habitum professorum peterent sibi dari; tunc fiat eis iuridica coram testibus protestatio à Ministro, vel ab eo, à quo recipiuntur; quòd ex tali habitus professorum concessione, nullum eis ius (licet etiam annus probationis transierit) acquiretur in Ordine: donec expressè ad solennem professionem admittantur.

Propositum mutandi vitam in Relig. an inducat professionem tacitam.

71 Hîc tamen annotasse volui, quòd licèt secundum Inn, Gotfr. & cæteros Canonistas super cap. consulti. & cap. statuimus de Regul. qui assumit habitum in Religione approbata, cum proposito absolutè mutandi vitam, hoc est cum proposito simplici perseuerandi in Religione, tacitè sit professus: Theologi tamen, & Panhor. in capite literarum, extra. de voto. hoc verum esse dicunt, si huiusmodi propositum mutandi vitam, habeat implicitè, vel explicitè animum se obligandi, & non aliter. Et verbum illud (propositum) dicti capitis consulti, pro firma intentione se obligandi, debere intelligi volent, & non secus. Nam, & vt ipsi dicunt, propositum perseuerandi differt à voto:

quia non ſicut votum dicit firmam intentionem ſe aſtringendi, & obligandi voto. Et, vt dicit Gloſſ. in cap. literarum, extra de voto, nemo ſe obligat, niſi qui habet animum ſe obligandi, ſ. per votum. Quare propoſitum nudum mutandi vitam, ſiue perſeuerandi in Religione, cum ſuſceptione habitus; non ſolennizat votum, nec tacitam profeſſionem inducit. Et hoc confirmatur per cap. non ſolum. de Regul. lib. 6. Vbi tale nudum propoſitum diſtinguitur à profeſſione expreſſa, vel tacita: quòd non vtique diſtingueretur, ſi idem eſſet, quòd tacita profeſſio. Et de hoc videri poterunt Caiet. 22. q. 88. art. 1. ſupple. Bielis 4. diſt. 38. q. 1 lit. c. Sylueſt. tit. Religio. 3. q. 19. Aug. tit. Nouit. §. 12. Nauar. in man. cap. 12. nu. 26. & omnes ferè Summiſtæ,

Caiet. Biel. Sil. Angel. Nauarr.

72 Hoc item intelligi debet, expleto ſcilicet probationis anno. Nam ſi profeſſio etiam ſolennis, ante annum expletum emiſſa, nullam, (vt diximus) inducit obligationem: multo minus id faciet firmum propoſitum cum animo, & intentione ſe obligandi per habitus ſuſceptionem. Scito etiam, quòd tunc tantùm ſecũdũ Deum tacita inducitur profeſſio; quando quis non ignoranter, ſed ſciẽs, & volẽs aliquid facit, ex quo tacita inducitur profeſſio. Nã ſi ignoranter id facit, nec tamen putat, vel agnoſcit ſe per hoc effici

Ignorantia excuſat à profeſſione tacita.

ſecúdũ iura tacitè profeſſorum; verè corã Deo non erit profeſſus, nec alicui Religioni obligatus. Vt ait Henricus de Gandauo in quoli. & Ioan. And. & D. Ant. & Panhor. in capite vidua, de regul. & Summiſtæ, & habetur in ſeren. conſcientia. quæſt. 29. Quoniam ſecundum D. Thom. 22. quæſt. 88. art. 1. & cæteros 4. ſent. diſt. 38. impoſſibile eſt aliquod apud Deum eſſe votum, vbi animus, & intentio ſe obligandi non adeſt. In foro verò Eccleſiæ, (quæ de exterioribus iudicat,) dum oppoſitum non conſtat, ſufficienter tales compellerentur ad Religionem: & inhabiles ad matrimonium contrahendum redduntur, & ſi contraxerint, inualidatur.

Ang. tit. nouitius. num. 12. Syluest. tit. Relig. 3. nu. 19.

Vbi habes, quòd licet profeſſio expreſſa, & ſolenniter facta ante completum annum probationis iuridicum ab habente legitimam ætatem, per iura antiqua in non Mendicantibus obligabat ipſum profitentem in Religione quam profeſſus erat: in Mendicantibus verò non illi, ſed ad Religionem in genere. Vt latè de hoc per Syluestrum, tit. Religio. 3 §. 3. 4. & 10. Tamen per ſacrum Concilium Tridentinum, ſicut profeſſio tam virorum, quàm mulierũ, facta ante dicimumſextum annum expletũ nulla eſt, nulláque inducit obligationem ad alicuius Religionis, vel Ordinis Regulam: Ita, quæ fit minori tẽpore, quã per annum

Seſſ. 25. cap. 15.

expletum, post susceptum probationis habitum: nulla est, nulláque inducit obligationem. At si expressè, & legitimè professus, qui scilicet legitimæ sit ætatis, & post annum probationis completum, professionem emiserit; per statuta Religionis fuerit expulsus ob aliquem mentis, seu corporis defectum; tunc tenetur Religioni in genere, vel saltem castitati: nisi oppositum ipse profitendo intendisset. Nam si profitendo intendebat nolle ad aliquod votum obligari, nisi dum in Religione quam expressè professus est, esset, & ab ea non eijceretur: eiectus absque culpa propria, liber esset ab omni voto, quò ad forum conscientiæ. Nam, vt dictum est ex communi Doctorum sententia in 4. dist. 38. & D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. impossibile est, aliquod apud Deum esse votum, vbi animus, & intentio se obligandi non adest Et de hoc videri potest Panhor in cap. fin. de cond appo. & in cap. super eo. de regular. vers. secundo quæritur. Angel. tit. Reliosus, num 19. Sylu. Religio. 3. nu. 5. & 6. & tit. votum 2. num. 2 & Caiet 2 2. q 88 ar. 3.

73 Habes item quòd licèt secundum iura antiqua, per susceptionem habitus professorum distinctum ab habitu nouitiorum, de voluntate eius, qui valet Religioni incorporare, & per delationem eius per triduum, tacita inducebatur professio, tam in Religionibus Mendicanti-

bus, quam non Mendicantibus, ad aliquam Religionem in genere. Ipsa vero Religio, in qua sic professus est, tacitè obligaretur illis in specie ad retinendum eum, si ibi permanere voluerit: nisi priùs fuerit protestata, quòd non intendebat seipsam obligare ad detinendum eum, nisi solenniter, & expresse Religionem fuerit professus. Hodie tamen per dictum Tridentinum Consilium non nisi post expletum annum probationis, tacita inducitur professio. Non enim per dictum Consilium tacita professio penitùs videtur ablata; sed tantùm modificata videtur, vt ante expletum probationis annum, induci non possit per quemcumque actum; cùm nec solennis ipsa professio ante prædictum tempus, emissa, valeat. Quæ non Religioni in genere, sed in specie eidem obligabit, in qua habitum detulit. Sicut professio tacita, quæ inducitur per delationem habitus nouitiorum indistincti ab habitu professorum, per annum completum; obligat sic tacitè professum illi Religioni in specie, quæcunque illa sit, siue Mendicantium, siue non, in qua talis tacita est inducta professio. Vt patet de Regula. Quod Summistæ putant esse verum in foro Ecclesiæ: nam in foro animæ non tenetur, nisi Religioni in genere. Nisi fortè per talem habitus delationem, animum habuerit se obligan-

Clem. c. eos qui de regul.

di illi Religioni in specie; quia necessariò illi tenetur. Idem dicendum est, de tacita professione, quæ inducitur per propositum mutandi vitam absolutè, quod scilicet habet promissionem seu votum implicitum: vt dictum est supra. Obligat enim ad Religionem in genere, siue in Mendicantibus, siue in non Mendicantibus fuerit contracta.

Et omnes prædictæ tacitæ professiones inualidant matrimonium, vt patet per Summistas. Nos verò breuiter hic ista adnotasse voluimus, vt tam recipientes, quàm intrantes ad Ordinem, maturè & prudenter circa prædicta se gerant ob periculum tacitæ professionis inducendæ. *Ang. tit. nouitius. §.14. Sylue. Religio.3. q. 19. & 20.*

FInito verò probationis anno, recipiantur ad obedientiam promittentes vitam istam, & Regulam obseruare. *Tex.*

74 QVm dictum sit supra, quonammodo venientes ad Ordinem recipi debeant ad annũ probationis, modò de eorumdem agitur professione. Et primò, quantum ad eorum votiuam, & solennem oblationem faciendam Altissimo: Secundò, quò ad propositi stabilem perseuerantiam, vt nullo modo liceat eis ab hac Religione exire. Quò ad primum dicit, quòd finito anno probationis, no- *Tempus professionis nouitiorum.*

uitios, qui cõditiones requisitas supradictas, & laudabile habuerit testimonium à fratribus, cũ quibus cõuersatus est; si vult, & petit profiteri, debet à Ministris ad professionem admitti. Nec odio, seu amore carnali repellendus est, nec malitia, vel aliqua irrationabili causa retardandus; sed obligatoriè ex Regula (vt inquit Clem. V.) prędictum debent ad professionem recipere, finito probationis anno. Et dicit, [finito probationis anno] quia secundum ius commune, nullus nouitius in ordine Mendicantium ante annum probationis expletum, potest ad professionem admitti: de regul. in 6. cap. non solum Quod hodie obseruandum est in omnibus Religionibus, per Conc. Trident. ita vt nulla sit professio, si aliter fiat.

Sess. 25. cap. 15. 75 Qui verò ante dictum tempus aliquem ad professionem reciperent; primò peccarent mortaliter contra mandatum Ecclesiæ facientes. Secundò puniri debent à superioribus ea pœna, quæ pro grauioribus delictis solet infligi. Tertiò suspensi de cætero sunt, ne aliquem ad professionem recipere possint. Vt in cap. Non solum, de Regular. in 6.

Annus probationis quomodo supputatur. 76 Et nota; quòd huiusmodi annus expletus, non debet per festa mobilia computari; sed per dies fixos, qui verè annum integrum ex reuolutione Solis ab eodem puncto ad idem punctum expleant. Et tunc (secundum quosdam) fieri potest

professio, cum annus expletus fuerit, & horam saltem vnam excedit. Vel (secundum alios,) si solam excedat minimam, postquam Sol a puncto ad punctũ reuolutionẽ impleuerit. Scias tamẽ, quod oraculo viuæ vocis, concessum fuit Religioni nostræ, (licèt aliter Conc. Trid. disponat) quòd vltra annum probationis expletum, vbi id expediens visum fuerit, possit per sex alios menses, & non amplius detineri nouitius, si consentiat, in probatione, vt meliùs Religionis onera probet, & eius mores, & habilitas probentur à fratribus. Itaque tunc annum probationis dicimus expletum; quando nouitiatus annus sit finitus, & insuper illud tempus infra sex menses, quod supra dictum annum nouitio de eius, & Prælati consensu fuerit concessum, sit expletum.

Sylu. Relig. 3. nu. 3.

Detineri potest nouitius in probatione, vltra annum si cõsentiat.

Hoc tempore finito, vult B. Pater, vt recipiantur ad obedientiam. Nec mireris si receptionem ad obedientiam, vocat ipsam profitentium oblationem. Hoc enim satis rationabiliter dicitur; tum, quia per obedientię votum speciałiùs Religioni, & suo capiti professores Regulæ incorporantur. Tum etiam, quia in obediẽtia Regulari; cætera omnia includũtur, & veniunt, quæ in ipsa Regula continentur.

Professio vocatur receptio ad obedientiam.

Qui debeant recipere nouitios ad professionem.

77 SEd quoniam Regula non dicit, à quonam debeant nouitij recipi ad professionem; Dubium est inter Doctores, an Guardiani, vel custodes id facere possint? Hugonis sententia est, quòd per Guardianos, & maximè per Custodes, elapso probationis tempore, (nisi id à Ministris fuerit eis prohibitum) possit huiusmodi receptio fieri si modo Ministri agunt in remotis; & eorum præsentia, siue licentia minimè haberi possit. Hoc enim (secundum ipsum) videtur fieri auctoritate Ministrorum. Et idipsum quatuor Magistri sentire videntur. Et eorum ratio est; quia si secus esset, vt scilicet prædicti ad professionem recipere non possent, multoties magnum sequi posset animarum periculum, & ordinis detrimentum, ob diuturnam temporis dilationem. Et euitanda est arctatio, quæ in se periculum affert; & nullam habet necessariam causam, quæ contrarium suadeat, nec legem, quæ contrariũ mandet. Pisanus verò, Petrus Ioan. & plerique alij cõtrariam tuentur sententiam, Quòd scilicet non possint huiusmodi ad professionem admitti, nisi à solis Mi-

Guardiani an possint recipere nouitios ad professionem.

Ministri tantum recipiũt, & recipiẽdi.

nistris, vel ab illis, quibus ipsi commiserint. Et horum ratio est. Qui ex Regula solis Ministris modo quò supra dictum est, receptio nouitiorum ad probationem conceditur: multò fortiùs ipsis tantùm Ministris seruatur id, quod maius est, receptio scilicet ad professionem. Et hac ratione non dixit expresè hic Pater Sanctus à quo deberent huiusmodi nouitij ad professionem recipi: Quia si primam ad Ordinem receptionem solis Ministris reseruauit, eisdem tantũ Ministris hanc secundam ad professionem reseruatam esse supposuit. Sed puto quod in hoc standum sit conconsuetudini, quæ est (vt supra diximus) optima interpres legum, & voluntatum Prælatorum.

ad profesſione præstant facultatem.

Cap. cum dilectus, de consue.

Hoc tamen notandum est, quòd si per alios, quàm per Ministros, sine eorum licentia tacita, vel expressa, quis recipiatur ad professionem; talis professio saltem in foro Ecclesiæ nulla est: vt per Summistas latè videri potest. tit. Nouitius, & tit. Religio.

Quænam sit forma verborum professionis.

78 PRofessionis autẽ forma, qualis esse debeat; his verbis in Regula describitur. [promittẽtes vitã istam, & Regulam obseruare.] Itaque (vt notat Hugo)

Forma professionis.

Hug. c. 2.

quicumque emittendo professionē, promiserit, & vouerit Deo, & sanctis seruare semper vitam, & Regulam B. Francisci, à Domino Papa Honorio confirmatam, licèt non addat, viuendo in obedientia, sine proprio, & castitate. Verè secundum formam in Regula traditam, profitetur. Et est plena Regulę professio, omnia complectens, quæ in ipsa Regula continentur.

Promißio Regulæ quomodo intelligatur.

Reg. tota promittitur, sed nō æqualiter omnis eius pars.

76 SEd nota, quòd in hac promissione, & voto, sic vouitur tota Regula, vt non omni eius parti se obligatoriè profitentes astringant. Vouent enim, totam Regulam pro eorum norma & Regula viuendi, se habituros: sed hoc secundum intentionem instituentis, & non aliter. Qui dum quædam mandauit quædam consuluit: quædam monuit: constat quòd non ab omnem ipsius Regulæ partem obligatoriè ipsos professores astringit. Vt supra in primo capitulo Regulæ dictum est, num. 6. Ad quid enim consulit, & exhortatur, & monet, & non potius imperat; si obligare professores intendit? obligamur itaque Regulę secundum quod ipsamet nos sibi obligat: quam constat habere cōsilia, monita,

monita, & mandata. Ita, vt quod nobis consulitur, sit nobis consilium; quod monetur, sit admonitio, quod præcipitur, mandatum sit & preceptum. Et hoc constare potest ex diuina lege, in qua cùm aliqua sint præcepta, aliqua consilia, aliquæ exhortationes, & monita, non omnium horum par est trangressio. Non enim omnis profitens legem Euangelicam, & ad sui obseruationem se obligans (vt ab omibus Christicolis fit) vi talis professionis mortaliter peccat in trangressione cuiuscunque contenti in dicta lege. Quis enim posset dicere absque manifesta temeritate, & errore; quod per huiusmodi professionem Euangelicæ legis, velit Deus omnes Christicolas obligari ad obseruandum omnia pro præceptis, quæ in lege Euangelica continentur? Esset enim hoc viuere, & profiteri, nunquam se peccaturos venialiter: & tunc quæcunque leuis ebrietas, omne mendacium; omne verbum ociosum, omnis vana gloriatio, sæculi cura, sensuum incustodia, carnis titillatio, & cætera huius generis mortalia essent peccata: quod falsissimum, & erroneum est. Quoniam Christianam profitentes Religionem non se astringunt ad obseruandum sub præcepto, nisi ea, quæ præceptoriè in ea iubentur: consilia verò, & monitiones, vt talia habebunt, & non vt præcepta, Vt in suppl. Biel. 4. di-

Christiani quomodo obligãtur ad Euangelium obseruandum

Gerson lect. 6. de vita spirituali animæ.

ſtin.38.quæſt.1. lit.N. de hoc latiùs videri poteſt & Gerſon vbi ſupra. Itaque ſicut in profeſſione Chriſtianæ Religionis licèt profeſſio fiat legis Euangelicæ, profitentur tamen ſub præcepto, quæ propriè præcepta ſunt, conſilia pro conſiliis, &c. ſic, & in profeſſione Religionis Minoritanæ, licèt profeſſio fiat ipſius Regulæ; profitentur tamen ſub præcepto, quæ verè, & propriè præcepta ſunt; monita verò pro monitis; conſilia pro conſiliis erunt. Et ſic expreſſè eſt determinatum à Greg.ix. Innoc.iiij. Nicol.iiij. Alex.iiij. & Clem.v. Nicol. iij. Et ſi dicas, quòd facere contra votum eſt peccatum mortale: Dico quòd hoc eſt verum, quando vouens intendit ſe ſimpliciter obligare ad hoc, vel illud faciendum, cum obligatione neceſſitatis: Ita vt contra veniendo peccet mortaliter. Quod non eſt in profeſſione huius Regulæ; quia non ad omnia ibi contenta ſe profeſſores aſtringunt ſub mortali; ſed eo modo, & forma, qua in ipſa Regula ſunt poſita.

Dubium.

Solutio.

Tota Regula eſt promittenda iacet.

Aduerte item, quòd dum B. Pater vult, quod profitentes promittant vitam iſtam, & Regulam obſeruare: conſtat quòd non vna pars Regulæ, altera dimiſſa promittenda eſt: Sed totam prout iacet & ab Honorio iij. confirmata fuit, profiteri debent. Nec ſine culpa mortali poterunt aliquando Miniſtri, ſiue ab ipſis

deputati, aliter, ad professionem aliquem recipere, & admitere: secundùm declar. Clem, V. nisi totam vitam istam, & Regulam profiteantur. *Clem. c. exiui. §. cum igitur de verb. signif.*

Vouens aliquam Regulam, quomodo obligatur ad illam.

80 QVòd si quæras; Vtrum promittens Regulam aliquam; intelligatur ad illam obligatus, secundum quod tunc ab omnibus obseruatur, vel secundum id quod debet fieri ex intentione Regulæ? *vouens regulam simpliciter quo modo teneatur ad illam.*

Respondetur per quatuor puncta: Quorum primum est; quòd si intentio vouentis & profitentis Regulam, non se determinat ad seruandam illam, hoc, vel illo modo, Sed simpliciter illam vouet: hic vouisse intelligitur, prout à iure communi interpretatur. Id est secundum quod papa, Ecclesia, & communiter doctores ipsam Regulam intelligunt, & secundum intentionem statuentis, & approbantis Regulam, prout communiter doctores vtriusque iuris asserunt. *Innocent. & Hostiens. in cap super eo de Regular.*

Secundum punctum, quòd qui profitetur Regulam fratrum Minorum, ea intentione, & animo, vt verè sit Frater Minor, (siue sciat, siue ignoret multiplices, abusus, qui fortè essent in vsu) tenetur ad obseruantiam *Vouens regulam tenetur ad illam non ad vsum viuendi in illa.*

Regulæ ipsius, quo ad essentialia, & cætera, obligatoria Regulæ; & non excusabitur ab eorum transgressione ex communi vsu viuendi. Ratio est, quia quilibet tenetur ad id, ad quod se intendit implicitè, vel explicitè obligare per votum, vt patet per doctores. Modo, qui simpliciter profitetur Regulam, volens esse frater Minor: iam se obligare vult, saltem implicitè ad obligatoria Regulæ, ergo non excusatur ex hoc quod alius sit in communi viuendi vsus. Regulam enim vouet frater, non consuetudinem: & de hoc & canones, cap. ex parte. de Regular. & doctores loquuntur; vt Allexan. Alens. & Angel. tit Religiosus §. 32. qui asserit Innocen. & Hostiensem idem tenere, in cap. super eo. de Regul. Syluest. Religio. 3. quæst. 12. & Nauarr. in Man cap. 12. num 50.

In 4. d. 38.

Cap. ex parte de regular Alex. Alens. Angel.

Nec item excusabitur, eò quòd intendebat non se obligare ad viuendum arctiùs quàm in illo monasterio viuebatur: sicut non excusatur à continentia obseruanda, qui sacros ordines suscepit cum intentione eam non obseruandi. Qui enim vult principale; vult, & accessoria, seu illi necessariò annexa. Qui ergo vult esse frater Minor; iam se obligat (saltem implicitè) ad necessariò annexa statui fratrum Minorum; quare non secundum vsum, sed secundum intentionem Regulę viuere tenetur. Vnde

Cap. Accessorum de reg. iur. in 6.

Ioan. Maior. in 4. d. 38. q. 20. dicit: quòd huiusmodi tenetur talem intentionem mutare; & intendere talia Regulæ obligatoria in posterum obseruare. Quod quidem Maioris dictum, intelligi debet secundum Bielem in dist. 38. q. 1. lit. P. Syluest. Relig. 3. num. 11. & Nauarr. vbi supra quoad essentialia vota, non quoad alias obseruantias; Quæ sunt iam sublatæ vel mitigatæ Apostolicis priuilegiis veris, vel tempore immemorabili præscriptis: Vel ex consuetudine immemorabili, seu quæ adeò vetus sit, & antiqua: quòd ad emolliendas prædictas obseruantias sufficeret: Vel ex licentia tacita, seu expressa proprii Prælati ad hoc facultatem habentis. Et de his debet intelligi secundum prædictos Docto. dictum Panhormit. in capit. super eo. de Regul. & capite Deus qui. De vita & honest. cler. Huiusmodi enim obseruantias Regulares, priuilegio, consuetudine, & auctoritate Prælati tolli posse, omnes doctores affirmant.

Tertium Punctum; vouens prædicta intentione, & animo vt scilicet velit esse frater Minor: ad illa tantùm obseruanda tenebitur quæ sunt ex vi Regulæ obligatoria; vel forte ex consuetudine, quam reperit communiter obseruari, & non ad alia. Et ratio huius est; quia votum debet esse voluntarium: vt in capite licet. de Regul. Si ergo iste non habuit ani-

Vouens Regulam tenetur ad illam non ad alia, quæ non sunt ex vi Regulæ.

mum se obligandi, nisi respectu Regulæ quæ ibi tunc obseruabatur; meritò non erit obligatus ab alia, quæ ex vi Regulæ non sunt obligatoria, nisi prout inuenit consuetudinem.

Voues in monasterio relaxato quãdo debet se reformare.

Quartum Punctum: Qui professus est Regulam, in monasterio, vbi relaxatè viuebatur, (modo sciuerit substantialia Regulæ siue ignorauerit,) dum Religio reformatur quoad ipsius Regulæ obligatoria, seu quoad alia quæcunque: si vult ibi remanere, tenetur viuere reformatè, se aliis conformando. Vt latè habetur per Pannor. capit. super eo. de Regular. & Siluestr. Relig. 3 quæst. 12. Ex quo enim vult ibi remanere: ex eo acceptat votum; & obligatur ad professionem debitam, & vitam Regularem & reformatam.

Dubium.

81 Quòd si dubitatur, an si quis ignorans, Regulam, & eius obligatoria, eam profitetur, absque ea tamen intentione, vt velit esse frater Minor. Vel siquis specialiter intendat, & proponat se non obligare ad ea omnia, quæ Regula continet: sed solum ad tria vota essentialia; possitne talis transire vel licentiari ad aliam Regulam laxiorem? Respondetur per duo puncta.

Solutio. Voues vnam regulam.

Primum est: quòd qui hanc Minoritanam Regulam professus est; Volens se ad illam obligare, & esse frater M-

nor: siue intellexit, siue non obligatoria Regulæ, non potest absque Papæ dispensatione ex legitima causa, vel sui superioris ad id facultatem habentis, ad laxiorem Religionem transire: vt suprà in secundo puncto dictum est. At, si non sufficienter capiens obligatoria Regulæ, illã tamen simpliciter professus est, absque ea intentione, vt velit esse frater Minor; hic vtique si voluerit ad aliam Religionem laxiorem transire, vbi reformatè viuitur, benè vtique poterit, secundum Cordu. supra Regul. quæst. 15 & Angel. tit Relig. §. 33. Quoniam cum non satis intellexerit, quod vouit, nõ videtur omnino se voluisse obligare ad tantam arctitudinem, & perfectionem, ad quæ huius Regulæ professores tenentur. Sed vt prædictus transitus debitè, & securè fiat, cum dispensatione Papæ fieri debet: maximè cum de tali ignorantia non constat, quòd sufficiens fuerit, ad laxiorẽ Religionem transeundi. *quando potest transire ad aliam.*

82. Ad secundum dicitur, quod si profitens Regulã Minorum, specialiter intendebat nolle obligari ad tantam perfectionem, & arctitudinem; licet si absolutè pro- profitendo Regulam, non explicans suam intentionem in facie Ecclesiæ, peccauerit, mendaciter profitendo: quam intentionem, si explicuisset, non vtique ad professionem fuisset admissus: Tamen ex quo non se obligauit coram Deo, nisi ad quod, & quantum voluit se obli- *Vouens Regulam non intendens se obligare ad illã, quid faciet.*

gare; ideò non tenetur quo ad forum animæ manere in Religione hac : sed poterit transire ad laxiorem reformatam, vbi essentialia Regulæ obseruentur. Quod vt debitè fiat, & sine scandalo ; palam publicanda est fraus, quam habuit profitendo. Verum quia in foro Ecclesiæ ei non crederetur, oportet ad id dispensationem Pontificis obtinere : vt de hoc latiùs per canonistas & Summistas haberi potest· Qui citantur supra num. 71.

Num per professionem remittatur pœna debita peccatis?

Pœnæ debitæ peccatis, remittuntur in professione.

83 ET quia de professione est sermo; non erit inutile scire ; num in ipsa professione, omnes pœnæ culpis ante actis debitæ, remittantur ? Scias ergo, quod diuinæ largitatis beneficio ; omnes pœnas peccatis omnibus debitas, rectè profitentibus, piè creditur à doctoribus condonari. Legitur enim in vitis Patrum: quòd profitentes Religionem eam consequuntur gratiam quam baptizati. Idque confirmari videtur illa Beati Anthonii visione; vbi dæmonibus, eius in cœlum conscensum impedire conantibus, & peccata ab eo in sæculari vita commissa, ei obiicientibus: à sanctis Angelis fuit responsum. Non de-

betis illa obijcere, quæ iam ſunt Chriſti pietate deleta; ſed ſi qua ſcitis, ex quo factus eſt monachus, illa proferte Ex quo videtur elici, quòd nouus liber incipitur, ex quo quis vitam monaſticam, aut aliam regularem profitetur: quandoquidem iam liber vetus eſt deletus. Et hinc eſt, quòd inter cætera pœnitentiæ inſtituta, monaſterialis diſciplina, hanc prærogatiuum meruit: Vt, iuxta B. Bernardum. De præcep. & diſcipl. ſecundum Baptiſma nominetur. Nam, ſicut in Baptiſmo de poteſtate eruimur tenebrarum, & in regnum transferimur lucis æternæ: Ita & in ſancti huius ſecunda quadam regeneratione propoſiti, de tenebris, quoque non vnius originalis, ſed multorum actualium delictorum in lumen euadimus virtutum. hæc ille. Rationabiliter ergò dici poteſt, ſecundum mentem B. Thomæ. Quolib. 3. articul. 13. & 22. quæſt. vltim. art 3. ad tertium, & Palud. quòd in profeſſione debitè facta in ſtatu gratiæ, conſequitur profitens plenariam omnium culparum remiſſionem, quoad pœnas peccatis anteactis debitas. Nam ſi aliquibus eleemoſynis poterit homo ſatisfacere de peccatis ſuis (ſecundum illud. Dan. 4. Peccata tua eleemoſynis redime) multò magis remiſſionem omnium peccatorum merebitur quoad pœnas debitas; qui

Diſciplina monaſterij vocatur ſecundum Baptiſma.

ideò volũtariè firmiter se omnino tradidit in holocaustum Deo perfectissimum, diuinis obsequijs se perpetuò mancipando per professionem Religionis. Hoc enim, omne satisfactionis genus etiam publicæ pœnitentiæ, excedit. vt dicitur in cap. Admonere. 33. quæst. 2. Et ex hac voluntate qua quis se Deo perpetuò offert, & donat: maximum quidem prouenit meritum, & remissio (iuxta mentem Doctorum) omnium pœnarum. Ex quo, ibi virtualiter, licèt non actualiter tota vita, & pænitentia subsequens offertur altissimo. Sicut in arboris donatione; fructus eius virtualiter donantur.

Profitens non in statu gratiæ non meretur remissionem pœnarum.

84 Sed nota; quòd si quis in professione non repetitur in gratia, sed in aliquo mortali tenetur peccato; licèt postea conteratur, easdem tamen remissiones pœnarum, minimè lucrabitur: quas vtique lucratus fuisset, si in statu gratiæ fuisset professus. Professio enim ipsa, ex opere operantis habet, has posse gratias conferre; & non ex opere operato; cum non sit sacramentum. Ergo nihil relinquitur, ratione cuius, ablato postmodum obice, sortiatur effectum. Fuit enim opus mortuum totaliter à principio; & ideò non potest postmodum suum effectum sortiri. Et ita qui diuinæ gratiæ deest cooperando in actu profitendi, diuinæ largitatis beneficio meritò priuatur. Et si postmodum in

ſtatu gratiæ conſtitutus renouat, & ratificat profeſſionem emiſſam; merebitur quidem ex hoc meritorio opere augmentum gratiæ, non tamen præmium accidentale, remiſſionem ſcilicet pœnarum, anteactis culpis debitarum. Quia non habet in ſua poteſtate, quod offerat nouiter, vt adnotauit D. Caietanus, vbi ſupra, & Cordubenſis, quæſtione decima quarta ſuper Regulam. 2.2 q.vl. art.3.d.3.

ET nullo modo licebit eis de iſta Religione exire: iuxta mandatum Domini Papæ; quia ſecundum ſanctum Euangelium, nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Tex:

An quis poſſit egredi ex hac Religione?

85 DIctum eſt ſupra, de modo faciendæ profeſſionis, quo-ve modo facta obliget: agitur modo, de ipſius voti ſtabili perſeuerantia. Vnde B. Pater ſtatuit, vt nulli huius Regulæ profeſſori, liceat vllo modo ex hac Religione exire. Idque non ſolum propriæ Regulæ ſtatuto aſtruit: ſed etiam Euangelico teſtimonio de non mittendo manum ad aratrum, & retrò aſpiciendo; & inſuper Papæ Honorij mandato confirmat. Quodquidem Papæ mãdatum, ideò fortè recẽſuit; vt mens, & veritas Euangelici tex- *Priuile. cum ſecundum conſilium ſa.*

tus, non ſolum ex ſeipſo, aut ex intelligentia, & acceptione ipſius Beati Patris; ſed ex interpretatione, & decreto Papæ, cuius eſt dubia, & implicita diuinæ ſcripturæ explicare, apud omnes indubitanter haberetur. Vult ergo S. Franciſcus dicere, quòd mens Euangelij, & mens ſua, ſibi diuinitùs reuelata, & mens mandati Papalis eſt: quòd à profeſſione iſta nullomodo licet exire. Scias ergo abſolutè profeſſis Minoritanam Regulam; nullo modo licet ex hac Religione ad aliam exire. Quod non intelligitur tantùmmodo de non tranſeundo ad laxiorem Religionem, cùm hoc ex iure canonico, de Regularibus capite ſanè. in omni Religione damnetur; ſed abſolutè de omni Religione loquitur. Vt communiter omnes expoſitores Regulæ fatentur. Ex quo, primum erit punctum, quòd in foro conſcientiæ, & Dei, nullus abſolutè profeſſus, poteſt de hac noſtra Religione licitè ad aliam quamcunque tranſire, niſi ex rationabili diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ. Et hoc non eſt ſolum, quia hoc Honorius prædictus mandauit; ſed quia nulla Religio altior hac, aut huic æqualis repetitur: ſed hæc cæteris altior, & perfectior eſt, vt inquit S. Bonauentura ſuper cap. 2. Regulæ ſuper hoc paſſu, & in quæſtionibus ſuper Regul. quæſt. 12. & 13. Hugo. & cæ-

Vouens Regulam Minorum, non poteſt tranſire ad aliam

Primum punctum

teri ferè doctores omnes super Regulam. Et Burlifer super prologum sancti Bonauen. in primum sent. testatur. Et nos satis in primo præludio probauimus. Sciant tamen, qui de licentia Apostolica gloriantur, hac à Religion. egredientes: quòd contra prædictam Domini sententiam, de non respiciendo retro, quicumque manum ad aratrum miserint, offendunt: si mendacijs interuenientibus, à Sede Apostolica ad id facultatem impetrauerint. Non enim apud Deum erit hoc, eis excusatio; Sed magis accusationis duplicatio; dum mendacijs Papam cicumuenientes, (qui in votis non dispensat, nisi vbi suggerit pietas, & rationabilis æquitas recompensat) suæ quærunt apostasiæ pallium.

86 Et si dicas, quod iura non permittunt transitum respectu melioris, & perfectioris Religionis aut respectu finis, quia scilicet fructuosior est. Vt dicit Ioannem, Andreas. In capite sanè. de Regul. Sed solum intuitu arctioris, & strictioris vitæ; quia scilicet ibi viuitur arctiùs, & strictiùs: vt Idem Ioan. Andre. asserere videtur loco allegato. & probat ex capite. licet de Regula. Et quia Carthusiensium Religio, omnium Religionum arctissima iudicatur, meritò ad eam transire non erit illicitum. Quod à Martino Quarto videtur determinatum. In cap. viam ambitiosæ, extra

Obiectio.

Carthusiensium Religio.

de Regul. Vbi dicitur, quòd nullus de ordinibus Mendicantium, in aliquem monasticum, ordinem (Carthusiensi duntaxat excepto) possit, aut debeat per quemcunque recipi, vel admitti; virtute alicuius licentiæ, vel indulti; absque Sedis Apostolicæ licentia speciali. Respondeo iuxta mentem S. Thom. 22. quæst. vlt. art. 8. ad secundum: Quòd in transitu de vna ad aliam Religionem, non solum. (vt videtur velle Ioann. Andr. prædictus, & alij quamplurimi canonistæ,) debet attendi, vt licitè fieri possit, quænam vita strictior, & arctior sit; sed etiam quæ eorum sit sanctior, & perfectior: & si eorum fines, & fructus parificentur. Ita quòd nomine Religionis arctioris; Religio sanctior, & Religio fructuosior venit intelligenda. Idque satis videtur probari ex cap. licet. Vbi non tantum fit mentio de desiderio arctioris vitæ; sed etiam maioris Religionis, frugis melioris, & vitæ sanctioris. Et patet hoc expresè ex cap. mandamus, 19. quæst. 3. Vbi canonicus Regularis arcetur, ne ad monasticam vitam transire possit: licet monachorum Religio arctior sit. quam canonicorum Regularium, vt patet ex capite Dei timore. de statu monacho. Et ratio huius est; quia vtraque Religio ordinatur ad opera vitæ contemplatiuæ, inter quæ ea præcipua sunt, quæ in diuinis mysterijs

Solutio. Transitus de vna in aliam Religionem quid requirat.

Canonici Regulares an possint fieri monachi.

aguntur. Et quia canonicorum Regularium ordo, ad hæc directè ordinatur; quia ipsis per se competit, quòd sint clerici Religiosi: Ad Religionem verò monachorum, non per se competit, vt sint clerici, vt 16. quæst. 1. capite si clericatus, & capite, cùm pro: Ideò licèt hæc sit arctior: quia tamen illa canonicorum, ratione clericatus, est perfectior; meritò prohibetur transitus à canonica ad monasticam vitam. Quòd si monachi erunt clerici sacris seruientes mysterijs, (vt communiter est hodie) licitè canonicus regularis transibit ad monachos petita superioris licentia. Quia habet id, quod est canonicorũ; diuinis scilicet mysterijs ministrare, cum maiori arctitudine vitæ. Et de hoc extat capite statuimus 19. quæst. 3. Ex his enim constat, quòd non arctitudo vitæ tantùm, sed multomagis perfectior vita, & fructuosior finis Religionum sunt attendenda: vt licitè fieri possit transitus de vna ad aliam Religionem. Finis enim nobilior, & præstantior, cum vita æquè vel minus arcta; præponderat maiori arctitudini. Media enim propter ipsum finem sunt; non autem finis propter media. Et ideò à facultate Parisiensi, vt referet Syluest. tit. Religio. 4. quæstione 6. fuit determinatum: quòd frater Carthusiensis, de iure communi potest transire ad ordinem prædicatorum regulariter viuentium.

Cartusianus potest trãsire ad prædicatores, secundum Sylu.

Nec ob aliam quidem causam: nisi quia quælibet Mendicantium Religio Regulariter viuens, vt ex dictis in primo præludio patet, & ex B. Anthoni. 3 par. tit. 16. cap. 4. in fin. omni non Mendicante, est perfectior. Et vnicuique ob frugem melioris vitæ, ad altiorem statum licet transire, vt patet ex dicto cap. licet de Regul. & cap. Duæ sunt. 19. quæst. 2. Meritò ergo concluditur ex dictis; quòd ex hac Religione ad nullam aliarum licitus est transitus. Immò ex omnibus alijs ad istam, si sine scandalo fieri potest, licebit transuolare: cùm hæc cæteris sit præstantior, & perfectior. Vt ex dictis in primo præludio patet.

Num Carthusia sit arctior, Regula Minorum.

Carthusia non est arctior, Regula Minorum.

87 NEc item omnibus satisfacit: quòd Cathusiensium Religio, hac Minoritana sit arctior. Immò hæc nondum perfectior, sed cæteris Religionibus alijs, vt inquit S. Bonauent. quæst. 12. & 13. arctior, & strictior est. Nam, licèt aliqua in quibusdam corporalibus exercitijs hac strictior sit; vt in abstinentia carnium, silentio, vita quadragesimali, & cætera. Omnia tamen hæc, ex sublimiori vinculo arctissimæ obedientiæ, paupertatis, & castitatis, quæ in hac Relig. vouentur; vt in

primo præludio dictum est, facilè compensantur. Sicut modicum pondus auri, magno pondere argenti, vel alterius metalli, in prætio præuallere monstratur. Consideret qui vult; quid sit, in omnibus absque vlla limitatione (modo contra Regulam, & animam non sit mandatum,) propriam oportere abnegare voluntatem; superiorum præceptis vsque ad mortem obediendo; Quid reditibus, possessionibus, pecunijs, & omni proprio carere tam in particulari, quàm in communi: vnde nulla certa fieri possit regulariter viuentibus necessariorum prouisio; sed necessarium sit ex mendicitate viuere, & ex Dei tantùm paterna prouidentia pendere, qui hominibus suggerat, eis vitæ necessaria ministrare; Quid nec cellaria, nec granaria habere, nec congregationes, & prouisiones in futurum ad longum tempus facere posse; sed quotidianis mendicationibus, vbi fieri posse speratur, vitam debere transigere: suos in Deum iacientes cogitatus, sueque innitentes prouidentiæ, qui volucres cæli pascit, qui non congregant in horrea, nec seminant nec metunt; Quid vilibus, & rudibus indui seu potius operiri vestimentis; Quid duas tantum posse habere tunicas, & non plures, nullaque propria mutatoria; Quid pedester, (nisi infirmitas, seu manifesta necessitas dispenset) de-

Perfectiones Regulæ Minorum fratrum.

Obediētia
Paupertas.

Clem. 5. §. Rursus.

Vestitus ruditas.

bere ſemper itare? Quid nudis incedere pedibus, ne nudo ferè corpore dicam vnde quamplurimæ, & grauiſſimæ oriuntur infirmitates? Quid abundare non poſſe, ſed egere ſemper: ità, vt ſuperflua omnia, curioſa, & prætioſa eis ſint ex Regula vetita, & interdicta? Quidve ſit (ne longiùs protrahatur ſermo) ad prædicta omnia, & ad alia, quæ numerum 25. obligatoriorum explent, ſub culpa mortali ex ipſa Regula teneri? Conſideret quæſo, qualia & quanta ſint hæc, & quanta regulariter viuētibus onera, & incommoda ex arctiſſima Minoritana Regula ſuperſtant: & tunc ſit æquus iudex inter arctitudinē Minoritani Ordinis, & eius, qui eſt Carthuſienſium, & cæterorum omnium.

Nota pulchrum. Fortaſſe dicet; quòd ſi aliquid amplius ex ipſa Regula profeſſoribus eius fuiſſet impoſitum; humana non potuiſſet fragilitas ferre. Quod fortè in datione Regulæ, illis verbis eſt inſinuatum, Conform. 9. fol. 77. & nouæ impreſs. 210. Ego ſcio quantum poteſt humana fragilitas, & quantum volo eos iuuare. Tantum enim huius Regulæ profeſſoribus onus impoſitum eſt; vt vix vltra hoc, quicquam ferre poſſint. *Christi ad D. Franciſcum.*

Et ad illud cap. Viam ambitioſæ: Mihi videtur nihil aliud ex eo determinari; niſi quod Mendicantes non poſſint virtute

qualiſcumque licentiæ, vel indulti, niſi fuerit ſpecialis Sedis Apoſtolicæ, ad Ciſtercienſes, ad Camaldulenſes, &c. ſed ſolum ad Carthuſianos tranſire. Et non quod poſſint, (vt ſupponitur,) abſque aliquo indulto ad illos conuolare. Et hoc non obſtat. Quoniam licitè ex cauſa tranſitur ad æqualem, & etiam ad laxiorem Religionem. Vt notat Syluest. tit. Religio 4. num. 6. Non obſtat item; quandoquidem Innoc. 8. qui vt ait Platina, poſt ducentos ferè annos Martino 4. ſucceſſit: prohibuit, vt nulla, quæcunquæ illa ſit Religio, fratres Minores obſeruantiæ recipere poſſit, virtute quorùmque priuilegiorum in genere, vel in ſpecie conceſſorum: ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, quæ etiam pœna ipſos obſernantiæ Fratres aliàs faciendo innodauit: niſi ad hoc licentiam à Generali, vel prouinciali obtinuerint. Quare nullus Minorum fratrum regulariter viuentium, ad Carthuſienſes aliter tranſire poterit, quin excommunicationis ſentẽtiam incurrat.

Tranſitus ad Carthuſianos ſi liceat Minoribus fratribus.

Excõmunicatio in tranſeuntes ad aliam Religionem à Minorib.

Secundum punctum eſt, quòd obligato per iuramentum, vel ſimplex votum ad noſtram Religionem intrandam: non licet in foro Dei, quamcúmque aliam profiteri. Quia noſtra, vt diximus, præſtantior, & ſtrictior cæteris eſt: ſi tamen aliam ingreditur, et profitetur, poterit ibi licitè, vbi regulariter

2. Punctũ Vouẽs, & iurãs Religionem Minorum, an poſſit ad aliam tranſire.

viuitur, permanere. Nec tenebitur inde ad nostram exire, vt patet per c. qui post. de reg. in 6. Quandoquidem ex solo voto, & promissione intrandi; non est acquisitum ius Religioni nostræ. Vnde ipse vouens, potuit seipsum alteri Religioni per professionem efficaciter tradere; & quia ius est illi Religioni, quam professus est, acquisitum; ideò non tenetur sub peccato inde ad nostram exire. Nam simplici per secundum solenne votum, noscitur derogatum. Vt dicitur in dicto cap. qui post. Peccarent tamen sciẽter recipientes talem; tanquam illius peccato cooperantes; vt ait, & benè, S. Bonauentura super 2. cap. Regulæ. Punctum tertium est; Quod licet, de quacumque Religione possit quis, quantum est de iure diuino licitè ad nostram, tamquam ad arctiorem, & altiorem transire: quoniam (vt dictum est) ob frugem melioris vitæ vnicuique licet ad altiorem statum euolare: vt patet in dictis cap. licet. de Regul. & duæ sunt. 19. q. 2. Tamen per specialia priuilegia Religionum, est aliter à Summis Pontificibus rationabiliter ordinatum; propter cauendam confusionem Religionum, & seruandam communem pacem. Ideò non licet etiam in foro Dei, nisi secundum talia priuilegia, & iuxta determinationem dicti cap. licet, de Regul. inde exire; & in nostra recipi Religione. Et secun-

3. Punctũ Transitus de vna in aliam Religionem cauetur à iure.

dûm prædicta priuilegia, quæ debent salua manere, & dictum cap. licet, debent intelligi, & moderari dicta Angel. tit. Religiof. §. 34. Sylu. tit Religio. 4. q. 2. & Cord. q. 17.

Scias tamen, quòd omnia prædicta intelliguntur, & vera sunt, supponendo, quòd nostra Religio regulariter viuat: prout hodie Dei dono, & miseratione viuit. Nam si alicubi aliquando deformaretur, & relaxatè viueretur; aliter esset dicendum. Vbi enim Regula promissa, (in quacumque Religione sit) debitè non seruatur, & communiter relaxatè viuitur; tunc liceret inde transire ad aliã Religionem etiam inferiorem, in qua reformatè, & secundum Regulam promissam communiter viueretur. Et ratio est, quia licet vna Religio in se, & secundum fines suos altior alia sit; si tamen esset deformata, esset vtique alia, vbi regulariter viuitur, inferior: Quoniam talis vita deformata, est culpabilis, habens in se turpidinem, inquantum à vita regulari deuiat. Nec consideranda est Regula prout est antiquitus instituta, ad hoc, quòd vna Religio, alia Religione altior, vel inferior sit censenda, vt sic liceat, vel non liceat transire ab vna ad aliam, sed attendendus est communis modus viuendi de præsenti. Vt bene Panhor. Innoc. Ioann. & Andr. & communiter Canonistæ notarũt, in c. sanè, de Regula.

Transitus à strictiori relaxata ad laxiorem reformatam licitus est.

& Ordinis rigorem, & liberius viuat in illius partem fortè cedet, qui dixit, Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Vt adnotauit S. Bonau. in hoc passu Regulæ. & ad munus Episcopale assumptus, tenebitur ad tria vota substantialia, & ad alia obligatoria Regulæ obseruanda, quæ statui, & officio Episcopali non dissonant: & ad habitum Religionis deferendum. Vt de hoc videri possunt S. Thom. 22. q. 185. art. 8. Caiet. opusc. 2. q. 22. Syluest. Relig 6 q. 10. & cæteri ferè omnes vtriusque iuris Doctores.

An incorrigibiles poßint expelli?

91 ET quamuis dictum sit, quòd non licet à nostra ad aliam Religionem exire, nisi vt iam dictum est, scias tamen, quòd exitus voluntarius in Regula prohibetur, non autem incorrigibilium expulsio peruersorum, secundum communiter Regulæ expositores. Sicut nec putridorum membrorum abscissio, quibus cura corporis est commissa, inhibetur. Vbi enim pestilens, & incorrigibilis, medicinæ spiritualis, monitorum. s. correctionum, & orationnm fomentis sufficienter adhibitis, mores nō corrigit, vel fortè elatus vitia sua defendit: vtendum est ferro abcissionis. Iuxta illud Apostoli 1. Cor. Auferte malum ex

vobis ipsis. Infidelis, si discedit, discedat: ne vna ouis morbida, totum gregem contaminet. Sit ergo Primum punctum, quòd Religiosus gradiens in via Dei, seruans illa post professionem suam, ad quæ se ex Regula astrinxit: non potest eijci ab Ordine. Quia sicut ipse per eã ligatus est Ordini, vt ei liberum non sit, inde exire absque legitima causa: sic & Ordo ligatus est ipsi, vt absque rationabili causa non valeat ipsum eijcere. Si verò aliter viuit quàm tenetur, & sæpius correptus, se non sufficienter correxerit; si excessus occultus sit patienter toleretur propter scandalum. Ne si eijciatur, cum eius culpa non pateat, videatur iniustè proiectus, aut peccatum iniustè propaletur. Si verò excessus eius graues fuerint, & notorij, ita vt alij eius exemplo possint infici, si in Ordine teneretur, & extranei scandalum fortè caperent, quòd talis sustineatur in Ordine. Debet huiusmodi, tanquam præuaricator voti & pacti sui, extra Religionem eijci. Quando intra Ordinem, salua Ordinis disciplina, sine graui damno temporali, vel spirituali aliorum, detineri commodè non potest. Tum propter cauendum scandalum, tum etiam propter corruptionem Ordinis præcauendam Bonum enim commune Religionis præponendum est particulari bono: quando vtrumque haberi non potest. Nisi enim expellatur

Primum punctum.

Regulariter viuens non potest expelli.

Incorrigibilis quis eijciẽdus.

latur ouis morbida, facilè posset communitas infici exemplo prauo, & incorrigibilitate talis scandalosi. Et crudelis est illa miseratio, quæ misero impenditur, vnde plures, & meliores grauiter offenduntur. Et ratio idipsum suadet; vt fractori fidei, fides frangatur, sicut habetur de reg. iur. cap. frustra. Præuaricatori enim voti incorrigibiliter in detrimentum, & dedecus Religionis, benè Ordo pactum non seruat de eum retinendo: cùm ipse promissum suum, & votum præuaricando pluries violauerit. Et sicut ipsi licitum est exire de Religione, si aliquando desperabiliter deformetur, vt suprà dictum est: sic licitum erit vtique Religioni, pestilentem, & incorrigibilem eiicere, cùm non sit melior conditio vnius Religiosi, quàm Religionis, & multorum. Et hæc vera sunt vt ex B. Bonauen. habetur, q. 14. maximè quoad incorrigibiles, & scandalosos coram secularibus. Dixi autem incorrigibiles; quia volenti corrigi, non est talis expulsionis pœna infligenda. Quia Ecclesia excommunicationis sententiam non infligit, nisi contra contumacem. Et sicuti est excommunicatio in Ecclesia; ita expulsio à Religione. Vt benè dixit B. Thom. quol. 12. art. 6. Et ideò nullus est, nisi propter contumaciam à Religione expellendus, sed est sequestrandus in carcere, vel alio modo pu-

Incorrigibiles tantùm possunt eyci à Religione.

niendus, vt idē Doctor ibidem ait, & Syluest. Rel. 6. q. 17. Quòd si tales apostatando, seipsos eijciant, gratiæ sunt Deo exhibendæ, quia oues suas à contagiosa peste liberauit. Iuxta illud Pauli Gal. 5. *Vtinam abscindantur, qui vos conturbant.* Et concordant cum his declaratio Inn. 4. super Regulam, & quatuor Magistri, & Petrus Ioan. licet aliter videantur sentire Hugo, & Pisan. cap. 2.

Obiectio 92 Quod si dicas: prædictis obstare cap. fin. de Regul. vbi Greg. 9 præcipit, quòd fugitiui, & eiecti recipiantur, & intra Ordinem puniantur: ergo incorrigibiles eijci non possunt, cum eiectos requiri præcipiatur. *Solutio.* *Ecclesia non fouet incorrigibiles.* Dico quòd decretalis illa principaliùs, & primè intelligitur prout expedit Religioni & secundario prout expedit apostatis, & eiectis. Vbi enim vtrisque talis receptio esset damnosa, vel saltem ipsi Religioni, non vtique talis decretalis secundum Deum, & conscientiam ligat. Sedes enim Apostolica, quæ ius suum vnicuique seruat, & vult Ordinem in sua puritate persistere, non cogit Ordinem tenere, vel recipere illos, quorum conuersatio nociua esset in Ordine. Quia tunc puniret innocentes, reos foueret, & occasionem præberet corruptionis Ordinis, si tales pestiferos incorrigibiles retinere, & recipere oporteret.

Quare quantum est de iure Diuino,

dicta Decretalis debet intelligi, quando sine maiori malo, & damno aliorum, huiusmodi pestilentes detineri in ordine possunt. Non autem quando omnino incorrigibiles sunt, vel aliàs expedit religioni illos apud se non habere. Vt benè dicit S. Ant. 3. petit. 16. cap. 5. & Syluest. tit. Apost. quæst. 10. Vtilitas enim communis, priuatæ est præponenda. Et melius est, vt inquit S. Bernardus, vt vnus pereat, quàm vnitas. Et quòd tales damnentur in sæculo, quàm in Religione, cum detrimento aliorum. Et quantum est de iure humano positiuo, dicta Decretalis non obstat: cùm Ordo plura ad id priuilegia à Summis Pontificibus, qui ipsi Greg. 9. successerunt, rationabiliter obtinuerit, vt est illud Alex. 4 Iustis petentium. Mare magnum. Sixti 4. & illud Alex. 6. Cum sit nobis, vt in compendio priuilegiorum, tit. Apostatæ, videri potest.

93 Secundum est, quòd prædicta incorrigibilium expulsio, fieri debet secundum priuilegium Alex 6. ex quo vltimum est, & latius circa hoc præ cæteris disponit. In quo habetur, quòd Minister Generalis per seipsum tantùm & Ministri Prouinciales cum consensu maioris partis Capituli Prouincialis, iudicare debét, quinam fratres censendi sint pestilentes, & incorrigibiles tales, expoliatos habitu Regulari ab Ordine eijcere.

Secundum punctum. 2 Qui possunt eijcere à Relig. incorrigibiles.

Tertium punctum. Eiecti an debeant iterum recipi in Ordine.

94 Tertium est, quòd si quis iam apostatauerit, vel iustè eiectus fuerit, & redeat petens sibi humiliter habitum restitui, paratus secundum Ordinis disciplinam debitè corrigi, recipiendus vtique est. Quandoquidem cessat tunc causa expulsionis, quæ est contumacia, & incorrigibilitas. Vt communiter dicunt Doctores: & refert S. Ant. & Sylu. locis præallegatis. Quod tamen, secundum Cord. q. 21. puncto. 2. limitandum est, si nullum ex tali receptione scandalũ oriatur, & si huiusmodi redeat absque aliqua infirmitate contagiosa, & ad Ordinis officia habilis, aliàs non. Et si tandem eius punitio ad aliorum terrorem requireret, ne reciperetur, non deberet tunc vtique recipi. In quo tamen magna, & charitatiua prudentia est adhibenda.

Quartum punctum. Eiecti ab Ordine, quid facere debeant

95 Quartum est, quòd huiusmodi incorrigibiles, si eiiciantur à Religione, vel per seipsos apostatauerint, tenentur secundum Deum, & conscientiam totis viribus se disponere, vt meritò in Ordine, quem vouerunt, recipi mereantur. Et efficaciter procurare debent, vt sic benè dispositi recipiantur in eo: quandoquidem eiectio huiusmodi infligitur in pœnam confusibilem, vt sic ad cor redeant. Vnde ipsi non sunt deobligati à Religione promissa, nisi postquam humiliter habitum sibi restitui efficaciter petierint, parati iuxta Ordinis disciplinam debitè corri-

gi, & talem gratiam obtinere non potuerint. Vt dixit Sot. de iust. lib. 7. q. 2. art. 1. circa finem. Graff. lib. 3. de Regular. c. 5. nu. 147. & Cordu. cap. 2. q. 21. punc. 3. Et vt annotauit B. Bonau. quæst. 14. super Regul. tunc in sæculo remanere non possunt, sed ad aliquem Ordinem intrare coguntur, Nam licèt alium non vouerint Ordinem, nisi istum; nihilomnibus ex quo istum vouerunt, sic seipsos Religioni astrinxerunt, quòd secundum ius canonicum, nullatenus liberum sit eis ad sæculum redire vel in eo, si egressi fuerint, remanere: sed aliquem ingredi Ordinem, & illum obseruare coguntur, si saluari desiderant. Nec ad id ex Ordine isto; sed ex statuto vniuersali Ecclesiæ tenentur. Gratiosè enim ab ipsa Ecclesia eis permittitur ad inferiorem Ordinem transire, si demerentur in Ordine, quem vouerunt, non recipi: ne eis salutis aditus præcludatur: vt benè dicit B. Bonauen. quæst 14. Quod item tenet Raym: quem refert, & sequitur Aug. tit. Religios. §. 42. Et Syluest. tit. Relig. 6. num. 12. & Collector compen. tit. eiicere, nu. 4. & 5. Anton. par. 3. tit. 16. cap. 5. §. 3. in fine. Et ideò debet Ordo ex gratia Sedis Apostolicæ virtute priuilegiorum sibi indultorum (vt videri potest in compendio priuilegiorum. Verbo Apostata) eis, quos fortè

aliquando iudicauerit non retinendos, nec recipiendos esse in Ordine, licentiam præbere, ne damnabiliter vagentur in sæculo, ad alium, licèt inferiorem, sed tamen regulariter viuentem Ordinem transeundi. Quòd si non fecerit, & enixè requisitus tales apud se habere noluerit, poterunt huiusmodi, (vt dictum est) ex statuto Ecclesiæ ad alium inferiorem Ordinem intrare, cùm superiorem non inuenerint. Non desunt tamen, qui tenent, quòd prædicti, qui à Religione non recipiuntur, licèt pluries recipi rogauerint, parati iuxta Ordinis disciplinam debitè corrigi: iustè sub Episcopi obedientia viuere possunt. Vt ex Sot de iust. & iu. lib. 7. q. 2. art. 1. prope finem. Nauar. in cap. Non dicatis, nu. 37. & de Regul. cons. 79. & alij. Et horum ratio est, quia non aliam vouerunt Religionem quam istam: & dum in ista recipi denuo non possunt, nec per eos stat ne recipiantur, non tenentur ad aliam. Hanc verò Sot. & sequacium opinionem, ego puto veram, in eo casu in quo eiectus, tempore professionis suæ, habuit actualem intentionem profitendi, & se obligandi huic tantùm Religioni, & nulli alii velle esse obligatum. Tunc enim quia ab hac eiicitur, ad nullam aliam tenetur. Quoniam votum non obligat in foro Dei, nisi secundùm voluntatem vouentis. Vt dixi

ſupra in hoc cap. 2. num. 72. in fine. Sed ſi abſque prædicta conditione ſed, ſimpliciter vouit aliquam religionem ſolenniter; veriorem puto ſententiam S. Bonau. & ſequacium. Ea ratione, quia qui ſimpliciter vouit aliquam Religionem, ſic ſe obligauit Religioni, vt nõ poſſit in ſeculo permanere: ſed in aliqua teneatur ſe Religione recipere, & regulariter viuere, vel ſaltem id procurare.

Quintum punctum.

96 Quintum eſt: quod ſi nouitius interrogatus ante profeſſionem, ſi habeat aliquod impedimentum, pro quo iuxta ſtatuta Ordinis non poſſit iure profiteri, reſponderit, ſe non habere, & mentiatur, & ſic de facto profiteatur, ſi poſt modum inuentus fuerit aliquo ex ſupradictis impedimento laborare, poterit eum Religio ſecundum aliquos, eijcere. Quoniam eius profeſſioni non videtur conſenſiſſe, niſi ſub ea conditione, ſi liber ſit ab impedimentis, de quibus iuxta Ordinis ſtatuta interrogatus fuit, & negauit. Et licèt Gerſon 2. par. ſum. alphab. 34. li. 5. dicat, quòd eſt dubium, an Religio poſſit talem eiicere & conſulat, quòd talis iam profeſſus, & diu toleratus ad euitandum ſcandalum, & charitatem nutriendam, non expellatur: declinare tamen videtur ad partem affirmatiuã, quòd poſſit ſcilicet expelli. Et de hoc extat priuilegium Leonis X. Cùm ſit nobis.

Nouitij quibus cauſis eijci poterunt.

Vbi dicitur, quòd tales mentientes, cognita eorum infirmitate, vel alio eorum impedimento, eijciantur. Quandoquidem Religio tales sic affectos, recipere non intendebat: & fraus, & dolus nulli debet patrocinari. Consultiùs tamen est, quòd dum nouitij recipiuntur fiat eis protestatio, quòd nullo pacto eos Ordo retinere intendit, si fortè aliquandò eos aliquo dictorum impedimentorum irretitos repererit: quia tunc, secundum communiter Doctores, poterit eos Religio iure expellere. Vt per dictum Gerson vbi supra, & Cordub. super cap. 2. Regulæ, quæst. 21.

Tex. *Et qui iam promiserunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum capucio, & aliam sine capucio qui voluerint habere. Et qui necessitate coguntur, possint portare calceamenta. Et fratres omnes vestimentis vilibus induantur, & possint ea repetiare de saccis, & alijs petijs cum benedictione Dei.*

De habitu professorum.

97 Hic agitur de arctitudine vestitus, & victus professorũ, postquã de eorũ professione, & stabili promissione est

dictum. Mandat ergo Pater Sanctus, vt huius Regulæ professores vnam tantùm tunicam cum capucio habeant; & qui voluerint, alteram sine capucio, habere possint. Nec prædicta verba (qui scilicet illam voluerint) frustrà apposita esse arbitror: sed fortasse voluit B. Pater professores Minoritanæ paupertatis ad maiorem arctitudinem hortari, quàm nouitij teneantur; quibus duplex tunica simpliciter conceditur. Vnde est, quòd antiqui fratres vsi sunt, & quamplurimi etiam hodie vna tantum tunica, intus, & foris repetiata contenti sunt.

98 Et si dicas: Quare Beatus Pater duas suis fratribus tunicas concedit, cum eius Regula Euangelica sit; & ipsemet dicat, quòd Regula, & vita Minorum fratrum est, sanctum Domini nostri Iesu Christi Euangelium obseruare: Et tamen in Euangelio interdictum Apostolis reperimus duas tunicas habere posse, illis verbis, [Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, neque duas tunicas?] *Obiectio.* *Matt. 10.*

Dico, quòd in Euangelio nomine vnius tunicæ vestitus necessarius designatur; & duarum tunicarum nomine, duplicia, hoc est mutatoria, & superflua insinuantur. Ita vt duas tunicas prohiberi, idem sit, quod mutatoria, & superflua vetari: vt benè Beatus Bonauentura, & Hugo in hoc loco Regulæ an- *Solutio.* *Tunica simplex, aut duplex, quid significat.*

notarunt. Et Ianſenius ſuper Matthe-um, & omnes ferè Doctores dicunt. At Beatus Pater per duas tunicas hîc, non ſuperflua, nec mutatoria concedit: ſed ad duas ſe tantúmmodo tunicas pro neceſſitate fratrum arctando, niſi neceſſitas aliter requirat, omnia alia vetat. vt Nicola. & Clem. prædici, declararunt.

Tunica duplex quid ſit.

99 Vnde ſcias, quòd per duas tunicas hîc, non intelligitur omne neceſſarium vestimentum. Alioquin non daretur caſus, in quo neceſſaria eſſet diſpenſatio Prælatorum; ſi ex ipſa Regula, frater habere poſſet quidquid eſt ei neceſſarium ad induendum. Sed intelliguntur verba ſimpliciter prout iacent: vt prædicti Pontifices dixerunt. Vt ſcilicet vna ſit interior tunica fratribus conceſſa ſine capucio; quam velle libertatis eſt. Et altera cum capucio exterior, quæ dicitur habitus; quam profeſſi neceſſariò patenter portare tenentur: cùm hæc ſit regularis formæ veſtitus profeſſorum. Ita vt duas tunicas habere, & non plures; regularis ſit formæ. Plures verò duabus habere, diſpenſationis ſit Regulæ, ex conceſſione Prælatorum. Prælatis. n. eſt cura demandata de induendis fratribus; ſicut neceſſitati viderint expedire; ſecundum loca, & tempora, & frigidas regiones. Vt communiter hic expoſitores Regulæ dicunt. Et expreſsè per prædictos Pon-

tifices art. 4 extat determinatum. De brachis autem, & corda non meminit hîc B. Pater; quia illa suppofuit ex præmissis, dum de nouitiorum habitu est loquutus. Hîc tantùm illud specialiter posuit, in quo habitus professorum ab habitu nouitiorum distinguitur: quod est habitus seu tunica cum capucio, quam professi (vt diximus) patenter portare tenentur. Quilibet enim Religiosus necessariò, suo Regulari habitu in omni loco vti debet, die noctúque. capite vidua. 20. quæst. 1. & cap. Sanctimonialis. d. 23. Adeò enim ipsis Religiosis professis habitus est annexus, vt temere, id est absque rationabili causa, dimitti sine culpa non possit. Immò multoties ex eius dimissione excommunicationis sententia incurritur vt in c. periculosa ne cler. vel mon. in 6. Quod est, si totaliter proprium dimittunt, alium ad suum vsum assumendo, apostatando ab ordine; Vel si manendo in Ordine, alio alterius Ordinis vterentur. Vel si à Religione egrediendo; alterius Religionis habitum irrationabiliter absque sufficienti licentia assumerent. Vel si ita (ad tempus) absconditum deferunt; vt familiares non agnoscant eum esse Religiosum. In iis casibus excõmunicationis sententiam incurrũt: si per tantũ tempus dimisso proprio, alium assumãt habitũ, vt iudicio boniviri dereliquisse dici possit. quod deò

De Brachis, & corda.

Habitus an possit dimitti à Religioso aliquando.

dico, quoniam non incurritur excommunicatio ob dimissionem proprij habitus; si alius non assumitur. Nec etiam ob acceptionem alterius adeò exiguo spatio; vt propriè dici non possit, habitum esse derelictum. Vnde, qui temerè per breue tempus, vt puta ad currendum, vel iaculandum lapidem, per horam, vt etiam per diem, habitum dimitteret; sententiam excommunicationis non incurreret: Sed tamen venialiter peccaret: cum habitus Regularis temerè non possit absque culpa di-

S. Anto. mitti, saltem ex honestate, vt S. Anton. dicit. 3. p. tit 24. cap. 53. Nec item excommunicationem incurreret, qui dimitteret habitum ad exquendum actionem mortiferam: nisi alium assumat, vt dissimulatus, & ignotus vadat ad talem actum exequendum. Quare temeraria quæcunque Regularis habitus dimissio excommunicationem incurret in casibus prædictis; vel saltem culpabilis erit.

Dixi temeraria, id est absque rationabili causa; nam si ex rationabili causa habitus dimittatur, puta ob metum hæreticorum, vel ad medicinam sumendam, vel ad se lauandum, vel ad aliud Religioso licitum exequendum opus, nulla incurritur culpa. Et hæc videri latè poterunt apud Paluda. 4. sent. dist. 18. q. 3. nu. 41. Syluest. excommun. 9. §. 52. & seqq. Caiet. in summa verbo excommun. cap. 61. & Nauarr. in Manual. cap. 24. num. 131.

Qui dispensare possunt in pluralitate vestium.

100 ET licèt fratres regulariter pluribus tunicis, quàm duabus vti non possint: tamen de licentia Ministrorum in suis administtationibus pensatis necessiatibus, & aljis circunstantijs quæ secundum Deum, & Regulam attendi debent, poterunt licitè pluribus, quàm duabus, vti. Et hoc est secundum mentem Regulæ vt ex cap. 4 patere omnibus potest. Et licet ex ipsa Regula tantùm Ministris, & custodibus ibi concessum videatur: tamen ex Nicol. III. art. 4. ipsi Ministri, & custodes possunt hoc alijs committere, qui quidem eandem curam sollicitam habere debent, sicut ipsi committentes. Vnde & Guardiani dispensare possunt cum fratribus in portando plures tunicas: (si sic necessitas expostulauerit,) sicut ministri, & Custodes prædicti. Quoniam sicut Guardianatus officio, est annexa cura de induendis fratribus, quoquomodo eis sit annexa, vel ex Guardianatus officio, vel ex commissione, quæ generaliter data Guardianis intelligitur, eo ipso, quo eliguntur Guardiani: Ita similiter hoc accessorium erit Gardianatus officio annexum: vt dispensare scilicet pos-

Guardiani dispensant in pluribus portandis tunicis.

ſint Guardiani, circa plures tunicas duabus, ſecundum loca, & tempora. Idque ſecundum mentem ipſius Regulæ. Quoniam vt dicit Nicol. prædictus: non eſt viriſimile, Beat. Patrem Miniſtris, & Cuſtodibus impoſſibilitatis iugum ex Regula voluiſſe præfigere; vt ipſi ſcilicet tantúmmodo per ſe ipſos de induendis fratribus curam gererent. Vel ex ipſius impoſſibilitatis conſequentia, fratres ipſos, ſuis neceſſitatibus carere. Quare, & id poterunt Guardiani, vt ſupradictum eſt, ſicut Miniſtri, & Cuſtodes prædicti. Quod quatuor Magiſtri, & Sanct. Bonauent. hic videntur aſtruere. Hanc verò facultatem, poſſunt Prouinciales ſibi reſeruare. Et de facto reſeruare ſolent: & ſic eſt de more. Niſi in caſu manifeſtæ, & vrgentis neceſſitatis.

De non portandis calceamentis.

Calceamenta prohibentur *Matt 10.* *Luc. 22.*

101 SEd pro calceamentis additur: [Et qui neceſſitate coguntur poſſint portare calceamenta.] Euangelica Regula, Euangelicum etiam modum de non portandis calceamentis Apoſtolis traditum, proſequitur. Vnde vult, quòd qui neceſſitate coguntur, portare poſſint calceamenta. Quare cùm ſolum pro neceſſitate cogente concedantur, vbi neceſſitas

non cogit, indirectè ex ipsa Regula interdicuntur. Ita vt calceari dispensationis sit Regulæ, in necessitate cogēte, nō calceari verò regularis sit forma vitæ, vt omnes Regulæ expositores fatentur, in hoc passu.

Quando autem necessitas sufficiens ad dispensandum censenda sit, non vtique certa generalis Regula dari potest. Sed multæ possunt, (vt inquiunt 4. Magistri, & Hugo cap. 2. & serena conscientia, q. 35.) circunstantiæ considerari. Attendi enim aliquando potest necessitas secundum statum personæ, vt quia infirma, vel debilis. Aliquando secundum tempus: vt quia est frigus vehemens aliquando secundum locum, vt quia nudis pedibus, cum solis sandalijs sine manifesto detrimento transiri non potest Aliquando secundum officium iniunctum: vt quia sine detrimento personæ, vel causæ, ob quam iniunctum est, perfici non valet. At vbi necessitas non cogit: vt putà in corpore robusto, vel in negotijs, quæ si modo, non nisi per debilem fieri possunt, possunt tamen differri, vt postea fiant commodè per forté: tūc non licet calceari, vt inquiūt Sanct Bonauent. & Hugo. capite. secund. Multa enim negligi potiùs, vel differri debent: quàm Regulæ formam absque euidenti necessitate laxare. Et cogens necessitas dicitur, non quam carnis prudentia, sed rationalis, & vrgens conciliat causa. Vt quando debitum impe-

Causæ quibus conceduntur calceamenta.

Necessitas cogens quæ sit.

ditur officium, aut corporale, seu spirituale probabiliter timetur dispendium, sicut colligitur ex prædictis. Ideò in necessitatibus supradictis, non quælibet illarum debet statim pro necessaria iudicari: sed frater debet pluries experiri antequam calceamenta portet, an vera sit necessitas, nec ne? Nec item quælibet necessitas dispensat ad calceamenta portanda; sed illa solum, quæ cogit, & arctat, vt ex Regula habetur. Itaquè communis afflictio pedum ex frigore, vel aliquis alius extraordinarius tumor eorumdem, non est causa necessaria, & sufficiens ad portandum calceamenta; ne scilicet quis ex pedum nuditate infirmitatem incurrat: nisi appareant signa de propinquo ad id. Quoniam futurum discrimen nondum imminens, non dicitur necessitas dispensans & cogens, vt ex ipsa Regula requiritur, sicut Petrus Ioan. cap. 2. & Vbertinus in serena conscientia.q.35. rectè annotarunt.

Qui possunt dispensare ad calceamenta portanda.

102 Nec prædicta necessitas consistit in puncto indiuisibili, sed habet latitudinem ita quòd licet vna sit maior necessitas, & magis cogens, quam alia, vtraque tamen poterit esse sufficiens ad dispensandum. Et quandò causa dubia fuerit, an necessitas sufficiens sit vel ne? standum est securè iudicio prælatorum; facta eis priùs vera necessitatis relatione. Ipsis enim prælatis, Ministris scilicet,

Custodibus, & Guardianis; vt ex declarat. Clem. V. art. 4. patet, & incumbit determinare, quæ vera sit necessitas vrgens, & dispensans ad portandum calceamenta. Quod etiam ad suos vicarios in absentia ipsorum est extensum. Vt habetur ex Mart. V. cap. 2. Et si prædicti iudicauerint necessitatem esse vrgentem, & dispensantem; poterunt tunc licitè fratres beneficium Regulæ cum humilitate suscipere, maximè vbi obedientia, & auctoritas prælati interueniunt; quam periculum potiùs ex superstitione incurrere. Studendum tamen semper est: vt dispensationem modestia comitetur, & honestas. Ideò conari debent fratres ad calceamenta, seu tibialia, & huiusmodi portanda dispensati; prædicta celare, & abscondere quantum fieri potest ad euitandum apud simplices materiam dijudicandi. A Regularibus enim aliquid, aliquando habetur licitè: quod vix publicatur honestè.

103 Et notetur pro aliquibus simplicibus, & temerarijs, quòd quando necessitas, quæ ex Regula requiritur ad portandum calceamenta non est manifesta, & patens: auctoritatiua dispensatio prælati (quando commodè haberi potest) requiritur ad illa portanda. Vt in materia de dispensationibus communiter fatentur Doctores; & satis hoc innuitur ex de- *Notent simplices.*

Calceamentum quid sit. claratione Clementis prædicti art. 4. & infra.cap.3. et 12. satiùs dicetur. Calceamentum autem de quo Regula loquitur; coopertimentum est pedum de corio cōfectum. Idq; solum propriè verum calceamentum est: vt bene 4. Magistri. Hugo, Pisan & cæteri in hoc loco annotarunt. Vnde soleæ, siue sandalia, inter calceamenta deputari non possunt. Ex quo est, quod in celebrandis Missis, eis non vtimur; quoniam celebrantes, saltem de congruentia, vt notat Syluest. Missa 1. nu. 2. vti debent calceamentis, quæ vtique illa non sunt. Et ideò prædictæ soleæ, siue sandalia sine vlla dispensatione prælatorum, portari possunt. Tum quia ex Regula tantum vera calceamenta prohibentur, quæ ipsa (vt diximus) non sunt: Tum etiam quia verba ista sumpta sunt ex Euangelio vbi Apostolis mandatur ne calceamentis vtantur, illis verbis: neque duas tunicas, neque calceamenta. Et tamen ipsi Apostoli sandalijs vsi sunt; vt antiquæ sculpturæ, pariter, & picturæ demonstrant.

Sandalia non sunt calceamēta.

Matt. 10.

Quare quibus calceamēta prohibētur, non item & sandalia intelligūtur esse prohibita: sed potiùs concessa: Vt ex ipso eodémet Euāgelio patet, illis verbis. Et præcepit eis ne quid tollerent in via, nisi virgā tantū; non perā, non panē, neque in zona æs, sed calceatos sandalijs. Sunt autē vera sandalia soleæ, quibus corrigiæ de-

Mar. 6.

ſuper ſunt colligatę: vt prædictæ ſculpturæ, & picturæ teſtantur. Vnde S. Bonau. ſuper Luc. c 10. inquit. Sandalia à læſione pedem conſeruant ſed non tegunt; ſicut ſunt ſoleæ fratrum noſtrorum. Cætera autem à prædictis Sandalijs; vt ſunt calcei truncati deſuper, & ſotulares cum parua apertura ſuper digitos pedũ; licèt propriè vera calceamenta non ſint: ſine diſpenſatione tamen prælatorum, & neceſſitate, vt communiter Regulæ expoſitores dicunt, portari non poſſunt Cùm nullibi hæc videantur conceſſa. Et aduertant illi, qui proprio ſenſui innitentes, eundemq; Chriſti ſenſui præferentes, melius eſſe aſtruunt pro doctrina veritatis prædicanda calceatum incedere, quàm diſcalceatũ; ne fortè impediatur verbum Dei. Aduertant inquam quòd nulla forma aptior eſt ad Euangelium propagandum, quam illa in qua toti orbi fuit aliquando prædicatum: quod nudis pedibus, non calceatis factum vtique eſt. Quod S. Hiero Epiſt. ad Agerũchiam, teſtatur ipſis verbis. (Diſcipuli toto orbe peregrini: non æs in zona, non calligas habuere in pedibus.) Portare autem hic, vſum dicit, & conſuetudinem, vt annotauit Hugo. c. 2. & Cordu c. 2. q. 23 Quod idem eſt, quòd conſuetudinarie ferre calceaméta. Quod vtique prædicta neceſſitate durante licitum erit: & non ſecus..

Reprehenſio ad preſumptuoſos.

Vestes fratrum quales debeant esse.

Vilitas vestimentorum fratrum Minorum.

104 PRo qualitate verò vestium, dicit, quòd vilibus induantur, quoniã hoc altissimæ paupertati conuenire dignoscitur. Quæcumque enim sunt in vsu verorum pauperum, iuxta paupertatis Regulam sunt mensuranda. Idquè, vt ex Clem. V. habetur art. 4 obligatorium est ex Regula. Ad confusionem enim & verecundiam, veri fratris Minoris vtiquè esset; mollem, & pretiosam vestem deferre, qui præ cæteris Religiosis omnibus paupertatem arctiùs obseruare promisit. Huiusmodi autem vilitas in prætio pariter, & colore attendenda est, vt prædictus Clemens V. & omnes expositores testantur: attenta consuetudine, & conditione patriæ, in qua fratres commorantur. In quo tamen semper proportio habenda est ad altissimam paupertatem, & humilitatem, quam vouimus: vt benè Hugo, & Petr. Ioan. cap. 2. & Vbert. q. 37. in serena conscientia annotarunt. In pretio enim attendendenda est vilitas vestium; quia paupertas vera nihil prætiosum admittit. In colore item, quia naturalis, non artificialis esse debet; frustra enim mãdaretur fratribus circa finem huius capituli ne iudicent coloratis vestibus indutos, si ipsis colora-

tis vestimentis vti concederetur secundum prædictos.

Itaquè vt Mart. V. dicit, in suis constitutionibus. In vestimentis fratrum paupertas, & asperitas relucere debent: non tamen adeò vt videntes ad horrorem inducantur, vel prouocentur ad derisum Et illæ vestes meritò, & absque vllo scrupulo viles circa colorem, & pretium habendæ, & censendæ sunt: quæ à Ministris, Guardianis, & Custodibus pro talibus iudicabuntur, & cōcedentur: quamuis aliæ alijs sint aliquando viliores. Non enim hæc vilitas in puncto indiuisibili consistit; dummodò verè pretiosæ non sint. Nam si pretiosæ in pretio, vel colore manifestè apparerent; tunc eorum iudicio manifestè intentioni Regulæ aduersanti, non esset standum. Quia licet Clemens prædictus, supradictorum prælatorum iudicio committat eorum conscientias onerando, vt iudicent, & determinent de vilitate vestium; non tamen eis concedit, vt valeant pretiosas permittere. Sed si dubium esset, an verè vilis secundum vsum Religionis hæc, & illa vestis censenda sit, tunc dictorum prælatorum iudicio securè hærendū est. vt benè Zarabella notauit, super Clem. Exiui. art. 4. Præsertim quia Ioan. 22. arbitrio, & determinationi dictorum prælatorum standum esse voluit. Non solum quoad vilitatem, sed etiam quo

Asperitas vestium qualis.

Extran. quorundam exigit Verb. sig.

ad longitudinem, latitudinem, formam figuram, grossitiem, & huiuscemodi accidentia ad habitum fratrum spectantia. Et quòd fratres eorum iudicium humiliter sequendo, vestibus vilibus vti, secundum Regulam, et declarationes Pontificum, censendi sunt. Resistétes autem fratres, in obedientiam, & pœnas graues incurrere voluit. Et Benedictus xii. in Bulla. Redemptor noster. sententiam excommunicationis ipso facto incurrendæ promulgauit in fratres pertinaciter portantes, vel affirmantes alias difformes vel dissimiles vestes ab illis, quæ per prædictos prælatos fuerint determinatæ; si infra 15. dies postquam à prælatis fuerint requisiti, ab affirmatione, & delatione prædictarum vestium non destiterint.

Deferentes habitus difformes, excommunicantur.

Quomodo sint repetianda vestes fratrum.

105 Conceditur autem fratribus, quòd suas vestes repetiare possint de saccis, & alijs pecijs; & hoc vel amore paupertatis, vel humilitatis, vel necessitate cogente. Et per saccum, qui lineus scilicet & laneus esse solet, omnes pannos viles intelligi; vt inquit S. Bonau. Et tales vestes repetiatæ, absque alia prælatorum dispensatione regulariter portari possunt: Immo benedictio Dei

Repetiare licet fratribus & quomodo.

ijs, qui tales induunt vestes traditur. Quoniam qui seipsos stultos, & despicabiles propter Deum exhibent huic mundo; iidem Deo efficiuntur prætiosi. Quid autem intelligatur, per repetiare, duplex est expositorum opinio. Vna quòd idem sit repetiare, quòd duas tunicas per consuturam vnire in modum diploidis. Et est opinio Hugo in cap. 2. manifestissimis verbis hoc asserentis; & S. Bonau. in hoc Regulæ puncto, Illis verbis: In alia tunica sine capucio, intelligitur secundum statuta Ordinis, tunica simplex, vel repepetiata. Ex quibus verbis (simplex vel repetiata) quæ vt opposita poni videntur; innuitur intentum.

Altera verò opinio tenet, quòd repetiare idem sit, quòd resarcire, & remandare, si fortè lacerari contigerit, vt non statim noua procuretur. Ita tenet Pisan. cap. 2. Petrus Ioan quam sequitur Cordub. cap. I. quæst. 22. propè finem. Cuiquidem secundæ opinioni, suffragari videtur vis ipsius vocabuli, (repetiare;) & probabilis ratio. Quoniam, si primo modo intelligeretur (repetiare) hoc est duas tunicas simul consuere; non videtur, in quo casu sit necessaria dispensatio Prælatorum ad plures tunicas simplices habendas: cùm plures haberi possint ex Regula consutæ. Et sciant fratres quod licèt contra sæculi prudentiam, & honestatem sit vestes repetiare;

vbi tamen paupertas abundat, vilitas, & abiectio propter Deum; honestum erit, & meritorium illas repetiare & non statim nouas parare An verò prælatus possit talem repetiationem prohibere, & subditus obedire teneatur? aliqui affirmāt quod sic. Tum quia ista licentia repetiandi, sic videtur subditis ex Regula libertas, vt non videatur esse prohibitio prælatis, oppositum præcipiendi. Quia non videtur esse sicut aliæ concessiones, quæ per prælatos non possunt impediri, vt patebit infrà cap. 10. Tum etiam, quia quoad formam, & accidentia habitus, iudicio standum est prælatorum: Vt ex Ioan. 22. & Benedict. xii. locis præallegatis extat determinatum. De parcitate autem, & arctitudine victus, quibus fratres vti debent: sequitur Pater Sanctus, dicens.

Prælati an possint impedire ne fratres repetientur.

Supra nu. 104.

Tex.

QVos moneo, & exhortor ne despiciant, nec iudicent homines, quos viderint mollibus vestimentis, & coloratis indutos, & vti cibis & potibus delicatis: sed magis vnusquisque iudicet, & despiciat semetipsum.

Qualitas ciborum.

106 SIcut enim fratres in vilitate vestium, sic etiam in parcitate, & austeritate ciborum, debent esse à delitiositate hominum elongati vt ex verbis prædictis agnoscitur. Ridiculosum enim esset monere fratres, quòd de

de delitiis vestitum, ciborum, & potuum non iudicent alios, nec illos despiciant, si ipsismet fratribus liceret, huiusmodi regulariter vti. Sectatores enim Christi, & Apostolorum, fratres Minores sunt, Ideo eorum debent vestigiis inhærere. Et vbi legimus, quod Iesu abeunte per sata, discipuli ceperunt vellere spicas: ibi docemur, quod Christi & Apostolorum iu Euangelica paupertate sectatores, austeram vitam, & simplices, non accuratos cibos quærere debemus. De quo etiam docemur, dum in comitiua Christi panes legimus hordeaceos, non triticeos, extitisse. Quòd si dicas, quod inter homines existens se hominibus in cibis, & potibus conformabat: fateor ego id verum esse. Sed quid in hoc tacitè prædicat, & docet? nisi damnationem hypocrisis: coram hominibus scilicet austerè velle viuere, & in abscondito delicatè. Regulariter enim non accuratis, sed simplicibus cibis, & potibus vti debemus: quia ad ius, & rationem pertinet altissimæ paupertatis, vt quanto altior est, tanto sit arctior victus. At cum inter homines aliquando esse contigerit, benè ad euitandam hypocrisim, ipsis hominibus in cibo, & potu (exemplo Christi) poterimus nos conformare. Qui autem cibus fratrum vsui licitus censendus sit; in 6. capite dicetur.

Matt.12.

Ioan.6.

Iudicium temerariũ inhibetur ipsis fratribus.

Et cum hæc omnia, quæ ex ipsa nobis Regula demandantur, expleuerimus; alios qui mollibus, & coloratis vestibus induuntur, & cibis. & potibus delicatis vtuntur nedum despicere; & contenmere cum effectu non debemus: verum etiam nec in cogitatu iudicio interno vilipendere. Sed nosmetipsos despicere, & despicabiles reputate debere, nos admonet; cum hoc vere humilitatis professoribus conueniat. Præsumptuosum enim, aut temerarium, seu perniciosum iudicium, in lege Dei, omnibus inhibetur; nedum contemptus, seu proximorum despectus. Et mortalis est culpa, proximum contemnere; quia est actus iniuriosus, contra proximi dilectionem. Et multum se sentit offensus, quicunque sentit se despici, & contemni; vt testantur rixæ, iræ, pugnæ. Contēmere enim proximum, est eum affectu deprimere à sua æstimabilitate: & quantum bonum est homini æstimari, tantum ei infert malum contemni. Quòd cum magnum sit malum, mortaliter vtiquæ peccabit, quicunque proximum despicit, intentione contemnendi, & despiciendi eum. Et etiam qui proximum despexerit, absque intentione despiciendi eum; si modò notabiliter proximus offendatur. Quia, licet materialiter, & non ex intentione hic spernat; quia tamen grauiter ptoximus offenditur, quod ipse debuit aduertere, & præcauere; meritò

Contemptus qui mortalis.

non excuſabitur à mortali. Sic etiam proximi perſonam iudicare per certitudinem, ſcilicet hunc, vel illum eſſe malum erga Deum, & iuſtè damnandum; peccatum eſt, de ſe mortale, contra Spiritus ſancti bonitatem, Poteſt enim Deus in momento bonum facere hominem; ſicut Paulum, Magdalenam, & pleroſque alios fecit: & potius ad bonum, quàm ad malum dijudicandum eſt. Idemque dicendum eſt, ſi opera indifferentia, quæ poſſunt bona, & mala intentione fieri pro certò mala fieri intentione iudicabuntur. Tale enim iudicium mortale eſt, ſi certitudinaliter fiat; cum bonum potius, quàm malum ſit iudicandum, vbi opera indifferentia ſunt. Nam ſi opera ex ſe ipſis, mala eſſent, adeò quòd non poſſint bona eſſe, nec bona fieri intentione; hic pro certo abſque vlla culpa poterit iudicare mala eſſe cum excuſari non poſſint Quòd, ſi iudicitum certitudinaliter non ſit, ſed per præſumptionem leuem ſolummodò, & leues ſuſpiciones; vel de re minima, vel non ex plena deliberatione; non niſi venialis erit culpa. Sicut etiam proximi contemptus non niſi venialis erit, propter imperfectionem actus ſpernendi vt contingit in primis motibus, vel ex parte rei, in qua ſpernitur, quia minima eſt, vt eſt in cæteris peccatis. Sicut videri poteſt per Gerſon. tom. 2. alphab. 32. l. &

Iudicium mortale.

Gerſ. per Caiet. in ſum. verb. contempt. Et *Caiet.* quoniam hæc omnibus ex lege naturali, & Diuina prohibentur, admonitoriè tantum in Regula ponuntur; cùm illa ſola oportuerit per modum præcepti in Regula poni, ad quæ fratres ſolum per Regulam ſingulariter aſtringuntur. Et hæc de 2. cap.

DE DIVINO OFFICIO, & ieiunio : & quomodo fratres ire debeant per mundum. CAP. III.

Tex. *CLerici faciant diuinum officium ſecundum ordinem S. R. Eccleſiæ excepto pſalterio, ex quo habere poterunt breuiaria. Laici, &c.*



IN hoc 3. capite, inſtruit Pater Sanctus ſuos fratres, in diſciplina circa diuinum cultum. Et quoniam ſolemnis Dei cultus, aut eſt per actum directè tendentem in Deum, vt per orationes, & diuinas laudes: Aut per mortificationem propriorū membrorum in Dei oblationem, & holocauſtum: Aut per ædificationem proximorum in Dei honorem, & gloriam: ideo de iis tribus per ordinem ſuos inſtruit fratres

De diuino officio primò, quò Deus laudatur, & honoratur; de Ieiunio secundò, quo membra mortificantur; de allocutione tertiò, & visitatione sancta, quo proximi ædificantur. Dicit ergo primò, quòd (Clerici faciant Diuinum officium secundum ordinem Sanctæ Romæ Ecclesiæ) Optans enim Sanctus Franciscus suam Religionem vestigiis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ copulare; quam immediatè, Diuinæ curæ subesse, & ab ipso Domino institutam, & à sanctis Patribus gubernatam agnouit: ideò secundum ritum eiusdem, officium celebrari à suis fratribus mandat. Quare tenentur fratres sub culpa mortali, (vt liquet ex declaratione Clem. V. ar. 2.) ad dicendum Diuinum officium, secundum ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Ritui enim, & ordinario, quo ipsa Ecclesia Romana vtitur, hoc est, prout in eius breuiario extat ordinatum; se fratres conformare tenentur. Qui ergo fratrum alias festiuitates, ab ijs, quæ sunt in Kalendario, (nisi ad id priuilegia habeantur,) celebrare voluerint; grauiter peccare agnoscuntur: præsumptuosè hoc faciendo, contra ordinarium Ecclesiæ, cui ex Regula se conformare tenentur.

Conformatio fratrum Minorum cum Ecclesia Romana.

2 Et nota, quòd per Diuinum officium, intelligitur hîc (secundum quatuor Magistros, Hugonem, & Pisanum cap. 3.) officium diurnum, quod est Missale; &

Officium Diuinum, quid sit iuxta mentē S. Fran.

officium nocturnum quod est canonicarum horarum. Ideò in plurali numero conceduntur breuiaria: quia vtrumque breuiarium, diurnum scilicet, quod est Missale, & nocturnum, quod est horarum, denotant. Hoc autem Petro Ioan. non placet; Tum quia omnibus clericis imponitur diuinum officium persoluere; vel alternatim in choro, vel per se extra chorum: sed ad dicendum officium Missæ solùm conuentus in communi, & nullus singulariter, & maximè qui non est sacerdos, tenetur. Tum etiam, quia ipse Sanctus Franciscus hoc non seruauit; cum absque Missæ officio, staret aliquandò in desertis per plures dies Tum item quia nunquam consueuit Missale vocari breuiarium; sed solum quod est horarum, tam nocturnarum, quam diurnarum. Quòd autem dicit (breuiaria) in plurali, respicit necessitatem habendi plura vnius speciei; cum fratribus in diuersis locis dispersis non sufficiat vnum. Quod videtur conformari ex eo, quod sequitur (excepto psalterio:) dum enim psalterium excipitur, constat, quod de breuiario horarum, non de Missali est sermo. Excipitur autem psalterium Romanum, quia fortè Romanum non est ita commune S. enim Hieron. (teste Lyrano in præfatione super psalmos,) ter transtulit psalterium. Primò,

ſecundum 7. interpretes, & hoc eſt, quod Romanum dicitur pſalterium; eo quod Eccleſia B. Petri illo vtitur. Secundò, aliam fecit trāſlationem non multum à prima diuersā, magis tamen Hæbraico appropinquantem, & vocatur pſalterium Gallicanum. Et hoc ideò, quia Damaſus Papa ad Sancti Hieronymi preces; in Eccleſijs illud cātari fecit Gallicanis. Tertiò, ad preces Sophronij qui frequenter cum Iudæis diſputabat, qui ſolum recipiunt illud quod eſt in Hæbreo; fecit tranſlationem immediatè acceptam ab Hæbreo propter quod vocatur pſalterium Hieronymi, iuxta hæbraicam veritatem. Et quia media tranſlatio eſt inter latinos communior, vt idem Lyra teſtatur, ideò Pater Sanctus hoc Gallicanum elegit pſalterium: vt ſic ſe communiori vſui, & Eccleſiis in aliquo ſe conformaret. Et hoc pſalterium, quo ſecundum Regulā vtendum eſt, iam communiter in breuiarijs Romanis habetur. Illa autem verba, (ex quo poterunt habere breuiaria] dupliciter exponuntur. Quatuor enim Magiſtri, Hugo, Petrus Ioan. c. 3. & Cordu. quæſt. prim. exponunt. [Ex quo) ſcilicet tempore, hoc eſt, poſtquam habere potuerint breuiaria Romana, ex tunc, & non prius, teneantur ad ordinarium Romanum. Sed vt idem Petrus Ioan. & Ser. conſcientia, quæſt. 38. dicunt, non penitus ſunt abſoluti à perſoluendo Di-

Breuiario carentes ad quid teneantur. uino officio: sed tenentur dicere aliud officium; si interim alterius breuiarij copiam habere poterunt. Quod si non poterunt; licèt de rigore iuris, non teneantur dicere aliquid aliud determinatum, *Nauar.* vt dixit Nauar. De horis. c. 11. num. 19. de iure tamen naturali, & Diuino, videntur teneri ad aliquid huiusmodi indeterminatum. Quare secundum eundem, & Syluest. tit. horæ. q. 5. si non poterunt *Syluest.* aliud habere, suppleant psalmis vel Pater noster, & huiusmodi. In quo suplemento non oportet nimis esse scrupulosum: quia cum huiusmodi obligatio ex naturali lege potius quàm ex Ecclesiæ præcepto consurgat, vt fiat recompensatio benefactoribus: per minimam orationem fieri potest: cum præponderet omnibus thesauris, sicut spirituale temporalibus. Sanctus autem Bonauentura, & Pisanus c. 3. exponunt (Ex quo) scilicet officio Diuino dicendo; licitè poterunt haberi breuiaria. Vt sit sensus, quod vsus breuiarij Romani conceditur ex Regula non solum in communi, sed in particulari, omnibus clericis; quoniam omnibus eis ex Regula præcipitur officium Diuinum persoluere, siue in choro, siue extra chorum; & sine breuiarijs, effici non potest. Et cum vterque sensus conueniat literæ, & veritatem dicat; vterque meritò erit amplexandus.

3 Nota hic, quòd ſicut excuſatur à dicendo Diuino officio, qui abſque culpa propria caret breuiario, ſic & alijs iuſtis ex cauſis excuſari vtique poterit. Quarum prima eſt, aduerſa valetudo: quòd non de omni infirmitate intelligi debet, ſed de illa tantum, qua ægrotanti horarum pronuntiatio notabiliter obeſſe poſſet. Vt dixit Innoc. Hoſt. & alij plerique in c. 1. de cel. Miſſarum. Quare non ob omnem febriculam, qualis eſt tertiana, aut quartana, quæ ſtatim à meridie ceſſant, deſiſtendum eſt à recitatione horarum, ſed vbi notabiliter obeſſe poſſet. In quo docti, & probi medici iudicio ſtandum eſt. Et talis ægrotus, qui à recitandis horis iuſtè excuſatur, erit etiam excuſatus ab illis audiendis: quia iure ſtatuitur vt horas recitent clerici, non vt audiant. Vt Palud. in 4. d. 19. q. 19. q. 5. annotauit. & Syluest. tit. hora. quæſt. 4. & Summiſt. in eod. tit. Et ſicut excuſatur à dicendis omnibus horis, ſic excuſatur à parte earum, quam fortè abſque læſione recitare poſſet. Quia horæ canonicæ vnius diei, vna tantum oratio ſunt ſub certo numero pſalmorum, lectionum, capitulorum, & cætera, ad Dei laudem ordinata. Vt notauit Nauarr. de horis. capite ſeptimo. num. prim. Et quia lex dicendi horas canonicas infirmis non imponitur, vt dixit Innoc. vbi ſuprà. & Nauarr. de horis capite. 11. num. 15.

Prima. Cauſa excuſantes à recitando Diuino officio.

Sylueſt. Hor. nu. 15.

meritò non arctabitur ad partem horarum: cum qui à toto absoluitur, à parte etiam sit absolutus. l. si quis cum totum. ff. de except. rei. iud.

2. causa. Secunda causa est, cum superuenit aliqua subita occupatio, quæ non possit prouideri, nec omitti sine scandalo. Secundum Henr. Gandauensem; quolib. 15. quæst. 10. Mai. in 4. d. 12. q. 6 Sylu. tit. horæ. q. fin. Nau. ibidem num 34. Vt si occurrat necessitas subita ad pacificandum populum rixari incipientem; aut habendi concionem, quæ non nisi magno cum scandalo omitti posset: & huiusmodi.

3. causa. Tertia, est necessaria occupatio quærendi psalmos, seu antiphonas; procurandi prunas ad thurificandum, nuntia necessaria insinuandi, iuxta S. Ant. 2. par. tit. 9. cap. 12. § 3. communiter receptum. Omissio enim auditionis, vel recitationis alicuius partis Diuini officij, ob has, vel similes causas, neq. peccatum est, neque suppletionem necessariò exigit, secudum prædictum Doct. Quod verum est, si prædicta commodè ante Diuinum officium præparari nequiuerint: alioquin non erit absque culpa. Non prouidere enim, quod necessariò est faciendum, peccatum est est improuidentiæ. Iuxta Sanct. Thom. 22. quæst. 49. art. 6 & turpitudo propria, nemini prodesse debet. Vnde si quis cantaturus aliquam lectionem, aut aliquid aliud in choro dicturus, definit à

cantu psalmorum alij canentibus, vt interim dictam lectionem præuideat; non erit liber à suppletione eius quod recitare omisit: Si sciebat, vel scire debebat sui id esse muneris: & negligentia, seu propria culpa non præuidit, antequam Diuinum inchoaretur officium. Item id verum est, si omissa pauca, & minima fuerunt; quia talia ob dictas legitimas causas non essent supplenda. Si autem fuerint tot, vel tanta, quòd boni viri arbitrio partem notabilem facerent: supplenda vtique sub culpa mortali erunt.

Nau. de horis. ca. 10. nu. 70 & ca 11. num. 36.

Quarta est, Pontificalis dispensatio; Summus enim Potifex excusare per suam dispensationem potest, quamquam ab horis canonicis dicendis; cum illæ iure humano sint præceptæ, & Papa possit circa omne ius humanum dispensare, cap. proposuit. de conc. præbend.

1. causa Papa dispensat à recitando officio Diuino.

4 Sine autem iustis causis, nedum Diuinum officium in generali, omitti absque læthali culpa non potest: sed à Minoribus fratribus, hoc necessariò officium, quo Ecclesia Romana vtitur, dicendum est, cum hoc eis sit ex Regula præceptorium. Licèt enim parum referat quoad Deum hoc, vel illud officium recitare; istum, vel illum dicere psalmum, vt dixit Sanctus Thomas, quolib. prim. art. 13. tamen maiorum traditiones, seruandæ sunt, secundum eundem, & Card. Alex., in c. de his. d. 12. &

Mutare officium non est licitum semper, sed iusta causa aliquã. do.

Nau. de hor. cap. 19. num. 214. Vnde est, quòd Religiosi suas tenentur horas recitare, secundum modum suarum Regularum per Pontifices approbatatum. Et sacris initiati, secundum Regulam sui Episcopatus. Secus enim facere, contra præceptum Ecclesiæ est: quo iubetur quisque secundum suam Regulam recitare, cap. de his. d. 12. Non enim illæ pœnitentiæ, quæ ibi statuuntur, pro veniali, sed pro mortali culpa solent indici. Vult tamen Nau. de hor. cap. 19. num. 117. hoc debere intelligi de eo, qui absque sufficienti dispensatione frequenter modum in recitando mutat: modò ex vno breuiario, modò ex alio. Vel faciendo de festo ad libitum, cum sit de feria faciendum; hic vtique peccaret mortaliter. Qui verò vno, vel altero die, aliqua iusta ex causa id absente superiore habente facultatem dispensandi, ex seipso fecerit; nullum peccatum admittet. Et pro iusta poterit causa censeri, repentina studendi necessitas pro aliquo resoluendo dubio, concionandi, prælegendi, iuuandi ad recitandum vno die, vel altero aliquem infirmum, aut prælatum, aut amicum defessum. Obliuio item, aut inaduertentia inculpabilis, & aliæ similes causæ. Qui verò interdum ex alio, vel ex proprio breuiario recitabit de Sancto, cum sit recitãdũ de feria; vel è cõtra; idq; faciat spontè, nulla ad id eum vrgẽte

quando sit peccatum veniale mutatio officij.

legitima causa; peccabit saltem venialiter. Si citra contemptum præcepti, & adeò rarò id faciat, vt iustè notabiliter audax iudicari non possit; quia sic mortaliter peccaret. Et ratio prædictorum, quòd nullum scilicet admittatur peccatum, vel tantum sit veniale in casibus prædictis ea est; quia huiusmodi mutatio tam rara, non videtur ita notabiliter contraria menti præcipientis, & præscribentis modum recitandi horas, vt ad culpam mortalem perueniat. Vt de hoc videri poterunt Angelus à Clauasio, Hora §. decimosexto, & Caietanus, in summa. Hor. §. secund. Nota tamen pro eo, qui iusta ex causa modum officij vno, vel altero die in recitando commutat. Quòd consultò est dictum, absente prælato, potente dispensare; quia vbi commodè dispensatio haberi potest, requirenda est. Nec iustam subesse causam sufficit; nisi actu per superiorem dispensetur: modò res patiatur dilationem ad recurrendum ad superiorem. Nisi fortè iusta causa sit euidens, & non dubia; vel consuetudo habeat contrarium. Vbi enim causa iusta euidens est; licitè potest homo per seipsum statuti obseruantiam præterire. Et idem dicendum est, vbi consuetudo habet, vt ad superiorem non recurratur; quia dum hoc prælati dissimulant, videtur annuere: vt ex vtroq; Tho. docemur 22.

Prælati dispensant in recitando officio Diuino.

quæſt. 147. art. 4. Vbi autem dubium eſt, num iuſta cauſa ſufficiens ſit, vel ne, ad diſpenſandum? ad ſuperiorem (vt diximus) ſi res patitur dilationem, & conſuetudo non ſeruat contrarium, recurrendum eſt.

Prælati diſpenſant in rebus dubijs.

Dubium. 5 ET ſi dicas, quòd Prælati non habent poteſtatem diſpenſandi ſuper leges vniuerſalis Eccleſiæ: vt eſt lex recitandi horas canonicas reſpectu Religioſorum, & eorum, qui in ſacris ſunt initiati: Sed ſolus Papa in his, & ſimilibus diſpenſat. Idque conſuetudo populi Chriſtiani teſtatur; qui ſolùm Apoſtolicam Sedem in his diſpenſationis legibus ſuperiorem agnoſcit. *Solutio.* Dico, quòd hoc verum eſt, quòad diſpenſationem abſolutam; tollendi ſcilicet vinculum legis, huic, vel illi perſonæ. *Diſpenſatio prælatorum, ut modo intelligitur.* Hoc enim ad Papam pertinet, qui eſt ſuper vniuerſalia iura poſitiua: & hoc eſt, quòd conſuetudo atteſtatur. Vt habetur in cap. propoſuit, de conceſſ. præb. Sed diſpenſare in hoc, vel illo particulari caſu, ex aliqua iuſta cauſa; ſpectat vtique ad prælatos reſpectu ſuorum ſubditorum. Vt dixit S. Thomas, 4. d. 15. q. 9. art. 2. & Caiet. vbi ſupra. Quia ſi ſemper ad Papam in his particularibus caſibus eſſet recurrendum,

non esset bene populo Christiano prouisum; cum huiusmodi casus frequenter soleant euenire. Et auctoritas dispensandi esset inaccessibilis: cum Papa non vbique, sed in vno tantum sit loco, ad quem in tam frequentibus casibus imposibile esset ex toto terrarum orbe habere recursum. Quare prælati in his casibus dubijs; licitè cum suis subditis poterunt dispensare. Ex quo nimis imprudenter agere aliqui prælati censendi sunt: qui petentibus subditis in causu dubi. dispensationem, remittunt eos in conscientia ipsorum. Prælati enim debent in dubijs dispensare; vt in causa ieiunij, vel recitandi officium, hoc, vel illo modo; vt supra dictum est, & similibus. Et docet Caiet. in d. art. 4.

Caiet. 22. q. 147. ar. 4.

Dubia à prælatis soluenda sunt.

6 Sciant verò fratres: quòd licèt ad proprium recitandum officium ex Regula teneantur, si aliorum tamen officio cum alijs alternatim recitando intersint satisfaciunt, nec ad repetendum proprium tenentur. Vt patet ex priuilegio Innocent. 4. Pro vestro collegio. Et tempore interdicti generalis ex priuilegio Gregor. 9. Innoc. 4. Nicol. 4. habent fratres, quòd interdictis, & excommunicatis exclusis, possint ianuis clausis, non pulsatis campanis, summissa voce, in Ecclesiis propriis celebrare diuina. Quod & Euen. 4. in suo Mari magno concessit, cum hac limitatione,

dummodo fratres causam interdicto non dederint; nec id ipsis specialiter fiat: & de hoc latiùs videri poterit Serena conscientia, quæst. 41.

Vbi sit persoluendum officium Diuinum.

7 ET quoniam ex Regula tenemur ad Diuinum officium persoluẽdum secundum ordinem Romanum: Et de ordinario R. E. est, vt diuinum officium à beneficiarijs, & à clericis Regularibus publicè in Ecclesia persoluatur: vt per sacros Canones determinatum est, Clem. 1. de cel. Miss. & notauit Nau. de horis. c. 5. nu. 14. Ideò aduertant prælati, & ij, ad quos spectat, vt id seruetur. Quod si sine rationabili causa id neglexerint; mortaliter peccabunt, vt annotauit Armilla, tit. hora. §. 21. Et colligitur ex verbis illis prædictæ clementinæ [si Dei & Apostolicæ Sedis indignationem euitare voluerint, sollicitam curent diligentiam adhibere, vt Diuinum officium in cathedralibus, Regularibus, & collegiatis Ecclesijs deuotè psallatur] Et ratio id conuincit, quia cum ratio Diuini debiti persoluendi, res grauis sit; qui circa hoc negligentes fuerint; cum ex officio vigilare teneantur, mortaliter peccare censendi sunt.

In Ecclesia recitandæ sunt horæ canonicæ.

Armilla.

Aduertant item fratres, se peccare læthaliter, si publicè in Eclesiis, horas canonicas, recitare non curauerint; sine iusta ad hoc causa cogente. Vt sacris determinatur Canonibus, & cum communi determinauit Innocent. Quod verum esse censet Caietanus Horæ. §. 5. Si castigatus subditus noluerit choro interesse Quod satis videtur probari ex cap. finali. d. 92. illis verbis, [si ad Ecclesiam non conuenerit, deponatur à clero; si tamen castigatus noluerit veniam promereri.] Ex dicta Clement. de celeb. Miss. Vbi contradictores per censuram Ecclesiasticam, aliisque opportunis remediis vult esse compescendos. Vel cum ob suam absentiam, diuinus cultus damnum notabile patitur. Puta, quod, ob id Diuinum officium, vel in Ecclesia non dicitur; aut saltem non cum debita solennitate persoluitur, quam sine illo alii præstare non valent. Quare, vbi contemptus, seu contradictio subditi non adest, nec ob eius absentiam Diuini officii cultus notabiliter læditur, & prælati dissimulant, parum de his, quæ Dei sunt curantes; læthalem culpam non incurret, si in choro propriæ Eclesiæ horas canonicas recitare neglexerit. Vt dicit Caiet. loco citato, quem sequitur Armill. vbi supra, & Nauarr. de Hor. can cap. 5. num. 14. Quia contra præceptum iuris positiui propriè

Nota valde.

Dist. 92. c. fin. cum ibi notatis

Cap. fin. dist. 92.

Innoc. in c. 1. de celeb. Miss.

non videtur venire: cum iura prædicta castigatos, vel contradicentes videantur ad mortale obligare peccatum: propter quod postmodum volunt, hos à clericali officio deponi, & per censuras arctari. Nec, vt supponitur, notabile diuino cultui damnum, ex horum absentia infertur.

Quando tardè conuenire aut à choro frequenter recedere est peccatum.

Idemque dicendum est de eo, qui tardè ad chorum conuenit, seu ante completam horam è choro recedit. Nam in dicta Clementina dicitur: quòd tardè ad chorum conuenientes, & frequenter ante horarum finem extra chorum exeuntes, debent per censuram coerceri. Nec censura, seu excommunicatio fertur, nisi pro mortali culpa. cap. Nemo Episcoporum 11. q. 3. Meritò qui frequenter è choro, absque legitima causa recedunt, si gastigati, seu admoniti contradixerint, vel ab eorum recessum diuinum officium notabile detrimentum patitur: à lethali culpa non erunt immunes.

Si autem ex legitima causa frater choro non interfuerit, principio, vel fini horarum, immunis erit à peccato. Nec, vt inquit Henricus Gandauensis, quem sequitur Angelus tit hòra. q. 16. tenetur illa eodem die reficere, nisi magna fortè esset omissio. Ità quòd lectionem ex legitima causa prætermissam, non teneretur recitare, quia vera necessitas nul-

la astringitur lege. Et ex vinculo charitatis, ratione cuius, id quod fit ab aliis, qui simul cum eo vnum corpus censentur ab eo factum reputatur; vtique excusabitur. Videatur Nauarr. de hor. cap. 10. num. 1.

Consuetudo vacandi a choro quando est peccatum.

Aduerte tamen, quòd Angelus à clauasio, titu. hora. §. 26. Syluest. titu. hora. quæst. 12. & Paulus de Eleazaris in serena conscientia quæst 39. volunt, quòd qui ex prædictis, in consuetudinem duxerint, choro non interesse ad horas canonicas persoluendas, vel tardè ad chorum conuenerint, seu ante finem officij frequenter exierint; læthaliter peccabunt, si absque legitima ad id causa, non interfuerint. Quod fortè de illis volunt intelligi; qui a suis superioribus compulsi, contradicentes, prædicta in consuetudinem ducant. Nam, si aliquando absque legitima causa ex negligentia, licèt correcti, choro non interfuerint; modo id frequenter non faciant, tantum venialiter peccabnnt. Quoniam materia non ita ponderosa videtur, vt pro qualibet vice mortaliter peccetur; nisi (vt dictum est) Diuinum officium ob eorum absentiam notabilem pateretur iacturam.

Quare sibi fratres persuasum habeant, læthaliter se peccare; si alias à suis superioribus correcti, vel admoniti, falsis prætensis necessitatibus, vel infirmi-

tatibus; choro non interuenire, aut tardè principio horarum interesse, vel ante finem officii Ecclesiam exire, habent de more.

Qua hora sit psallendum.

Hora recitādi officium Diuinum.

8 ET sicut à prædictis publicè (vt dictum est) in Ecclesiis est psallendum; sic etiam statutis, seu certis horris psallere oportet. Ideò enim horæ, seu preces horariæ dicuntur; quia certis sunt horis, horæ deputatæ. Et dicuntur canonicæ, quia inuentum canonum sunt; vt notauit Nauarr. de horis cap. 3. num. 26. Difficile tamen est, iuxta eundem Nauar. in eod. cap. 3. num. 30, Thomam Vualdensem lib. de sacramentalibus cap. 20. determinare, quæ sint hæ horæ statutæ; in quibus horas canonicas, præcipuè nocturnas dicere tenemur: Et hoc propter varietatem doctorum. Scias tamen, quòd cum ius, quo horæ canonicæ iubentur, statis horis dici, sit ius positiuum humanum, & non naturale, neque supernaturale Diuinum: potuit per leges summorum pontificum, & per consuetudinem legitimè præscriptam mutari. Vt notat Nauarr. de horis, cap 3. num. 39. Ex quo sequitur, verum esse illud, quod sentit Palud. in 4. dist. 15. quæst. 5. S. Anton. 3. part. tit. 13. cap. 4. § . 4. & Syl-

uest. tit. horæ, quæst. 10.) illas horas posse nunc dici debitas, in quibus sit psallendum, quę per aliquam iustam ordinationem, constitutionem, vel consuetudinem fundationis Ordinis, seu monasterii ad psallendum sunt institutæ. Quoniam leges iustæ superiorum, & consuetudines rationabiles, seruari debent: vt determinatum est per sacros canones, cap. Ecclesiasticum, dist. 11. & notatur per S. Tho. 1.2.q.96.art.4 Quare, vbi matutinum media nocte dici consueuit, iuxta illud Psal. 118 media nocte surgebam ad confitendum tibi, non vtique suo plenè satisfacerent muneri illud prima noctis parte, vel in aurora recitantes.

9 Et hoc verum est, non solum de publico officio, quod in Ecclesia decantatur: sed de eo etiam, quod extra Ecclesiam priuatim recitatur. Quia debitis statis horis debet officium diuinum persolui: ex eò, quòd communiter sic receptum est. Et ex eo suaderi potest, quod refert Ioan. Andr. in cap. 1. de celebr. Miss. Quòd Angelus Domini, cuidam sancto hæremitæ, debitis horis officium recitanti, vuas maturas: præuenienti autem immaturas, postponenti verò, marcidas offerre consueuit Et tamen patet, monachum illum hęremitam; non solere recitare horas publicè in Ecclesia, sed priuatim in sua domo. Tum etiam, quia

Hora dicendi officiũ priuatum.

ſic ſtatuitur per ſacros canones, Clem. prima de celeb. Miſſ. Et dictum Hugonis de Sanct. Victore communiter receptum, Ante horam orare, prouidentiæ eſt: poſt, negligentiæ: debitè verò, obedientæ; de eo communiter intelligitur, qui ex aliqua iuſta cauſa, debitam præuenit horam; & non de vacantibus otio, vel abſque legitima cauſa, debitas præuenientibus horas; vt notat Paulud. 4. diſt. 15 q. 5. col. 4. & Nauarr. de hor. cap. 3. num 46. Vndè infertur, verum eſſe illud S Thom. quol. 5. ar. 28. S. Ant. 2. par. tit. 13. c. 4. §. 4. & Nauarr. de horis c. 3 num. 54. peccare, recitantem matutinum poſt completorium abſque alia cauſa, quam vt quietus ſomnolentiæ & voluptati vacet Eademque ratione, recitantes horas ſummo mane, vſque ad nonam incluſiuè; vt ſcilicet poſtea ludant, confabulentur, & otientur. Peccare item eos, qui ſine iuſta cauſa recitant primam, ante Matutinam; Tertiam, ante primam: Nonam, ante Sextam, &c.

Quandoquidem rectum peruertere ordinem, non eſt abſque culpa. Sed non eſt neceſſarium prædictas horas reiterare; ſicut nec horas tempore indebito recitatas, iterum recitare. Ex quo liquidò patet, errare multos Eccleſiaſticos, qui gratulantur, & collætantur, quòd illico vbi dies illuxerit, horas ſuas omnes vſque ad Veſperas recitauerint.

Quia tamen nec lectioni, nec sacris studijs, nec vlli iusto sunt occupati negotio: sed diem in otio fabulationibus insumunt Errare item eosdem, qui iter agentes, & horas debitis horis equè benè & deuotè recitare potentes: eas tamen sub auroram vnico contextu absoluunt. Consultius facerent, si sub crepusculum diei (si ante dicere non potuerunt sicut eis erat de more) matutinam horam recitarent, & inde ad horam vnam, primam: & inde ad duas horas, tertiam: sub meridiem, sextam; secunda post meridianam, nonam propè quartam post meridianam, vespertinam: & sub crepusculum noctis, completorium, vt latè per Nauarr: in dicto cap. 3. num. 48. Præuenire tamen, vt quietius, aut deuotius dicatur; nedum non damnatur, sed consulitur à iure, vt in dicto cap. prsbiter. distinct. 91.

Hora recitandi ab itinerantibus.

10 Iusta tamen ex causa, licitè posse Diuinum officium hòra anticipata, vel postposita recitari, tam in Ecclesia, vbi publicè recitatur, quàm priuatim extra eam, omnibus consonum est. Tum, quia talis videtur esse intentio eorum, qui præfatas horas ad diuinum officium persoluendum præfixerunt vt ex dictis canonibus patet. cap. 1. de celebration. Missa. cap. Presbiter distinct. 91. Tum etiam, quia & ratio ipsa dictat; vt ob processiones,

Anticipare horam aut postponere quando liceat.

aut concionem insignem, aut Regis aduentum, & similia, anticipetur, vel posponatur hora debita: modò superioris auctoritate id fiat. Qualis est Episcopus in Ecclesia cathedrali, vel eius vicarius, aut capitulum, vel decanus: Et in Religionibus Abbas praepositus, vel alius quocumque nomine praelatus. Vt annotauit Nauarr. Vbi supra nu. 55. ex Panor. in rubr. de obseruatione ieiunij, S. Thom. 22. q. 147. art. 4. Sicq; licitè poterit priuatim quilibet Ecclesiasticus ex iusta causa, seu est praedicare, legere, compositioni, seu studiis vacare, aut aliis iustis negotiis occupari, debitam praeuenire, seu postponere horam in recitando Diuino officio. Vt dixit S. Thom. Quolib 5. arct. 28. Ioan Maior. in 4. dist. 22. col. 1. atque Nauarr. in Manual cap. 3 num. 56. Melius enim est. vt dictus Angelicus doctor dicit. Deo vtrumque reddere, debitas scilicet laudes, & insuper alia honesta officia, quam quòd p r vt um, omittatur aliud. Quarè legitimis existentibus causis, licitè matutinum poterit recitari prima noctis parte, vel post dictum completorium praecedentis diei. Et melius est, vt horae potius semper anticipetur quam postponantur. Quia cum maiori attentione ante incepta negotia pronuntiari poterunt, & post illa, vix sine aliquo animi taedio, & fastidio.

11 Nec

11 Nec te conturbet, quia dies à media incipit nocte, & sic non videtur matutinum diei martis post completorium diei Lunæ, licitè dici posse. Quia sic non diceretur in proprio die. Licet enim verum sit, quod dies à media nocte incipiat, quò ad ieiunium, contractus, & alia huiusmodi: tamen quò ad diuinum officium, à Vesperis incipit præcedentis diei. Vt dixit D. Thom. Quolib, 5. ar. 28. Et habetur de hoc decretum Alexan. iij. cum gloss. cap. 2. de feriis. Quarè dicere matutinum post recitatum completorium ad diem sequentem pertinet.

Dies quæ incipiat hora.

Notantet tamen dixi, ex iustis, & licitis causis anticipari, & postponi posse horas absque culpa. Quoniam absque legitima causa, non potest [secundum omnes) absque peccato fieri: hoc tamen peccatum, non plusquàm veniale est. Vt annotauit. Nauar. De horis cap. 3. num. 58. ex Caiet. tit. horæ. §. 4. & dixit S. Anto. 2. part. tit. 9. capite 12. septima negligentia. Tum quia nulla est ratio, vel auctoritas, quæ in contrarium nos vrgeat Tum etiam quia si teneremur ad recitandas horas canonicas, horis debitis sub eo vinculo, quo illas singulis diebus persoluere tenemur. Sequeretur, quòd sicut communiter non possumus vlla de causa, vnius diei horas in alium differre diem: sic etiam nec eas de vna hora

Quod peccatum sit anticipare horas.

in aliam differre possemus. Cuius contrarium vbique seruatur, & iure probatur capite 1. de celebrat. Missa. Vndè singulariter sentit S. Anthoni. vbi supra. Syluest. tit. horæ. §. 9. Caiet tit. horæ §. 4. quod dicere primam, immò, & matutinum post meridiem, (modo ante mediam noctem finiatur) non est mortale peccatum. Nam licet ad perfectum implementum præcepti, de dicendis horis Canonicis necessè sit temporis circunstantiam obseruare: non tamen putant prædicti, hoc esse partem substantialem eius, quod eo præcepto precipitur: Et non seruare modum rationabilem, quem lex prætendit in adimpletione præcepti, venialis est culpa. ipsa verò præcepti transgressio cōmuniter mortalis. Vt rectè sentit. S. Tho. 12. q. 88. art. 4. ad primum Hoc tamen, quod dicitur de veniali culpa, intelligitur de dicentibus horas priuatim. Nam, vt inquit Angel. tit. horæ. §. 22. quem Sylu. q. 9. & Nau. de horis can. 3. n. 62. sequuntur. Prælati non curantes, vt diuinum officium in Ecclesiis suis debitis persoluatur horis, mortifere peccant, esto dicantur in aliis horis. Et licet nec hoc Caietanus admittat, & tantum veniale esse peccatum contendat, contra illum tamen videntur esse iura id præcipientia. Clem. 1. §. ne igitur de celeb. Miss. c. presbyter. d. 91. cap. 1. de çelebr. missarum. Ex quibus

doctoribus etiam colliges, quòd lex illa de celebrandis Vesperis ante cœnam in Quadragesimali tempore; de Vesperis illis intelligitur, quæ publicè in Ecclesia dicuntur: non de aliis quæ intra, vel extra Ecclesiam priuatim recitantnr. Et quod debitæ horæ, in quibus diuinum est recitandum officium, non debent (secundum omnes) strictè accipi, sed cum aliquali latitudine, media scilicet hora ante, vel post horam debitam. Itaque qui recitaret primam, media hora ante, vel post finem primæ partis diei, censeretur recitare hora primæ Et qui recitaret Tertiam, media ferè hora ante, vel post finem tertiæ patris diei, censeretur recitare hora tertiæ, & sic de cæteris Et dixi, (ante vel post finem,) quia horæ Canonicæ recitandæ sunt in fine partis diei, cuilibet horæ Canonicæ debitæ, & non in initio earum, vt annotauit Nauarr. c. 3. nu. 77. de horis.

Sylu. tit. hora q. 5. Nau. vt sup. n. 4.

12 Hic tamen aduerte, quod S. Thomas quolib. 5, art. 28, dicit, quòd vnusquisque dies quò ad recitationem canonicarum horarum, à Vesperis incipit præcedentis diei, & durat vsque ad mediam noctem sequentis diei, vt & Caietanus, vbi supra, & communiter tenent Doctores. Et licet ex dictis, de rigore: videatur posse concludi quòd omnes horæ diei, puta Iouis, possint absque vlla culpa, post Completorium diei

Nota. Matutinum, & laudes possunt dici post completorium non alia hora.

non videtur venire: cum iura prædicta castigatos, vel contradicentes videantur ad mortale obligare peccatum: propter quod postmodum volunt, hos à clericali officio deponi, & per censuras arctari. Nec, vt supponitur, notabile diuino cultui damnum, ex horum absentia infertur.

Quando tardè conuenire aut à choro frequenter recedere est peccatum.

Idemque dicendum est de eo, qui tardè ad chorum conuenit, seu ante completam horam è choro recedit. Nam in dicta Clementina dicitur: quòd tardè ad chorum conuenientes, & frequenter ante horarum finem extra chorum exeuntes, debent per censuram coerceri. Nec censura, seu excommunicatio fertur, nisi pro mortali culpa. cap. Nemo Episcoporum 11. q. 3. Meritò qui frequenter è choro, absque legitima causa recedunt: si gastigati, seu admoniti contradixerint, vel ab eorum recessum diuinum officium notabile detrimentum patitur: à lethali culpa non erunt immunes.

Si autem ex legitima causa frater choro non interfuerit, principio, vel fini horarum, immunis erit à peccato. Nec, vt inquit Henricus Gandauensis, quem sequitur Angelus tit hòra. q. 16. tenetur illa eodem die reficere, nisi magna fortè esset omissio. Ità quòd lectionem ex legitima causa prætermissam, non teneretur recitare, quia vera necessitas nul-

la astringitur lege. Et ex vinculo charitatis, ratione cuius, id quod fit ab aliis, qui simul cum eo vnum corpus censentur ab eo factum reputatur; vtique excusabitur. Videatur Nauarr. de hor. cap. 10. num. 1.

Consuetudo vacandi a choro quando est peccatum.

Aduerte tamen, quòd Angelus à clauasio, titu. hora. §.26. Syluest. titu. hora. quæst. 12. & Paulus de Eleazaris in serena conscientia quæst 39. volunt, quòd qui ex prædictis, in consuetudinem duxerint, choro non interesse ad horas canonicas persoluendas, vel tardè ad chorum conuenerint, seu ante finem officij frequenter exierint; læthaliter peccabunt, si absque legitima ad id causa, non interfuerint. Quod fortè de illis volunt intelligi; qui a suis superioribus compulsi, contradicentes, prædicta in consuetudinem ducunt. Nam, si aliquando absque legitima causa ex negligentia, licèt correcti, choro non interfuerint; modo id frequenter non faciant, tantum venialiter peccabnnt. Quoniam materia non ita ponderosa videtur, vt pro qualibet vice mortaliter peccetur; nisi (vt dictum est) Diuinum officium ob eorum absentiam notabilem pateretur iacturam.

Quare sibi fratres persuasum habeant, læthaliter se peccare; si alias à suis superioribus correcti, vel admoniti, falsis prætensis necessitatibus, vel infirmi-

uest. tit. horæ, quæst. 10.) illas horas posse nunc dici debitas, in quibus sit psallendum, quę per aliquam iustam ordinationem, constitutionem, vel consuetudinem fundationis Ordinis, seu monasterii ad psallendum sunt institutæ. Quoniam leges iustæ superiorum, & consuetudines rationabiles, seruari debent: vt determinatum est per sacros canones, cap Ecclesiasticum, dist. 11. & notatur per S. Tho. 1.2.q.96.art.4 Quare, vbi matutinum media nocte dici consueuit, iuxta illud Psal. 118 media nocte surgebam ad confitendum tibi, non vtique suo plenè satisfacerent muneri illud prima noctis parte, vel in aurora recitantes.

9 Et hoc verum est, non solum de publico officio, quod in Ecclesia decantatur: sed de eo etiam, quod extra Ecclesiam priuatim recitatur. Quia debitis statis horis debet officium diuinum persolui: ex eò, quòd communiter sic receptum est. Et ex eo suaderi potest, quod refert Ioan. Andr. in cap. 1. de celebr. Miss. Quòd Angelus Domini, cuidam sancto hæremitæ, debitis horis officium recitanti, vuas maturas: præuenienti autem immaturas, postponenti verò, marcidas offerre consueuit Et tamen patet, monachum illum hęremitam; non solere recitare horas publicè in Ecclesia, sed priuatim in sua domo. Tum etiam, quia *Hora dicendi officiũ priuatum.*

ſic ſtatuitur per ſacros canones, Clem. prima de celeb. Miſſ. Et dictum Hugonis de Sanct. Victore communiter receptum, Ante horam orare, prouidentiæ eſt: poſt, negligentiæ: debitè verò, obedientæ; de eo communiter intelligitur, qui ex aliqua iuſta cauſa, debitam præuenit horam; & non de vacantibus otio, vel abſque legitima cauſa, debitas præuenientibus horas; vt notat Paulud. 4. diſt. 15 q. 5. col. 4. & Nauarr. de hor. cap. 3. num 46. Vndè infertur, verum eſſe illud S Thom. quol. 5. ar. 28. S. Ant. 2. par. tit. 13. c. 4. § 4. & Nauarr. de horis c. 3 num. 54. peccare, recitantem matutinum poſt completorium abſque alia cauſa, quam vt quietus ſomnolentiæ & voluptati vacet Eademque ratione, recitantes horas ſummo mane, vſque ad nonam incluſiuè; vt ſcilicet poſtea ludant, confabulentur, & otientur. Peccare item eos, qui ſine iuſta cauſa recitant primam, ante Matutinam; Tertiam, ante primam: Nonam, ante Sextam, &c.

Quandoquidem rectum peruertere ordinem, non eſt abſque culpa. Sed non eſt neceſſarium prædictas horas reiterare; ſicut nec horas tempore indebito recitatas, iterum recitare. Ex quo liquidò patet, errare multos Eccleſiaſticos, qui gratulantur, & collætantur, quòd illico vbi dies illuxerit, horas ſuas omnes vſque ad Veſperas recitauerint.

Quia tamen nec lectioni, nec sacris studijs, nec vlli iusto sunt occupati negotio: sed diem in otio fabulationibus insumunt Errare item eosdem, qui iter agentes, & horas debitis horis equè benè & deuotè recitare potentes: eas tamen sub auroram vnico contextu absoluunt. Consultius facerent, si sub crepusculum diei (si ante dicere non potuerunt sicut eis erat de more) matutinam horam recitarent, & inde ad horam vnam, primam: & inde ad duas horas, tertiam: sub meridiem, sextam; secunda post meridianam, nonam propè quartam post meridianam, vespertinam: & sub crepusculum noctis, completorium, vt latè per Nauarr: in dicto cap. 3. num. 48. Præuenire tamen, vt quietius, aut deuotius dicatur; nedum non damnatur, sed consulitur à iure, vt in dicto cap. prsbiter. distinct. 91.

Hora recitandi ab itinerantibus.

10 Iusta tamen ex causa, licitè posse Diuinum officium hòra anticipata, vel postposita recitari, tam in Ecclesia, vbi publicè recitatur, quàm priuatim extra eam, omnibus consonum est. Tum, quia talis videtur esse intentio eorum, qui præfatas horas ad diuinum officium persoluendum præfixerunt vt ex dictis canonibus patet. cap. 1. de celebration. Missa. cap. Presbiter distinct. 91. Tum etiam, quia & ratio ipsa dictat; vt ob processiones,

Anticipare horam aut postponere quando liceat.

aut concionem insignem, aut Regis aduentum, & similia, anticipetur, vel posponatur hora debita: modò superioris auctoritate id fiat. Qualis est Episcopus in Ecclesia cathedrali, vel eius vicarius, aut capitulum, vel decanus: Et in Religionibus Abbas præpositus, vel alius quocumque nomine prælatus. Vt annotauit Nauarr. Vbi supra nu. 55. ex Panor. in rubr. de obseruatione ieiunij, S. Thom. 22. q. 147. art. 4. Sicq; licitè poterit priuatim quilibet Ecclesiasticus ex iusta causa, seu est prædicare, legere, compositioni, seu studiis vacare, aut aliis iustis negotiis occupari, debitam præuenire, seu postponere horam in recitando Diuino officio. Vt dixit S. Thom. Quolib 5. arct. 28. Ioan Maior. in 4. dist. 22. col. 1. atque Nauarr. in Manual cap. 3. num. 56. Melius enim est. vt dictus Angelicus doctor dicit. Deo vtrumque reddere, debitas scilicet laudes, & insuper alia honesta officia, quam quòd per vnum, omittatur aliud. Quarè legitimis existentibus causis, licitè matutinum poterit recitari prima noctis parte, vel post dictum completorium præcedentis diei. Et melius est, vt horæ potius semper anticipentur quam postponantur. Quia cum maiori attentione ante incepta negotia pronuntiari poterunt, & post illa, vix sine aliquo animi tædio, & fastidio.

11 Nec

11 Nec te conturbet, quia dies à media incipit nocte, & sic non videtur matutinum diei martis post completorium diei Lunæ, licitè dici posse. Quia sic non diceretur in proprio die. Licet enim verum sit, quod dies à media nocte incipiat, quò ad ieiunium, contractus, & alia huiusmodi: tamen quò ad diuinum officium, à Vesperis incipit præcedentis diei. Vt dixit D. Thom. Quolib, 5. ar. 28. Et habetur de hoc decretum Alexan. iij. cum gloss. cap. 2. de feriis. Quarè dicere matutinum post recitatum completorium ad diem sequentem pertinet.

Dies quæ incipiat hora.

Notanter tamen dixi, ex iustis, & licitis causis anticipari, & postponi posse horas absque culpa. Quoniam absque legitima causa, non potest [secundum omnes) absque peccato fieri: hoc tamen peccatum, non plusquàm veniale est. Vt annotauit Nauar. De horis cap. 3. num. 58. ex Caiet. tit. horæ. §. 4. & dixit S. Anto. 2. part. tit. 9. capite 12. septima negligentia. Tum quia nulla est ratio, vel auctoritas, quæ in contrarium nos vrgeat Tum etiam quia si teneremur ad recitandas horas canonicas, horis debitis sub eo vinculo, quo illas singulis diebus persoluere tenemur. Sequeretur, quòd sicut communiter non possumus vlla de causa, vnius diei horas in alium differre diem: sic etiam nec eas de vna hora

Quod peccatum sit anticipare horas.

in aliam differre possemus. Cuius contrarium vbique seruatur, & iure probatur capite 1. de celebrat. Missa. Vndè singulariter sentit S. Anthoni. vbi supra. Syluest. tit. horæ. §. 9. Caiet tit. horæ §. 4. quod dicere primam, immò, & matutinum post meridiem, (modo ante mediam noctem finiatur) non est mortale peccatum. Nam licet ad perfectum implementum præcepti, de dicendis horis Canonicis necessè sit temporis circunstantiam obseruare: non tamen putant prædicti, hoc esse partem substantialem eius, quod eo præcepto precipitur: Et non seruare modum rationabilem, quem lex prætendit in adimpletione præcepti, venialis est culpa. ipsa verò præcepti transgressio cõmuniter mortalis. Vt rectè sentit. S.Tho. 12. q. 88. art. 4. ad primum Hoc tamen, quod dicitur de veniali culpa, intelligitur de dicentibus horas priuatim. Nam, vt inquit Angel. tit. horæ. §. 22. quem Sylu. q. 9. & Nau. de horis can. 3. n. 62. sequuntur, Prælati non curantes, vt diuinum officium in Ecclesiis suis debitis persoluatur horis, mortifere peccant, esto dicantur in aliis horis. Et licet nec hoc Caietanus admittat, & tantum veniale esse peccatum contendat, contra illum tamen videntur esse iura id præcipientia. Clem. 1. §. ne igitur de celeb. Miss. c. presbyter. d. 91. cap. 1. de celebr missarum. Ex quibus

doctoribus etiam colliges, quòd lex illa de celebrandis Vesperis ante cœnam in Quadragesimali tempore; de Vesperis illis intelligitur, quæ publicè in Ecclesia dicuntur: non de aliis quæ intra, vel extra Ecclesiam priuatim recitantur. Et quod debitæ horæ, in quibus diuinum est recitandum officium, non debent (secundum omnes) strictè accipi, sed cum aliquali latitudine, media scilicet hora ante, vel post horam debitam. Itaque qui recitaret primam, media hora ante, vel post finem primæ partis diei, censeretur recitare hora primæ Et qui recitaret Tertiam, media ferè hora ante, vel post finem tertiæ patris diei, censeretur recitare hora tertiæ, & sic de cæteris Et dixi, (ante vel post finem,) quia horæ Canonicæ recitandæ sunt in fine partis diei, cuilibet horæ Canonicæ debitæ, & non in initio earum, vt annotauit Nauarr. c. 3. nu. 77. de horis.

Sylu. tit. hora q. 5. Nau. vt sup. n. 4.

12 Hic tamen aduerte, quod S. Thomas quolib. 5, art. 28, dicit, quòd vnusquisque dies quò ad recitationem canonicarum horarum, à Vesperis incipit præcedentis diei, & durat vsque ad mediam noctem sequentis diei, vt & Caietanus, vbi supra, & communiter tenent Doctores. Et licet ex dictis, de rigore: videatur posse concludi quòd omnes horæ diei, puta Iouis, possint absque vlla culpa, post Completorium diei

Nota. Matutinum, & laudes possunt dici post completorium non alia horæ.

Mercurii, quacunque hora recitari, modo ante mediam noctem diei sequentis compleantur, & ex iustis, & legitimis causis fiat. Et non nisi venialis sit culpa, si absque legitimis causis priuatim recitentur. Quoniam in proprio die persoluuntur; & solus lapsus horæ debitæ ad recitandum, in recitante priuatim, absque legitima causa, non nisi culpa est venialis: vt tenetur communiter. Scias tamen, quòd vt Caietan. vbi supra notauit, post dictas Vesperas, & Completoriũ diei, puta Mercurii, Matutinum, & Laudes sequentis diei non vltra, iustis ex causis à quibusdam dici consueuerunt. Ob quam consuetudinem, quæ satis rationi consona est, non esset fortè tutum alias [vltra Matutinum, & Laudes) horas sequentis diei recitare post expletum Completorium præcedentis. Cui consentit Nauarr. in dicto cap. 3. num. 61.

Termini ad recitandas horas præfixi.

13 Ex quibus dictis, colligis duos ad recitandas horas Canonicas præfixos esse terminos. Vnus ad euitandum omne peccatum, & recitandum vt decet, qui est ipsa hora debita, in qua est psallendum. Alter ad satisfaciendum obligationi præcepti, & excusandum à peccato mortali, & à restitutione fructuum, qui est integer dies vsque ad mediam noctem: vt supra est declaratum.

Officium Diuinum, an licitè poßit interrumpi aliquando?

14 ET nota quòd ſicut ob licitas, & honeſtas occupationes, licitè præuenıri, & poſtponi poteſt hora diuinum Officium recitandi; ſic ob eaſdem licitas, & honeſtas cauſas licitè poteſt interrumpi, ſeu interpellari. Ità vt, ceſſante cauſa non à principio iterum, ſed ſolum ab eo loco ſit reaſſumendum officium, vbi interruptio incepit recitanti. Quarè ſalutare obiter intrantes chorum, reſpondere verbum vnum, vel alterum alicui nuntio, prouidere alicui rei, quæ tunc in mentem venit, & de eius obliuione timetur, vel quia eius cogitatio non poteſt animo depelli, donec prouideatur, Sumere item potionem neceſſariam, & vtilem alicuius medicinæ, quæ commodè vſque ad finem horarum differri nequit, Ingredi cauponam in itinere, ſitis extinguendæ gratia, vel ventrem exonerandi, Item opus aliquod facere miſericordiæ ſpiritualis, ſeu corporalis, cuiuſmodi eſt ſubuenire conſilio bono, doctrina, reprehenſione, vel conſolatione, Cibum præſtare indigentibus, ſubleuare proximum, aut iumentum eius, excipere hoſpitem, aut negotium aliquod afferentem, & alia id

Officium aliquando licitè poteſt interrumpi

genus pietatis opera facere, vbi non commodè patiuntur dilationem, & periculum esset in mora, non erit illicitum. Quarè ob prædictas, & similes causas licitè posse diuinum officium interrumpi, nec à principio esse inchoandum, sed inde vbi interpellatio incepit: sibi persuasum habet Nauar. de horis canonicis. cap. 16. à num. 67. Adeò vt, interruptio quæ spectat ad ipsummet officium, vel saluti spirituali, seu corporali, honori, vel rei familiari, propriæ vel proximi conducit, & commodè non patiatur dilationem, licita probetur.

Interruptio quando iterum obligat ad recitandũ officium

15 Quod verum esse scias, si talis interruptio sit breuis, & animo, & intentione fiat continuandi id, quod restat recitandum, ob interpellationem prædictam. Nam si quis ceptam alicuius horæ canonicæ recitationem intermiserit, gratia audiendi missam, vel ob aliquam aliam legitimam causam, Idque fecerit, non animo continuandi ceptum cum reliquo, quod dicendum restat: sed iterandi à principio. Nequaquam suo muneri satisfacit continuando sequentia: sed à principio horam iterare tenetur. Quia actus hominis non extenditur vltra intentionem agentis. l. non omnis. ff. si cert. pet. Et secundum prædicta est limitandum quod dicit Sotus de iu. & iure lib. 10. quæst. 5. art. 3. nullam scilicet canonicam horam, vl-

lo negotij genere, etiam ſtudendi literis gubernandi, prælegendi, vel prædicandi eſſe interpellandam. Puta ſi nimis, ſcilicet longa eſſet interpellatio, & non neceſſaria, quia commodè poſſet res differri vſque ad finem horæ: tunc enim licitè interpellari non poſſet. Nec tamen interruptio ex eo ſolum quòd ſit illicita, obligat recitantem ad iterandum à principio, ſed ſufficit continuatio vt ſatisfaciat præcepto, & obligationi recitandi. Qui enim inter recitandum, riſum aliquem diſſolutum interponit, aut inhoneſtum ſermonem, & id genus alia, licet illicitam interruptionem faciat, ſi tamen abſque intentione reiterandi recitata id facit, omninò obligationem impleuit continuando ſequentia primis; licet venialiter, aut mortaliter in interpoſito peccauerit actu. Et ratio huius eſt, quia parum temporis, vel alterius actus impertinentis & non neceſſarii, quod interponitur, non annihilat, nec diſcontinuat actum. Vt in iure cauetur, lege continuus ff. de verb. oblig. & ideò ſufficit continuare. Si verò talis illicita interruptio tam magna eſſet, vt meritò cenſeretur horæ recitationem adeò diſcontinuare, vt dicta, & dicenda non poſſint meritò quid vnum videri: tunc impediret, ſolutionem præcepti, & eſſet à princi-

Interruptio magna

pio iterandum. Vt latè per Nauar. de Hor. cap. 16. à num. 73.

An Officium Diuinum poßit dici alternatis vicibus?

Recitare officium vicib. alternatis vnde liceat.

16 ET si quæras, num, & quo iure obligatus ad recitandum Diuinum Officium, recitando in Choro, vel extra Chorum cum aliis, satisfaciat dicendo dimidium horarum, aliud verò dimidium tantum intelligendo? Et etiam qui non dicit lectiones, nec capitula, nec antiphonas, sed eas audit ab illis, qui pro omnibus dicũt? respõdeo, quòd licet de hoc nulla expressa lex in iure communi reperiatur, est tamen consuetudo Generalis, à toto Christiano orbe recepta, quod qui in Choro, aut extra Chorum horas Canonicas cum sociis recitat, satisfacit dimidiam dicendo partem, aliam audiendo Psalmorum scilicet & versiculorum. Sic etiam audiendo capitula, antiphonas, lectiones, responsoria, & alia: quæ iuxta consuetudinem ab vno, aut duobus tantum dici solent. Consuetudo enim habet vim legis vt sacris decernitur Canonibus capite Ecclesiam dist. 12. & omnium interpretum certissimus interpres est. Et ita sentiunt Palud. in 4. d. 45. q. 2. Henric. quol. 29. q. 30. S. Anton. 3, petit. 9. c. 12. §. 3.

Et vltra prædictos facit, quòd Papa Damasus, vt inquit Platina in eius vita, instituti, vt alternatim psalmi in Ecclesia canerentur: & non totus psalmus ab omnibus confusè. Nec tamen putandum est, Damasum licentiam tantum cantandi psalmos alternatim, sed potius necessitatem id faciendi induxisse. Nam vt sanctus Athanasius testatur, Flauianus, & Diodorus hunc psallendi modum adinuenerunt: & tradiderunt aliis. Ait enim ipse, hi primi psallentium choro in duas partes diuiso, hymnos Dauidicos alternatim canendos tradiderunt: quæ res primo incepta Antiochiæ vbique peruasit, & ad vltimas orbis terræ oras peruagata est. Idem dicit Theodor. libro. 2. histor. Eccles. capite. 14. & Cassiod. libro. quinto capite. 32. hist. trip. vt refert Laurentius à Villauincentio lib. 1. c. 5. de rectè formando studio Theologico. Ex quibus infert Paludanus vbi supra, quem sequitur Nauar. de horis. c. 10. num. 32. quòd quemadmodum, qui de iure communi tenetur ad Canonicas horas, satisfacit dicendo dimidium earum, & aliud audiendo dimidium alternatis versibus: ita qui iure speciali pœnitētiæ scilicet voti, vel statuti, tenetur ad dicendum psalterium, vel officium defunctorum, vel psalmos pænitentiales, satisfacit dicendo dimidium, & audiendo dimidium per versus. Idemque

Institutio cantandi alternatim in Ecclesia.

Pænitentia pro peccatis quando est votalis potest dici alternatim.

dicendum videtur de obligato ad dicendum hymnos, aut quinquagena, vel centena Aue Maria, vt censuit Nauar. vbi sup.

Officium B. Mariæ an sit recitandum sub pœna peccati?

Officium B. Virginis an obliget sub culpa.

17 DE officio autem paruo B. Mariæ Virginis, inter Doctores controuertitur, num qui ad prædictas Canonicas horas persoluendas tenentur, teneantur item sub eadem mortalis peccati pœna, ad horas paruas dictæ Deiparæ Virginis? Ideò scias, quòd licet secundum communem sententiam de hoc nullum extet particulare ius; consuetudo tamen adeò inualuit, vt nullus Doctorum, aut Sanctorum Patrum negare audeat, vim habere præcepti. Vt Dominic. Sot. de iust. & iu. lib. 10. q. 5. art. 4. Syluest. Hor. q. 5. Armill. Hor. nu. 8. Nau. tamen de hor. c. 5. nu. 25. secutus Cosmam Guimiell. asserit Vrbanum 2. præcepisse in Concilio Claramontano, eas debere dici singulis diebus, & eius officium maius quolibet Sabbatho. Verum, quia per breuiarium Romanum Cardinalis Sanctæ Crucis, huiusmodi vinculum fuit solutum, vt idem Sotus loco præallegato testatur: Et per Pij v. breuiarium, ante cuius proditionem ipse Sotus ad fælicius sæculum euocauit, prædictum Cardinalis

Sanctæ Crucis officium fuit annullatum, & aliter decretum. Ideò resolutoriè est dicendum quòd qui Romano officio vtuntur, & ad horas canonicas recitandas sunt obligati, tenentur in choro ad persoluendas horas paruas B. Virginis, illis diebus quibus in rubricis dicti breuiarij annotatur, sub pœna peccati mortalis. Intelligendo tamen hoc de Ecclesijs in quibus officium paruum B. Mariæ semper Virginis, in choro dici consueuit. Atqui fratribus Minoribus, qui ex præcepto Regulæ tenentur se conformare ritui Romanæ Ecclesiæ, & per hoc consuetudinem non faciunt, non videtur esse in præcepto, post bullam Pii v. fel. mem. Extra verò chorum, liberum est cuique pro temporis opportunitate illas dicere, vel omittere: Psalmi verò pœnitentiales, & graduales, officiumq. defunctorũ in choro dici debet sed hoc absq; vinculo præcepti, & extra omnem culpam. Qui verò alio officio, quàm Romano, in Religionibus licitè vti possunt; ad prædictum Beatæ semper Virginis Mariæ officium (iuxta dictam Pij quinti, constitutionem) & mortuorum; & septem psalmos pœnitentiales, & graduales, secundum statuta Religionis singuli clerici tenebuntur: læthaliter, si sub culpa læthali statuuntur: venialiter, si sub veniali culpa. Nec huic vltimæ determinationi obstant, quæ dixit So-

tus loco præallegato, columna 4. & Nauar. ibidem, num. vigeſ. ſecun. Immò ſi rectè inſpiciatur; idipſum, quod hîc dicitur, aſſerunt. Quod enim ab eis dicitur, huiuſcemodi ſub læthali peccato ad exoluenda prædicta teneri: intelligi neceſſariò debet, ſi per ſtatuta. ſ. Ordinis, vel formam breuiarij, prædicta præcipiantur. Quia non parere præcepto, mortiferum eſt: vt ex ſacris Canonibus patet. 14. q. 1. §. quod præcipitur. Secus verò ſi non præcipiuntur.

Nouitij an teneantur recitare officium Diuinum?

Nouitij nō tenentur recitare horas canonicas.

18 NVm verò clerici nouitij, ex ingreſſu in Religionem, ad prædicta exoluenda ſicut clerici profeſſi teneantur? communis eſt ſententia, quòd non. Licèt contrarium ſentiat Palud. d. 15. quæſtione 5. ea ratione, quia priuilegijs Religioſorum gaudent. Et licet verum ſit, prædictos gaudere priuilegio canonis, 16. quæſtione 4. Si quis ſuadente Diabolo: cum tamen nec Religionis habeant ſtatum, nec clericalem; ideò non tenentur ad prædicta: vt dixit Sanctus Anton. 3. p. 13. capite, 4. §. 1. Sylu. titul hora. quæſt. 2. Caiet. tit. hora. §. 1. Sot. lib. 10. q. 5. art. 5. de iuſt. & iur. & Nauar. de hor. cap. 7. num. 2.

Qua attentione sit recitandum Diuinum officium.

19 ET quoniam Diuinum officium, solennis oratio est, quæ inter cæteras Deo gratissima extat, & maximæ apud eum efficaciæ esse constat: meritò ita persolui curandum est, vt Deo placeat; prosit dicenti; audientes ædificet. Quod vt debitè fiat, reuerentia specialis, diligentia quoque, & honestas præcipuè requiruntur. Reuerentia nedum illa exterior, quæ attenditur; vt deuotè inclinetur, & fiat prosternatio quando facienda est. Vtque quod ab vno duntaxat in Ecclesia de more dici solet, vt capitulum, versiculi, responsoria, oratio, & huiusmodi; nudato capite dicatur. Sed multo magis interior habenda est; vt scilicet cum timore, & humilitate tanquam Deo visibiliter præsenti psallentes, deuotè, & attentè psallamus. Hoc est, quòd mens nostra voci nostræ concordet; & quod lingua foris personat, mens simul intus loquatur. Spiritus enim Deus est, & qui eum adorant, in spiritu, & veritate oportet adorare. Iuxta Saluatoris nostri sententiam. Quare Apostolus dicebat: Orabo spiritu, orabo & mēte. Etiterum. Cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino. Qui verò sine

Reuerentia exibenda in recitando officio Diuino.

Ioan. 4. 1. Cor. 15. Ephes. 5.

attentione orat: non videtur adorare in ſpiritu. Vnde ſunt illi verſus notabiles.

Ephe. 5. Non muſica cordula; ſed cor;
Non clamor, ſed amor; clamat in ore Dei.

20 Cum deuotione ergò, & attentione, (prout Dominus dederit) pſallere, & orare curandum eſt: ne nobis illud Euangelij dicatur. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Eſt autem deuotio, vt inquit S. Thom 22. q. 82. art. 1. quædam animi in alterius obſequium, applicatio. Vnde, deuotus quiſque dicitur; qui paratiſſimus, & promptiſſimus eſt, Deo obſequi, eiuſque ſubijci voluntati. Attentio verò, eſt applicatio mentis ad id, quod dicitur: vt hoc ſcilicet verſetur in corde, quod profertur in ore. Qui ergo vtiliter Deum orare, eique pſallere cupit; animum debet ad Dei ſeruitium, & obſequium applicare, ex deuotione: & mentem habere præſentem ad id, quod ore profert, per attentionem.

Matt. 15. *Eſa. 29.* *Deuotio quid ſit.* *Attentio quid ſit.*

21 Pro quorum intelligentia, triplicem eſſe ſcito, ſecumdum S. Thom. 22. q. 83. art. 13. orationis vocalis attentionem: Prima eſt, qua attenditur ad verba ſola; vt rectè ſuo ordine abſque errore pronuntientur. Secunda, qua attenditur ad ſenſum verborum. Tertia, qua attenditur ad orationis finem, qui eſt Deus & ad rem, pro qua oratur. Poteſt enim res,

Attentionis orationis vocalis triplex genus.

pro qua oratur, siue temporalis sit illa, vt sanitas, scientia, & cætera, siue spiritualis, vt gratia, & gloria; obiectum esse, seu iusta materia bonæ orationis. Vt tradidit Sotus vbi supra, art. & Nauar. vbi supra capite 21 num. 36. Ita tamen, ne adeò vehementer mens in re illa se occupet, quæ petitur; vt finem principalem orationis faciat; qui solus Deus esse debet, & non creatura aliqua. Horum autem trium attentionem per se consideratarum, sicut secunda præstantior est prima, sic tertia, vtrisque. Nam per primam ad rectè proferenda verba tantummodo attenditur; per secundam ad sensum, qui verbis præstantior est, per tertiam ad Deitatem ipsam, atque Dei bonitatem, Diuinasque perfectiones. Vnde est, quòd quandoque perfectius orent idiotæ, & simplices, qui mente inter recitandum curiæ cœlesti assistunt, Diuinam Maiestatem contemplando: quàm litterati plerique, qui ad verborum significata tantummodo attendunt, nec ad Diuina consurgunt. Supremus enim orandi scopus esse debet; cor, & mentem, quàm maximè fieri potest, Deificare. Quocirca, si possibile esset, satius semper esset, in ipsam Deitatem attendere.

Sot. de iust. lib. 10. q. 5.

22 Vnde scias; quòd licet quæcũq; dictarum trium attentionum, sufficiẽs sit ad satisfaciendũ præcepto, de recitãdo Diuinũ

Attentio in Deum est principalis.

officium, vel alias vocales preces: Qui tamen primum, vel secundum attendendi modum in orando sibi eligit; non debet illos eligere, intentione, & animo persistendi in eis, & non transeundi ad tertiũ Sed eligat eos, tanquam media ascendendi, si Deus dederit, ad tertium; tanquam ad perfectiorem. Nam si contentus esset, & sisteret in prima, vel in secunda prædictarum attentionum: & præscinderet tertiam, illam respuens, seu contemnens; non vtique satisfaceret: vt singulariter determinauit Caietanus, 22. q. 83. art. 13. quem sequitur Nauar. de horis, cap. 13. num. 33.

Attentio inter orandum quid habeat pro fine vltimo.

23 Ex qvo etiam sequitur quòd qui inter orandum in sacram Virginem, vel in alios Sanctos attendit, si hanc attentionem, seu meditationem, sumit, tanquam medium & gradum ascendendi ad contemplandam Diuinitatem, bene facit. Si verò pro vltimato sumeret fine, non vtique satisfaceret. Quinimmo idem dicendum est, de occupante mentem in meditatione sacratissimæ mortis, & passionis cæterorumque mysteriorum sanctissimæ humanitatis Christi. Nam si sanctum sit consilium, hæc inter orandum, & psallendum meditari, tanquam medium cæteris omnibus præstantius ad ascendendũ ad montem cognitionis, & fruitionis Diuinitatis altissimæ: ad Deum tamen (prout ipse dederit) erigenda

mens est. Quapropter oratio à Sanctis describitur, vt sit ascensus mentis non in Diuos, neque in alias supremas substantias, sed in Deum. Quod probat etiam Sotus, quando ait. Supremus autem scopus orandi, esse debet, cor, & mentem, quam maximè fieri queat Deificare.

24 Quod autem attentio (modo, quo supra dictum est) in oratione necessariò requiratur, non solum respectu clericorum canonicè ex præcepto psallentium, sed etiam aliorum quorumcumque voluntarias preces fundentium, ex ipsa natura rei proficiscitur. Nam, cum orare sit actus virtutis, nec cuiuslibet, sed Religionis, necesse est vt fiat, quando, vbi, & potissimè, quando fieri oportet: ijs enim circumstantiis. vnaquæque virtus vestitur. Modus autem nullus est orationis naturæ germanior, quam attentio. Et ideò mente inter orandum voluntariè diuagari, non sine peccato est. Vt vterque Thom. dixit 22. q. 83. art. 13. & Sotus, & Nauarr. vbi supra, nu. 39 Quod & illa celebri auctoritate Hieremiæ comprobatur. Maledictus homo, qui opus Dei negligenter facit. Et illa Malachiæ: Si offeratis cœcum ad immoiandum, nonne malum est? Qui enim sine attentione orat, verè maculatam rem offert Deo, & errat. Vndè Adrianus dixit, quol. 5. orationem, & sermonem Deo habi-

Attentio in oratione omnibus est necessaria.

Hier. 25.

Malach. 1

tum, & si non sit de præcepto, non debere esse contemptibilem, qualis est oratio sine attentione.

Orare sine attentione semper est peccatum.

25 Quatenus autem res ad Clericos, & Religiosos attinet, qui ex præcepto orant, & psallunt Deo, peculiariter probatur, mortaliter eos peccare, si ex professo, & deliberatè absque atentione orent. Districtè præcipimus (inquit Innocent. cap. dolentes de celeb. Miss. in virtute obedientia; vt Diuinum officium nocturnum, pariter & diurnum (quantum eis Deus dederit) studiosè celebrent pariter, & deuotè. Verba enim illa, districtè præcipimus in virtute obedientiæ, apertissimè demonstrant præcepti vim obligantis sub reatu mortali. Nec alicuius momenti est, quod dicunt Hostiensis, Archie. & summa Rosel. quòd ibi præcipiantur horæ canonicæ dicendæ: sed cætera, quæ deuotionem in recitando concernunt, non cadant sub præcepto, sed suadendo dicantur; Quod comprobare nituntur illis verbis, [Quātum eis Deus dederit.] Ità quòd præceptum ibi non videtur extendi super modū studiosè, deuotéque orandi: sed super substantiam: vt scilicet diuinum officium integrè persoluatur. Nullius inquam momenti hoc est: quandoquidem de hoc nullum erat dubium Nec de hoc suborta est quęstio in Concilio Generali: quia iam de horis integrè dicendis, ex-

c. dolētes.

tabat præceptum iampridem in Ecclesia. Et sic, per prædictum cap. dolentes nihil præciperetur. Ergò non substantia officij; sed modus illud dicendi, qui sensim in præceps ibat, curatus est, sub præcepto instaurari. Et illorum verborum [quantum eis Deus dederit] sensus est: Quòd nemo summā in orando attentionem, & deuotionē habere ex se cogitur; sed se vtique præparare debet, modo inferius dicendo, vt per seipsum non stet, quò minus Deus deuotionem maiorem, atque animi refectionem influat. Nec obstat, quòd Ecclesia de actibus animi internis præcipere (iuxta communem) & iudicare non debet: ergò neque de atentione, qui est actus internus animi. Quia hoc verum est, si huiusmodi actus per se seorsum spectentur: Tunc enim sub Ecclesiæ iudicio, quæ de exterioribus iudicat, non cadunt. Sed quatenus exterioribus actibus colligātur; benè de illis mandare, & iudicare potest. Vt dixit S. Thom. 12. q. 91. art. 4. Palud. in 4. d. 15. Sotus vbi supra lib. 10. q. 5. art. 5. & communiter omnes. Dum enim annualem confessionem mandauit: consequenter præcepit, vt mente de peccatis cogitemus, illaque in memoriam reuocemus. Sicut præcipiendo accessum ad Missam, in diebus festiuis; præcepit consequenter velle accedere. Pariter ergò præcipere potuit, attentionē: præcipiēdo canonicas

c. presbyter de celeb. Miss. & d. 92. c. fin.

Ecclesia nō iudicat de internis actibus.

horas; cum attentio, orationis naturæ natiua sit.

An inter orandum attentio interrumpi poßit absque culpa?

Attentio non debet interrumpi.

26 IN hoc autem præcepto de recitandis horis canonicis cum attentione debita; duo necessariò includuntur. Vnum scilicet, quòd attentio non interrumpatur consultò: Nihilquè consulto, & meditato agatur, vel meditetur; per quod animus à priori attentione distrahi deprehendatur. Hoc est, vt neque actualiter, siue expresè; neque virtualiter, siue tacitè; inter orandum se distrahat orans. Et alterum, quòd præsens sit attẽtio, orationi. Actuale, siue expressum propositum non attendendi habet; is qui proponit non attendere, nullo trium prædictorum modorum ad id, quod recitat. Quod raro contingit, nisi ijs, qui recitant cum Dominis, vel cum socijs balbutientibus vel suo vicio anticipantibus versus, vel sincopizantibus verba, propterquod voluntariè proponunt non attendere; sed iterum reiterare officium. Vel qui inter recitandum vident se non benè attendisse; cuius gratia deliberant amplius non attendere, ad id quod restat ad finem horæ: sed à principio iterum horam

Attentio actualis.

Sotus vbi supra.
Nau. vbi sup. num. 28.

assumere disponunt, vt facere solent scrupulosi. Hi, sine attentione, & per hoc non rectè, (vt oportet) orantes; venialiter peccabunt. Et adhuc tenebuntur sub culda mortali, recitare iterum horas prædictas.

27 Virtuale vero, siue tacitum non attendendi propositum habet; qui ex crassa negligentia ab orationis attentione se euagare comprehendit, & non procurat attendere. Ipsa enim euagatio, quæ ex negligentia crassa est, computatur, sub euagatione ex proposito. Vt ab vtroque Thoma habetur, 22. q. 83. art. 13. & Sot. in dicto art 5. Quia enim negligentia voluntaria est; ideò euagatio voluntaria reputatur, & est. Neque excusari poterit; sicut potest euagatio, quæ ex fragilitate procedit, Hæc enim non ex voluntate, sed ex impotentia proficiscitur Quod illa Sanct. Basilij, auctoritate comprobatur. [Si verò (inquit ipse) debilitatus à peccato, fixè nequis orare; quantumcumque potes teipsum cohibeas, & Deus ignoscit: eoquod non negligentia, sed ex fragilitate non potes, vt opportet, assistere coram eo.] Itemque, qui animo deliberato, se occupat in actibus exterioribus repugnantibus prædictis attentionibus recitandi; aduertendo se ob illos à necessaria attentione dilapsum Vel qui solo cogitatu voluntariè se occupat in rebus ab oratione

Attentio virtualis.

Serm. de adorando Deo.

vltro aliquid faciat, aut cogitet quod ab orationis attentione extraneum est; quousque agnoscat & inspiciat se ab attentione distrahi, semper reputabitur inaduertenter diuagari. Atque adeò excusabitur à transgressione præcepti, de debita attentione habenda, vt satisfaciat mandato. Etidem dicendum est, si aduertens se non attendere, procuret mediocriter animum retrahere. Si enim in hoc magna, vel saltem mediocris adhibeatur diligentia; & si non sequatur effectus, omnis euitabitur culpa, eritque ratio meritoria, & satisfactoria. Si verò diligentia erit minima, & non saltem mediocris: non carebit culpa veniali. Ità vt, licet sit satisfactoria præcepti, non erit tamen meritoria. Vt ex Sanct. Thoma, & alijs determinatum est, vbi supra. Si autem nulla diligentia adhibeatur, & ex negligentia crassa euagetur; ab orationis attentione se auerti comprehendens, non satisfacit præcepto.

Diligētia attentionis qua euitetur culpa.

28 Ex quibus dictis sequitur, quod si recitans Diuinum officium, non recordatur se dixisse versum, capitulum, psalmum, &c. non per hoc tenetur repetere illa; dummodò pro certo non agnoscat se illa non dixisse. Sed potius probabiliter credat recitasse illa; eò quod alias solitus est ea recitando dicere. Quod item dicendum est de sacerdote dicente

Obliuio aliquādo non obligat ad iterum recitandum.

Miſſam; qui non recordatur ſe aliquid dixiſſe, vel aliqua feciſſe ſigna. Eò quòd, qui inaduertenter diuagatur, & diſtrahitur, non deſinit præcepto ſatisfacere; modò à principio animum ſattisfaciendi habuerit.

Sequitur item ex hoc non ſatisfacere præcepto, qui agnoſcens ob variam tentationum pugnam ſe non deuotè recitare, deliberat denuò recitare, quod dixit: & cum tali intentione reiterandi proſequitur, & finit officium: licet cum mediocri attentione id faciat. Quia ſicut qui attentionem ab oratione aduertenter dimouet, non ſatisfacit præcepto de debito modo orandi, multo minus ſatisfaciet, qui tale propoſitum attendendi interrumpit, & contrarium habet. Vt dixit Nauar. de Hor. cap. 13. num. 27.

Intendens non audire Miſſā tenetur iterum audire.

29 Et hoc idem dicendum eſt de audiente Miſſam, in die feſto, qui deliberat audire eam vſque ad finem, ſed cum animo non ſatisfaciendi præcepto, quia ſibi videtur non audire eam cum tanta deuotione, quanta cuperet: vnde aliam audire proponit, vt præcepto ſatisfaciat. Hic eadem ratione præcepto non ſatisfacit, quia animum contrarium habuit, ſcilicet non ſatisfaciendi, etſi debita attentione in proſecutione officij non caruerit,

30 Sequitur inſuper: quòd qui inter recitandum

tandum canonicas horas, incipit legere vel ſcribere aliquid diuerſum ab eo quod recitat;ſi hæc deliberatè facit aduertens quid agat, ſcilicet quod debitæ attentioni vacare non poteſt: mortaliter peccabit, ſi multum in his operibus immorabitur. Quia virtualiter attentionem auertit, à parte notabili orationis præceptoriæ Niſi deliberaſſet reiterare eam officij partem, in qua talibus exterioribus actibus vacauit. Vel fortè ita diligens, & habilis eſſet, vt & Diuino attendere officio, & illis vacare operibus poſſet. Tunc enim, non peccaret læthaliter; ſed venialiter fortè ſic: ob irreuerentiam, quam Deo facit; dum abſque iuſta cauſa ſe exterioribus occupat,quando ei loquitur.

Aliquid facere inter recitandum, aliquando eſt peccatum.

31 Et ſecundum prædicta limitabis, quod Sanct. Anton.2. par. tit.9. cap.3. §. 3.dixit, illos ſcilicet qui recitant, ſe veſtiendo,calceando, & alijs actibus exterioribus ſe occupando, dignos eſſe reprehenſione, & vix ſatisfacere præcepto: quia ex propoſito ſe immiſcent actibus ab attentione auertentibus. Quæ ratio idem videtur concludere de iis,qui inter recitandum horas, colligunt herbas, inſtruunt ignem, pectunt caput, lauant manus, aptant ad ſcribendum pennas, & id genus alia. Hi ſcilicet, in huiuſmodi exterioribus actibus,mortaliter peccabunt;ſi attenta eorum babilitate,

Occupatio in recitante, quid faciat. & quando obliget ad culpam,

quæ non est eadem omnium, attendere orationi non poterunt: secùs autem de illis est, qui simul & operibus externis, & orationi debitæ quantùm sufficit, attendere possunt. Hi enim præcepto orandi (secundum omnes) satisfaciunt: quia solus ille actus corporalis, ad implementum præcepti recitandi, impedit; qui repugnat, & est impatibilis cuilibet attentioni trium prædictarum, inspecta habilitate recitantis. Quod & Sanct. Anton. non negat. Immo satis illa verba, (vix satisfacere præcepto) id ipsum demonstrant. Quod enim vix fit, fieri tamen non desinit: vt dicitur in iure. Sed horum aliqui venialiter peccabunt, ob irreuerentiam, quam Deo faciunt loquentes cum eo: cùm absque iusta ad id causa talibus sese immisceant actibus. Alii verò nullum peccatum admittunt; vt sunt qui inter recitandum se vestiunt, & exuunt, vel iter faciunt pedestres, aut equestres; ita tamen leniter, vt attendere orationi per hoc non desistant. Huiusmodi enim actus (secundum omnes) licitè fieri poterunt, modò pro viribus, recitandis precibus attendant. Qui autem horum actuum secum attentionem in orando patiatur? certa regula dari non potest: ideò arbitrio boni viri relinquendum est. Cuius muneris erit, non tantùm naturam operis externi: sed etiam modum in operando, & habi-

Cap. per catechismum, de cogn. spirit. in 6.

litatem agentis conſiderare. Poſſet enim quis induendo, vel exuendo veſtem, vel deambulando tam eſſe intentus orationi præfatæ; vt nullam culpam admittat. Et econtrà tam eſſe intentus operationi externæ; vt ſic ab orationis intentione diſtrahatur; vt vel mortaliter, vel ſaltem venialiter peccet, vt latè per Nauarr. in dicto capite decimotertio.

32 Alterum, quod in hoc præcepto includitur, eſt; quòd præſens ſit attentio orationi, hoc eſt, dum oratur, attendatur, ſaltem vno trium prædictorum modorum. Cùm enim orandi præceptum hominibus detur: neceſſarium eſt, vt non ex ſola imaginatione, vt eſt in brutis, procedat opus: ſed ex deliberatione, quæ neceſſariò attentionem requirit. Neque enim, vt benè inquit Sanct. Tho. 1.2.q.12.6.& q.12. aliquis actus meritorius; ſeu virtuoſus eſſe poteſt: niſi fiat cum deliberatione, & aliquo fine debito, Quare qui ex ſola imaginatione recitant; quales eſſe poſſunt infantes, ſtolidi, & mente capti, ſufficiente iudicio carentes, Et qui item ſolent, dormiendo à lecto ſurgere, veſtire ſe, & recitare memoriter, quæ vigilantes ſunt ſoliti recitare. Qui etiam ex ſola imaginatione abſque intentione ſatisfaciendi ſuo muneri,

Intentio ſatisfaciendi requiritur in recitando.

accipiunt breuiarium in manibus, ibique legunt horas, aut partem earum, ac si alterum legerent librum, non necessariò legendum: hi vtique minimè adimplent recitandi præceptnm nec alium ipsius orationis consequuntur effectum, cum huiusmodi actio ex sola imagitione procedens, potius brutalis, quam humana censeatur vt ex D. Tho. constat loco citato, & adnotauit Aug. Horn. 27.

Attentio in tota oratione difficilis apparet.

33 Hæc autem attentio licet necessari; sit; non tamen necessario requiritur, a satisfaciendum præcepto, in tota ora tione; vt tamdiu scilicet perseueret quamdiu oratio durat: hoc enim humanæ fragilitati esset impossibile. Et Sancta Mater Ecclesia, non tendit suis filiis laqueos, quibus irretiantur; ne onera importabilia imponit. Vt in capite de viduis. 27. quæst. 1. determina tur. Requiritur verò secundum Sanctum Tho. 22. quæst. 83. art. 13. & communem, à principio; vt cum quis ad orandum se accommodat, attendat, quid facere aggreditur: nimirum laudare Deum, & præcepto satisfacere Ideoque cum tali proposito attendendi, & vacandi Deo, & satisfaciendi præcepto; preceptam debet orationem inchoare. Ideò Palud. cum dixerit orationi necessariam esse attentionem; statim subiunxit, quod orationis attentio à principio debet esse

Oratio ab intentione ortum habet.

intenta. Hoc est, quòd oratio nasci, & inchoari debet ab intentione dicendi eam debito modo. Quæ quidem intentio, absque attentione vt diximus, esse non potest. Itaque, qui à principio talem propositum habet, satisfaciendi, scilicet præcepto, & attendendi & vacandi Dei laudibus; præcepto satisfacit: licet attentionem non habeat in tota oratione comitem. Et alios consequi poterit orationis effectus; qui secundum D. Thom. 22. quæst. 83. art. 13. communiter receptum, sunt mereri, impetrare & consolari. Et insuper vt ex eodem Thom. in 4 dist. 15. Adriano, quolibet. 2. & alijs colligitur: satisfacere pro pœna temporalia debita peccatis venialibus, vel mortalibus remissis. Licet enim tertium orationis effectum, qui est consolatio, siue spiritualis quædem mentis refectio, dulcissimaq; recreatio, quæ à colloquio cum Deo instillat, habere non possit, qui attentionem, quæ in tota oratione indiuiduus comes sit, non habet: alios tamen orationis effectus consequi poterit. Enimuero, attentio huius spiritualis refectionis causa coæua est; vt cum primum illa cesset, effectus quoque euanescat: cum huiusmodi mentis refectio, non in habitu, sed in actu Spiritualis vitæ consistat: De qua refectione intelligitur illud Sancti Pauli. 1. Cor. 14. si orem lingua, mens mea sine fructu est:

Effectus orationis qui.

Sed vt actus sit moraliter bonus, atque adeò meritorius, si in gratia fiat, apud Deum; non est simpliciter necessarium, vt attentio toti orationi coexistat sed satis est, vt qui oraturus accedit, animaduertat quid operis inchoare intendit. Tunc enim huius primariæ intentionis vis, per totam orationem virtute durat.

Quotuplex sit attentio.

Attentio duplex. actualis. & virtualis.

34 DVplex quidem attentio esse potest; actualis scilicet & virtualis: & quælibet harum (secundùm communem) sufficit ad prædicta. Actualis est, dum intendens aliquid facere, habet actum elicitum respectu eius quod facere intendit. Exempli gratia, qui vult aliquem baptizare, habet actum in se elicitum dum voluntatem habet baptizandi illum Et qui horas suas vult persoluere Deo, vt suo satisfaciat muneri: voluntatis actu suas inchoat horas, Virtualis est, quando ex primaria actuali intentione, deuenitur ad aliqua media, quæ necessariò requirũtur ad executionem eius, quod actualiter fuit primò intentũ, ad quod non procederetur, nisi actualis priùs præcessisset intentio, licèt dum ipsa media procurantur, de primaria tunc intentione actualiter minimè cogitetur. Huius exemplum ponit Scot, 2. sent. d. 41. de proponẽte ob Dei

2. sent. dist 40.

amorē, actum aliquē pœnitentiæ assumere; & postea illum exequitur: nec illum refert in Deum de quo tunc actualiter non cogitat. Actus tamen ille pœnitentiæ virtualiter refertur in Deum, quia ex primaria intentione proficiscitur. Sic item dicendum est de eo, qui vouit ire Romam ad visenda limina Apostolorum; & deinde absque eo quòd cogitet actualiter ire Romam, parat equos, & alia necessaria ad iter, arripitq; viā. Et de eo, qui proposuit dicere canonicas horas, vt suo muneri satisfaciat, & postmodum absque eo, quòd cogitet suo muneri satisfacere, accipit breuiarium suásque recitat horas. In his, & similibus, quæ ex primaria intentione consequuntur; manet vis primariæ actualis intentionis, virtute, siue virtualiter. Quia illa primaria intentio est principium, & radix omnium aliorum actuum prædictorum; atque ideò ad intentum finem primariæ actualis intentionis, virtualiter referuntur reliqua, cùm ex illa proficiscantur. Itaque actualis intentio in eo est, qui actu vult, & intendit finem: virtualis autem est in eo, qui non actualiter vult, & intendit finem sed actualiter vult media ad ipsum finem priùs actualiter intentum.

35 Hæc autem virtualis intētionis relatio, non ea tantùmmodo est, quæ ex alia speciali sequitur, vt in exemplis prædictis cō- *Meritum Religiosi in tota vi*

ea vnde oriatur.

monstrauimus: Sed ea etiam, quæ in alia generali tunc, vel antea facta, includitur. Ex quò Sanct. Bonau. 2. dist. 41. art. 1. quæst. 3. inquit, quòd Religiosus à principio ex charitate Deo vouens portare Religionis pondus, aliquam profitendo Regulam; quicquid fecerit quod ad suæ Religionis obseruantiam pertinet; ex prima intentione (modò aliam contrariam non habuerit, & si in statu gratiæ) est ei meritorium ad salutem. Vndè omnis obedientia, quam suo prælato exhibet, etiam si labor corporalis sit, pertinens ad vitæ sustentationem; omne regulare ieiunium, omnis Regularis inopia, & arctitudo; & omne bonum opus ad Regularem Obseruantiam pertinens: si in gratia fiat, est sibi meritorium ad salutem ex primaria intentione, quam habuit, Religionem profitendo: licet cum hæc exequitur, non ea ordinet actualiter in Deum. Et nomine Religiosi, intendit Gabriel, 2. dist. 41. quæst. vnica. & Nauar. de horis capite 6. num. 14. non solum eum, qui profitetur regulam factitiam: sed omnes qui alicui prælato secundum Ecclesiæ ordinationem se subdiderunt. Immo eadem ratione, quicunque statnm aliquem à Christo, aut Ecclesia approbatum propter Deum suscipiunt; quod extendi potest vsque ad statum matrimonialem. Idemque prædicti intelligi volunt, de Re-

ligione Christiana; sine qua nullus status sufficiens est ad salutem. Itaque quicunque Christianus omnia bona opera vitæ suæ aliquandò in Dei seruitio, & obsequium retulit, licèt tractu temporis operando, non cogitet actualiter de Deo: virtute tamen primariæ intentionis, (modo illi contrariam non habuerit) vniuersaliter referuntur in Deum.

36 Ex quò generaliter dicimus: quòd illud opus bonum, virtualiter refertur in Deum; cuius præcedens actualis intentio in Deum relata, aliquo modo causa est huius sequentis operis; adeò vt, non fieret, nisi illa intentio præcessisset. Et poterit agnosci, si hoc, vel illud opus virtualiter referatur in Deum, & ex præuia sequatur intentione, actualiter in Deum relata; si operans, vtputa pænitentiam aliquam agens, vel parans equos, & vestes, vel recitans officium Diuinum, (vt in exemplis supra positis) interrogatus, cur hæc faciat? Verè respondere potest per intententionem præcedentem actualiter in Deum relatam. Nempè, facio pænitentiam, ob Dei amorem, paro equos, vt limina Apostolorum visitem: Diuinum recito officium, vt muneri meo satisfaciam. Et idem dicendum est de Religioso, & de quocunque alio, qui aliquem statum assumpsit, & operatur, quæ ad eius statum pertinere agnoscuntur: vt supra di-

Opera virtualiter relata in Deum quando cognoscuntur.

Tho. Maior. Sot. ctum est. Et de hac materia latiùs videri poterunt, prædicti doctores in antedictis locis & S. Thom. 22. q. 83. art. 13. & in 2. d. 40. q. vltima. & Ioann. Maior. 4. d. 12. q. 7. Qui facultatem Parisiensem hanc in specie conclusionem determinasse affirmat. Quare & Sotus in dicto art. 5. asserit quòd ad virtualem relationem satis est, vt virtute alicuius præcedentis intentionis, vel consuetudinis fiat. Vnde si quis, dum signum campanæ ad horas datur, ad chorum de more vadit, aut priuatim faciendo id, quod solet, horas recitare incipit, & persoluit, satisfacit præcepto.

Lib. 10. q. 5.

Oratio quamuis voluntaria, attentionem requirit.

37 QVod verò de attentione diximus in recitandis horis canonicis: idem est dicendum de quacumque alia oratione, quæ per quemcunque fit, siue præceptoria sit, siue, voluntaria. Vt expresse dixit Caiet. loco allegato summæ: & antea sensit D. Tho. 2. 2. q. 83. art. 13. & notat Nau. de Hor. canon. c. 21. nu. 39. In omni enim oratione necessariò exigitur, ad hoc vt bona sit, actualis, seu virtualis intentio: adeò vt vbi desit intentio, nec meritoria, nec impetratiua sit oratio, vt dixit Sanct. Thom. 22. q. 83. art. 13.

Oratio enim actus virtutis est, sed non qualis-qualis, sed Religionis, quæ (vt idem S. Thomas. 22. q. 81. art. 6. communiter receptus ait,) maxima est moralium. Et ideò nisi fiat eo modo, & debitis circunstantijs, quibus facienda est, non bona erit sed mala. Nam omnis actus humanus, siue deliberatus, cui aliqua deest circunstantia requisitarum, est vitiosus. Vt ex eodem S. Tho. 1.2.q.7.ar. 2. & alibi probatur. & dixit Caiet. in d. q. 83. art. 13. ad tertium. Et sicut qui Principem alloquendo, non attendendo ad id, quod dicit, sed mente hàc, & illac voluntariè vagando, irreueretur, & offendit eum, ita & multò magis Regem Regum offendit, qui ipsum alloquendo, non attendit ad id, quod dicit; sed cogitatione ad diuersa voluntariè aberrando, discurrit. Nam licèt hic non ex præcepto, sed voluntariè oret, & posset absque vlla culpa, si vellet à tali oratione vacare; dum tamen orat; tenetur pro rei dignitate, modo, & circunstantijs debitis orare, ne contemptor, & irrisor apud Deum habeatur. Dixi, dum orat: quia si quis aliqua peragendo negotia, vult psalmos aliquos recitare, vt alias caueat cogitationes; non est cur vitio ei imputetur, si attentionem circa negotia, non circa psalmos habeat. Quia hoc non per modum orationis eligitur; sed tanquam mentis retinaculũ. Sed scias, quòd licèt in

Oratio etiam voluntaria requirit at tentionem

Defectus attentionis aliquando est mortalis aliquando venialis.

vtraque oratione, præceptoria scilicet, & voluntaria necessariò requiratur attentio, vt bona, & non mala sit oratio, differunt tamen in hoc. Quod si attentio orationis, aut crassa ignauia negligitur, aut voluntariè dimouetur ab oratione præceptoria, peccatum læthale est: In oratione verò voluntaria, non est, nisi veniale peccatum. Et ratio est, quia in primo casu, vbi est præceptum orandi, eodem præcipitur etiam attentio: vt ex dicto capite dolentis, de celebr. Miss. & Clement. prim. colligitur. Et facere contra præceptum, mortale est, nisi rei exiguitas excuset. Vbi autem liberè, & citra obligationem oratur; sicut non præcipitur id facere, sic nec mandatur, attentè facere; cum non entis, non sint qualitates: Ideò non peccabitur mortaliter: Vt dixit Caiet. in d. art. 13. & Sot. in articul. 4. & Nauar. in d. cap. 13. d. num. 39. & omnes summist. tit. Hor. Verum quia facit, debet hoc benè facere: ex illa regula generali, quò quicunque aliquid facit, tenetur id cum omnibus circunstantijs ad eius bonitatem requisitis, necessariò facere; ne quòd fit, malum sit. Et hoc præceptum generale, (vt benè annotauit Nauarr. de horis. cap. 21. nu. 42.) non obligat ad mortale, non concurrente secum alio speciali præcepto: alioquin omnis actus humanus malus, esset læthalis; quod est falsum, & hæreticum.

Quare distractio meditata in voluntaria oratione; nisi adsit contemptus, nũquam erit mortalis. Est & alia differentia inter has dus orationes; quòd scilicet recitans obligatoriam, aduertens se non attendere; tenetur sub culpa mortali, in termino præscripto, iterare eam pro ea parte, cui non attendit. Voluntariè autem recitans non item. vt videri potest per Nauarr. Hor. cap. 21. nu. 40.

38 Ex qua Regula generali, scilicet, quòd qui ad aliqua facienda non obligamur; tamen quoties illa facimus, ritè facere tenemur, alioqui venialiter peccabimus. Colligere poteris; quòd qui voluntaria assumunt opera, vt dicendo, aut audiendo Missam; horas canonicas; aut alias diuinas preces; peccant, non ritè faciendo hæc: quæ si omiterent, nullum committerent peccatum. Quod ideò dico, ne parui faciamus, venialiter peccare: cum per hæc opera, quæ venialia sunt peccata, & gratiæ gratum facientis impediatur incrementum, & pœna prius debita augeatur, & multa perdantur bona. Per veniale enim peccatum (inquit Gerson, alphab. 32. lit. T.) acquiritur pœna, perduntur multa bona alia quæ fieri possent, & grandia merita, quæ possent lucrari; & ruitur citius in peccata mortalia, hæc illo. Hinc est, vt oratio, cui intentio aduertenetr deest; nec meritoria, nec

Orationes voluntariæ aliqaando sunt cum peccato.

Veniale peccatum quid faciat.

impetratiua ſit. Vnde Diuus Gregorius ait; Illam orationem Deus non audit; cui, qui orat, non intendit. Quià nullus actus malus referibilis eſt in Deũ: vt dixit Gabriel. 2. diſt. 41. quæſt. vnica. rubr. 2. cuiuſmodi eſt iſte, & omnis actus debitis carens circumſtantijs. Quare curandum eſt vt debitis circumſtantijs fiat, quod voluntariè faciendum aſſumitur: vt Deo placeat, & non obſit, ſed proſit operanti.

De diligentia habenda in officio diuino.

Diligẽtia in recitandis horis, in quo conſiſtat.

39 Diligentia etiam in diuino officio habenda eſt: quæ in ſtrenuitate corporis, prudentíque ſollicitudine probatur. Strenuitas corporis, inertiam fugat torporis; & dormitiones, quas pigritudo nutrit, non patitur. Prudens verò ſollicitudo, prouidentiam habet reſpectu rerum prouidendarum, & dicendarum: vt tempore opportuno, libri & cætera ad diuinum officium neceſſaria præparentur: vt cùm dicenda fuerint, debito tunc modo dicantur. Debitus autem legendi, & cantandi modus eſt, vt nec nimia fiat, aut inæqualis protractio; ſed cum pauſantibus ſtatim pauſetur: vt vox vnius, vix inter alias diſcerni poſſit. Habet & cautelam, quæ

occasiones vitat eorum, quæ diuinum officium impediunt. Quare dum officium quis dicit, non debet studere, aut per libros respicere; nec alicui (si vitari possit) occupationi vacare.

Qua honestate sit psallendum.

40 Honestas verò in choro, in exteriorum actuum grauitate; & corporis decenti, & vniformi dispositione, accipi potest. Sanè in populo graui laudatur Deus. Grauitas autem inquietudinem, dissolutionem, & tumultum excludit. Inquietudo in motu membrorum consistit, siue caput circumagendo; siue circumspiciendo per chorum, siue manus fricando, vel librorum folia curiosè voluendo, siue pedibus strepitum faciendo, siue discurrendo friuolis occasionibus per chorum, seu frequenter inde exeundo. Dissolutio verò in verbis, aut risu considerari potest, & etiam in cantu: Vt si quis puncta ad libitum diminuit, vel addit, & in falsettum vocem extollit: vanissimum enim est ijs in choro dissolui, & ab vnitate psallentium recedere. Tumultus per vocis susurrium: per importunitatem spuendi, seu excreandi, seu per impetuosam eleuationem, seu depositionem sedilium, fieri solet, quæ omnia euitan-

Honestas in recitandis horis in quo consistat.

da sunt. Et etiam sibilosa oratio, quæ sæpè deterior, impedit meliorem.

Dispositio corporis in recitandis canonicis.

41 Honestas verò, quod ad corporis dispositionem, attendenda est, vt decenter sine vaga, & turpi dispositione, fratres sint in choro. Vaga quando nunc segniter sedent, nunc stantes quidem hac, & illac, quadam languentium exagitatione se girant. Nunc ad statuæ instar, velut sui obliti, nec ad altare ante inceptum officium oraturi se vertunt. Nunc nudato etiam aliquando capite circumquaque, vt ceruus in saltu, girouagando aspectibus, oculos in aduenientium, vel in astantium vultus infigunt, suoque indisciplinato intuitu collateralium aliquando etiam orationem impediunt. Turpis erit, si sint ibi molliter, aut remissè, brachijs, tibijsque resolutis, in stallis suis se notabiliter incuruando, aut in partem vnam vel alteram protenso corpore accubando, vt lecti mollitiem, quærere videatur. Indecens ergò quæ vaga, & turpis est dispositio, immò difformitas, vbique, sed maximè in Diuino officio, conuentu existente, cuitanda est. Honestos enim per omnia exigit mores, conuentualis honestas. Hæc ex S. Bonau. in Specul. disciplin. Aduertant ergò clerici, quòd prout magis, vel minus in prædictis offenderint, sic à Diuina iustitia, magis, vel minus multabuntur. Sunt enim ipsæ septem

horæ Canonicæ, Matutina scilicet, & Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespertina, & Completoria, institutæ ad laudandum Deum pro exhibitis nobis beneficiis: iuxta illud psalmi, septies in die laudem dixi tibi. Vt sic septies orando per diem illud repræsentetur beneficium creationis septem diebus completũ, & illud redẽptionis, septem horis consummatum. Vt illic versibus innotescit. *Psal. 118.*

Hæc sunt septenis, propter quæ psallimus horis.
Matutina ligat Christum, quia crimina purgat.
Prima replet sputis, causam dat Tertia mortis.
Sexta cruci nectit: latus eius Nona bipertit.
Vespera deponit: tumulo Completa reponit.

Et ideò cum magna deuotione, & reuerentia persolui debent: vt gratiarum actio acceptabilis Deo sit, & nobis prosit ad meritum.

Laici verò dicant vigintiquatuor. Pater noster pro Matutino; pro Laudibus quinque, pro Prima, Tertia, Sexta, & *Tex.*

Nona, pro qualibet istarum septem, pro vesperis autem duodecim; pro completorio septem; & orent pro defunctis.

42 IMposito clericis, & præscripto modo dicendi diuinum officium; modus nūc fratribus laicis præscribitur; quomodo pro suo posse, cum literati non sint, Deum debeant collaudare: qui est, vt dicant Pater noster. Quæ oratio licet breuis sit, ipsa tamē cœlum penetrat, & tantò virtuosiùs, & efficaciùs præ alijs quātò ab ipso Domino Iesu Christo immediatè data, & tradita Apostolis fuit. Num autem laici fratres ad prædictos Pater noster, persoluendos obligatoriè teneantur? Sunt qui dicūt, quòd non. Quoniam in Regula non ponitur verbum aliquod præceptiuū; neque aliud, per quod constet, hoc eis esse obligatoriè impositum. Nec item Clem. V. aliquid de fratrum laicorum determinauit officio, sed tantùm de diuino offiicio clericorū meminit, quod inter æquipollentia compuputauit. Verùm quia à principio Ordinis obligatorium id esse fratribus laicis æstimatum est; & consuetudo optima legum interpres est. Vt docet Panhor. in cap. fin. de consuet. & D. Tho. 12. q.97. art. 3. & Summist. tit. consuet. Ideò tenendum est, obligatorium esse laicis, tot Pater noster persoluere, quot à

Laici an teneantur ad dicendum Pater noster.

Regula præscribuntur.

An autem tot etiam Aue Maria dicere teneantur quot Pater Noster?

43 Videtur dicendum, quòd non; cùm nec in Regula de salutatione Angelica fiat aliqua mentio, nec quicquam de ea decernat Pontificia declaratio. Sed fortè ex consuetudine, (licèt non ex Regula) aliqualiter tenentur; cùm totidem in ordine Aue Maria, quot Pater noster dici consueuerit. Ideò Specul. numerans æquipollentia dixit: quòd fratres laici tenentur dicere tot Pater noster, & Aue Maria. Nec numerum cuique horæ præscriptum, credendum est vacare mysterio. Voluit enim Pater Sanctus, quòd 24. Pater noster pro matutino dicerentur: quoniam per nocturnale officium, quo tempore acceptissimum Deo est sacrificium laudis, ciuium supernorũ repræsentantur excubiæ. *Matutinũ laicorum quare cũ 24. Pater noster.*

44 Atqui seniores ante thronum, & sedem Dei se prosternentes, & coronas suas ponentes ante pedes sedentis super thronum, 24. sunt. Meritò ergo numerus 24. Pater noster imponitur. Sic mysteriosè petendo meritis ciuium supernorum: qui prædicto 24. seniorum numero designantur, exaudiri, & adiuuari à Domino. Vel quia 24 sunt horæ naturalis diei, oratio istius numeri, petit remedium temporis vniuersi. [Pro laudibus quinque] quia sicut matutinum officium, *Laudes cum quinque Pater noster.*

laudes signat ciuium supernorum; sic officium laudum, cultum signat militantis Ecclesiæ à primo ipsius mane, vsque ad claram lucem, quam in fine sæculi expectamus. Atqui in hoc differunt hierarchiæ, quia illa cælestis ciuium supernorum laudat Deum intellectu; sub cælestis verò militantis Ecclesiæ per sensibilia symbola, dum auditus laudat Altissimum in musicis, & canticis; Visus in pulchritudine, & ornatu; Tactus in suauium tangibilium contactu, & in obsequijs diuinis; Gustus in saporosa gustabilium suauitate & dulcedine; Odoratus in suaui odorum fragrantia; meritò quinque eis Pater nôster indicuntur. Vt scilicet omnibus quinque sensibus, ex sensibilibus, quasi sensibiliter discant, Dominum orbis laudare.

45 [Pro prima] qua Dominus noster Iesus Christus ad Pontifices ductus est: [Tertia] in qua accusatus, & iudicatus est: [Sexta] in qua fuit crucifixus: [& Nona] in qua mortuus est; pro qualibet istarum horarum, septem. Vt septiformis Spiritus sancti gratia, meritò passionis Dominicæ eis donetur. [Pro vesperis duodecim] fortè ideò, quia laudibus vespertinis, mundi vespera, seu vltima mundi ætas repræsentatur; in qua filius Dei factus homo, quasi clarissima dies duodecim sibi horas, in duodecim

Numeri duodenarij mysterium.

Apoſtolis copulans, illuxit nobis. Iuxtà illud Ioan. 11. Nonne duodocim horæ ſunt diei? Vel quia in eius aduentu omnes duodecim articuli fidei, qui ſub veteris legis figuris detinebantur abſconditi, in duodecim nominibus filiorum Iſrael, ſculptis in duodecim lapidibus prepoſitis ſuper pectus ſummi Sacerdotis. In duodecim panibus propoſitionis. In duodecim vitulis æreis, qui erant baſes maris ænei, quod Eccleſiam deſignabat quaſi in clariſſimo illuxerunt die, factiquè ſunt manifeſti. Et ita apertè in Dei Eccleſia clari, & ſplendentes facti ſunt, ſublatis veteris legis velaminibus. Vt mulier Apocalipſis corona duodecim ſtellarum dicatur coronata: quia tanquam ſplendiſſimæ ſtellæ, dicti duodecim articuli Fidei ſunt in Eccleſia Dei. *Exod. 28.* *Leu. 24.* *3. Reg. 7.*

[Pro completorio ſeptem.] fortè, quia per eum conſommatio omnium deſignatur; vt ſic ſeptem Spiritus ſancti dona eis donentur, quibus meritum eorum conſumetur, & fiat perfectum. Vel quia per completorium, præſentis vitæ finis, in quo meritorum retributio recipienda eſt inſinuatur. Ideò ſeptem Pater noſter indicuntur; vt per illos, deſiderium æternæ beatitudinis, quo vrgentur, myſticè deſignetur. Ipſa enim beata ciuium cœleſtium requies, ſeptimo die ſignificatur; in quo Deus requieuit ab omni creationis opere. Huic diei Moſes veſperam *Completoriū laicorum.*

non adſcripſit, cùm cæteris ſex diebus adſcripſerit ; vt non ſolùm agnoſcatur in cæleſti illa beatitudine perfectiſſimam, & indicibilem eſſe requiem ; ſed hanc ęternam, ſine veſpera, ſine fine. Item in ſeptem beatificis dotibus conſiſtit ; in tribus ſcilicet animæ : vt eſt viſio beatifica, fruitio, & poſſeſſio. Et in quatuor corporis: vt eſt agilitas, ſubtilitas, claritas, impaſſibilitas. Meritò ergò numero ſeptenario, ſeptem ſcilicet Pater noſter ; ſignificatur, & petitur.

Laici tenentur orare pro defunctis.

46 Indicitur item ſpecialiter fratribus laicis, vt orent pro defunctis : quia & hoc clericis iam impoſitum eſt ; ex eo, quòd ad Diuinum officium perſoluendum aſtringuntur. In eo enim pro defunctis oratur ſingulis horis canonicis ; præter determinata tempora, in breuiario aſſignata. Ideò hîc ſpecialiter idipſum fratribus laicis faciendum imponitur. Quid autem, & quomodo orare pro defunctis teneantur, cùm neque ex Regula, neque ex declaratione Pontificum aliquid certum, determinatum habeatur : orare debent ſecundum quod à prælatis, vel ſtatutis generalibus, ſeu prouincialibus determinatum fuerit. Et vbi hæc non adeſſent, relinquitur voluntati ipſorum ; vt aliquid ſpecialiter quolibet die recitent, vel orent pro defunctis.

Quia licèt in prima Regula cap. 8. diceretur, vt septem Pater noster dicerent fratres laici quolibet die pro defunctis, cùm non ad illam Regulam teneantur, laudabile tantùm, non necessarium erit illos dicere. Ideo in hoc, consuetudini per omnia stetur: & eo obseruetur modo, quo consuetudo habet.

47 Aduertant tamen fratres laici: ideò tam breue officium ex Regula eis esse impositum: vt sic mentali orationi se ampliùs exerceant, & operi manuali pro communitatis seruitiis, se occupent. Vt sic seruitijs communitatis fideliter se exercentes: meritò valeant ex eleemosynis, cum cæteris fratribus sustentari. Vt dixit Serc. conscien. q. 47. Bartho. Pisan. Petrus Ioann. & cæteri in cap. 3. Quare qui otio vacant; impelli debent à suis superioribus: ad laborandum. *Laici breue habent officium.*

ET ieiunent à festo omnium sanctorum vsque ad Natiuitatem Domini. Sanctam verò Quadragesimam, quæ incipit ab Epiphania, vsque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus suo sancto ieiunio consecrauit: qui voluntariè eam ieiunant, benedicti sint à Domino: & qui nolunt, non sint astricti, sed aliam vsque ad Resurrectionem Domini, ieiunent. *Tex.*

Alijs autem temporibus, non teneantur, nisi sexta feria ieiunare.

48 ORdinatis ad Deum fratribus, per exercitia, & opera directè in eum tendentia: vt sunt Diuinæ laudes, & orationes. Eosdem nunc Pater Sanctus ad eumdem Altissimum, & ad seipsos per propriorum mortificationem membrorum, ordinat ex ieiunio. Quare obligatoriè, (vt ex Clem. V. habetur) professis fratribus imponit, vt singulis sextis ferijs anni; & à festo omnium Sanctorum, vsque ad Domini natiuitatem, ieiuneut. Quod exclusiuè secundum omnes, intelligitur. Nec enim ipso omnium Sanctorum die, nec in ipso Domini natali, ieiunandum est. Nisi ipse natalis dies, sexta feria venerit. Tunc enim ieiunare tenemur respectu sextæ feriæ, in qua ex voto ieiunare debemus: non autem respectu quadragesimæ omnium Sanctorum nobis ex Regula præceptæ. Nam cæteri Christiani: qui fortè ex voto in die Veneris ad ieiunandum se astrinxerint: ieiunare tenentur in die natalis Domini, occurrente in sexta feria; licet absquè eo voto, licitè carnibus vesci possint. Vt per Doctores latè habetur cap. fin de obser. ieiun. & per summistas tit. ieiunium.

Quando sit ieiunãdum in die natalis Domini.

An

An Quadragesima Resurrectionis Dominicę, sit fratribus pręcepta ex Regula?

49 NVm verò fratres professi, praeter generale Ecclesiae praeceptum, ex Regula teneantur Resurrectionis Dominicae Quadragesimam ieiunare? Sunt, qui partem astruunt negatiuam, quòd non. Nam licèt Clem. V. art. 5. expressè asserat, huius Regulae professores teneri ad ieiunandum Quadragesimam, omnibus Christicolis communem: non tamen asserit ex vi Regulae ad illam obligari. Et multa sunt in Regula ex iure Diuino, & Ecclesiastico obligatoria; quae tamen ex vi Regulae non obligant specialiter. Immò dum idem Clem. art. 2. aequipollentia praeceptis enumerauit regularia; de ieiunio a festo omnium Sanctorum vsque ad natiuitatem Domini, & de sextis feriis tantùm specialiter est locutus; nihil omninò dicens de Quadragesima vniuersali: ergò ad eam ex vi Regulae non videmur teneri. Communiter tamen Regulae expositores, tam qui ante declarationes Nicolai, & Clementis extiterunt, quàm qui post illas, & communiter Sancti Patres, & Doctores Ordinis, ab initio huc-vsque semper intellexerunt, & docuerunt,

Ieiunium Quadragesimae an praecipiatur ex Regula.

ad dictam nos Resurrectionis Dominicæ quadragesimam ex vi Regulæ teneri. Et sic tanquam communiùs, & probabilius tenendum esse censeo. Et videtur illis Regulæ verbis probari (Alijs autem temporibus non teneantur, nisi sexta feria ieiunare.) Non enim ista verba intelligi possunt absolutè, quòd fratres .f. non teneantur ad alia ieiunia, à supradictis in Regula. Hoc enim esset contra determinationem Clem. V. in dicta constitutione, Exiui de paradiso, art. 5. Vbi dicitur, per hoc nos non absolui à ieiunijs ab Ecclesia constitutis. Sunt enim alia ieiunia Ecclesiæ, vt vigiliæ, & quatuor tempora; ad quæ secundùm constitutionem prædictam, ex præcepto tenemur Ecclesiæ. Cùm ergò prædicto modo intelligi dicta verba non possint: necessariò intelliguntur, quòd fratres non teneantur ex vi Regulæ ad alia ieiunia, quàm ad ea, quæ in Regula expressa sunt. Et quia in ipsa Regula, quadragesimæ, omnium Sanctorum, Resurrectionis Dominicæ, & sextæ feriæ ieiunia indicuntur: ad ea ergò ex ipsa Regula videmur astringi.

50 Vnde Sanct. Bon. in hoc 3. capite inquit. (De triplici quadragesima hic loquitur Sanct. Franciscus, duas præ[illegible] imponens, tertiam ad deuo[illegible]xcitationem suadens. Tres si[illegible] leguntur viri, quadraginta die-

[illegible]adra[illegible]imæ [illegible] cele[illegible]bres.

bus continuò ieiunasse, Moyses scilicet, Elias, & ipse Dominus. Prima Moysis quadragesima, refertur ad peccata præterita expianda, Secunda, Heliæ, ad futura eminentia præcauenda, Tertia, Saluatoris, ieiunium gaudii significat, vbi cor tantis spiritualibus reficitur deliciis, vt pœna sit vacare mensis, & delectabile sit ieiunare. Nam ieiunatur, non vt corpus affligatur, sed ne interrumpatur deuotio quia spiritus recreatur. Idcirco S. Frãciscus, duas quadragesimas præcipiendo imposuit, tertiam verò cum benedictione Domini suasit. Sciebat enim deuotione tantùm, non aliqua coactione, hoc ieiunium gaudii, adimpleri debere.) hæc ille. Ex quò, non tantùm habes duas nobis præceptorias quadragesimas ex ipsa Regula imponi; sed rationem item cur tantùm duæ præcipiantur, tertia verò suadeatur. Quoniam illæ duæ mœroris ieiunium respiciunt, quo caro affligitur ad delenda peccata præterita, & precauenda futura: tertia verò non mœroris, sed gaudii ieiunium intuetur. Quod cùm ex instinctu Spiritus sancti procedat, qui est Spiritus libertatis, ideò non præcipi, sed suaderi tantummodo debuit.

Exod. 24.
3. Reg. 19

51 Nec obstat, quòd Clem. predictus, prefatã Dominicæ Resurrectionis quadragesimã, inter æquipolẽtia præceptis, nõ enumerauit, satis enim hoc explicuisse videtur art. 5. illis verbis. (cũ duobus temporibus

Obiectioni tacitæ respondetur.

annotatis in Regula à festo omnium Sanctorum, vsque ad Natiuitatem Domini, & maximè quadragesimæ in quibus ieiunare tenentur. (his enim verbis innuitur, quòd prædicta ieiunia ex vi Regulæ ieiunare tenemur, cùm in ipsa Regula annotentur. Non enim in ipsa Regula, Dominicæ Resurrectionis, quadragesima fuisset apposita: sicut nec Vigiliæ, nec quatuor tempora apponuntur, si ad eam, sicut ad ista ex præcepto Ecclesiæ tantùm nos voluisset esse obligatos. Et confirmatur hoc: quia idem Clemens V. postquam 12. illa æquipollentia explicuit, subiunxit, quòd vbi in Regula reperitur hæc vox, (teneantur) habet vim præcepti ex Regula. Atqui in Regula ponitur hoc verbum (teneantur,) dum agitur de ieiunio omnium Sanctorum, quadragesimæ, & sextæ feriæ, vt suprà dictum est, ergò ex vi Regulæ ad prædictam Resurrectionis Dominicæ quadragesimam obligamur.

52 Ex quo sequitur, quòd secundùm Sanct. Tho. 22. quæst. 147. art. 4. & communiter Doctores: in 4. d. 15. non tenetur quis ex præcepto Ecclesiæ ad ieiunium, nisi post finem tertij septennij idest, post vigesimum primum annum. Quoniam ob debilitatem naturæ frequenti indiget cibo, & non multo simul sumpto, & multo item vsque ad id tempus, quisque indiget nutrimento,

Tempus & ætas ieiunij.

ob necessitatem augmenti, quod fit ex residuo alimenti. Verùm quia, vt idem Sanct. Tho. 4. sent. d. 15. quæst. 2. quæstiuncula 2. Palud. Duran. & cæteri ibidem, & Sylu. tit. ieiunium, nu. 18. dicunt vires naturales non currunt semper in omnibus eodem modo, sed aliqui citiùs perueniunt ad finem augmenti, & alij tardiùs: ideò non præcisè sunt illi anni ad punctum attendendi, sed vel citiùs, vel tardiùs obligant saltem ad aliqua ieiunia, ad arbitrium boni viri. Quod item de senibus dicendum est. Et ideò consilio confessoris relinquitur, qui, & quot dies ieiunare debeant. Tamen huius Regulæ professi, licèt dictam ætatem vnius & viginti annorum non attigerint, tenentur ieiunare quadragesimam & alia ieiunia in ipsa Regula præcepta ex voto particulari, & præcepto ipsius Regulæ. Ad cætera autem ieiunia, tenentur sicut cæteri Christiani. Nam cùm ad illa non obligentur ex Regula, remanet Ecclesiæ obligatio tantùm: ergò non aliter nisi eo modo quo cæteri Christiani eiusdem ætatis ad prædicta tenentur. Ex decentia tamen, debent professi ea omnia integrè ieiunare. Sciant tamen fratres, quòd ideò Epiphaniæ ieiunium tanquam ieiunium gaudij, non mœroris, minimè nobis præcipitur sed cum diuinæ benedictionis promissione, nostræ deuotioni relinquitur: vt nos per

Professi adolescentes tenentur ex Regula ieiunare.

hoc discamus nos ipsos animare, & exercere, ad alia specialia vltra nobis iniuncta. Et licet per hoc liberum sit fratribus, talem Epiphaniæ quadragesimam ieiunare, vel non: si tamen à suo prælato ex causa ad id sufficiente, tale alicui subdito ieiunium imponatur: tenetur subditus illud acceptare. Quoniam multa sunt; vt dixit Gerson, in regul. mor. 2. par. de cognitione venialis peccati, & mortalis, alph. 32. conside. 6. ad quæ homo non tenetur simpliciter, aut regulariter; ad quę tamen ex causa, aut ex sua culpa obligari quandoque potest. Quando autem causa sufficiens censenda sit, ad imponendum alicui tale ieiunium, prælatorum est, non subditorum iudicare. Et periculosum est subditis, proprium in his sensum pertinaciter sequi, contra mandata superiorum. Et vitium singularis relaxationis, & fortè scandali erit; si quis nollet ieiunare absque aliqua iusta ad id causa, tota communitate ieiunante, vel abstinente à carnibus. Hoc tamen ieiunium, cùm ex Regula cuique liberum relinquatur; non potest generaliter, ad semper omnibus imponi. Vt de hoc latiùs dicetur infra cap. 10.

Ieiunium Epiphanię potest à prælato fratribus imponi.

Quibus cibis debemus vti in ieiunio.

53 ET quoniam de ieiunio est sermo, non inutile fore existimaui, quin-

quę hîc de hac materia annotasse. Primùm, quòd in omni Ecclesiastico ieiunio, esus carnium interdictus est, secundùm D. Thomam in eadem quæst. 147. art. 8. ad 3. & communiter Doctores. Esus autem ouorum, & lacticiniorum, & eorum omnium, quæ à carnibus sementinam originem trahunt, tantùm in quadragesima, non in aliis interdicitur ieiunijs: vt habetur in c. denique d. 4. Ex quo sequitur, quòd alia ieiunia à quadragesima, licitè ieiunnari possunt (& est verum ieiunium) in ouis, & lacticiniis, & aliis citra carnem. Tamen, quia in ieiuniis, secundùm Sanct. Hiero Ambr. & Aug. in c. illa, &c. vtinam d. 12. & communiter Doctores 4. sent. d. 76. regionis seruanda est consuetudo: ideò prædicta, citra quadragesimam, licitè comedi poterunt vbi consuetudo hoc habet. Vbi verò talis consuetudo non est, non poterunt licitè comedi. Et frangeretur ieiuniũ 2. Sil. §. 15. Nauar. in manua. c. 21. à nu. 11. Tolet. lib. 6. instruct c. 2. & communiter DD. cum consuetudo in hoc, vim legis habeat secundùm Medinam tract. 4. de pœnit. & omnes.

Qua hora sit comedendum in ieiunio.

54 SEcundum, seruandum esse horam refectionis; quæ secũdum S. Tho. *Nota 2. Hora comedendi*

tempore ieiunij.

vbi supra, art. 7. est, vt cibus circa horam nonam, hoc est tertia hora post meridiem, non antea sumatur. Eo enim tempore communiter homines comedebant hora sexta, hoc est, in meridie: & ieiunantes comedebant hora nona, in qua hora Christus expirauit. Ex eo autem quòd hodie homines communiter comedunt hora tertia; factum est ex communi consuetudine, vt ieiunantes comedant hora sexta hoc est iuxta meridiem. Siue vesperarum officium sit celebratum, siue non, cùm consilij tantùm sit, non præceptum (secundùm multos) expectare per solutum officium vespertinum. Et tutò circa meridiem, ob prædictam communem consuetudinem refectio a ieiunantibus sumi potest. Quia licet per c. solent. de conse. d. 1. secundùm magis communem sententiam hora ieiunandi esset in præcepto, sicut non plus, quàm semel in die comedere, & a cibis vetitis abstinere; & hæc hora, esset hora nona, idest tertia hora post meridiem. Tamen ex ipsa consuetudine sublatum est tale preceptum comedendi hora nona Et hoc est quia cùm materia ista ieiunii sit iuris, positiui, sicut consensu vtentium firmatur, ità contraria consuerudine infirmatur, & tollitur: vt annotauit Caiet. in dicto art. 7. Humanę enim leges ex intẽtione eas cõdentiũ robur habẽt: ac proinde sicut legislator cũ legẽ facit, si animũ obigandi

non habet, non obligat lex: ita post legem conditam, si animum obligandi deponat, non ampliùs obligabit lex. Cùm igitur inducta consuetudine legi contraria, sciente legislatore, et non puniente inobedientes, nec contradicente verbis, iustè præsumatur legislatorem legis rigorem relaxare: perindè est, ac si dispensaret. Et ita fit; vt per huiusmodi consuetudinem, homines ab humanis legibus excusantur. Vt benè dixit Medina vbi suprà, quæst. 8. Et indè est, quòd licèt S. Thomæ temporibus, ieiunantes sumerent cibum tertia post meridiem hora, iuxta canonem prædictum; hodie tamen circa meridiem ex consuetudine scita, & tolerata, seu potiùs approbata ab Ecclesia, licitè sumi potest. Nec enim Ecclesia excommunicatione punit tali hora comedentes; nec verbo prohibet, nec prædicat eos malè facere.

Præuenire horam ieiunij est quandoq; mortale.

55 Notabiliter autem horam ieiunij absque rationabili causa præuenire (quicquid aliqui dicant) mortalis erit culpa; secundùm magis communem Doctorum sententiam. Quod cōuincitur ex hoc: quia communis animi conceptus Christianorum est, quòd comedens in die ieiunij sūmo manè, minimè ieiunat. Quod patet indè; quia quilibet Christianus videns aliquem in die ieiunij summo manè comedentem, dicit, iste non ieiunat,

Alijs autem temporibus, non teneantur, nisi sexta feria ieiunare.

48 ORdinatis ad Deum fratribus, per exercitia, & opera directè in eum tendentia: vt sunt Diuinæ laudes, & orationes. Eosdem nunc Pater Sanctus ad eumdem Altissimum, & ad seipsos per propriorum mortificationem membrorum, ordinat ex ieiunio. Quare obligarorie, (vt ex Clem. V. habetur) professis fratribus imponit, vt singulis sextis ferijs anni; & à festo omnium Sanctorum, vsque ad Domini natiuitatem, ieiunent. Quod exclusiuè secundum omnes, intelligitur. Nec enim ipso omnium Sanctorum die, nec in ipso Domini natali, ieiunandum est. Nisi ipse natalis dies, sexta feria venerit. Tunc enim ieiunare tenemur respectu sextæ feriæ, in qua ex voto ieiunare debemus: non autem respectu quadragesimæ omnium Sanctorum nobis ex Regula præceptæ. Nam cæteri Christiani: qui forrè ex voto in die Veneris ad ieiunandum se astrinxerint: ieiunare tenentur in die natalis Domini, occurrente in sexta feria; licet absquè eo voto, licitè carnibus vesci possint. Vt per Doctores latè habetur cap. fin de obser. ieiun. & per summistas tit. ieiunium.

Quando sit ieiunãdum in die natalis Domini.

An

An Quadragesima Resurrectionis Dominicæ, sit fratribus præcepta ex Regula?

49 NVm verò fratres professi, præter generale Ecclesiæ præceptum, ex Regula teneantur Resurrectionis Dominicæ Quadragesimam ieiunare? Sunt, qui partem astruunt negatiuam, quòd non. Nam licèt Clem. V. art. 5. expressè asserat, huius Regulæ professores teneri ad ieiunandum Quadragesimam, omnibus Christicolis communem: non tamen asserit ex vi Regulæ ad illam obligari. Et multa sunt in Regula ex iure Diuino, & Ecclesiastico obligatoria; quæ tamen ex vi Regulæ non obligant specialiter. Immò dum idem Clem. art. 2. æquipollentia præceptis enumerauit regularia; de ieiunio a festo omnium Sanctorum vsque ad natiuitatem Domini, & de sextis feriis tantùm specialiter est locutus; nihil omninò dicens de Quadragesima vniuersali: ergò ad eam ex vi Regulæ non videmur teneri. Communiter tamen Regulæ expositores, tam qui ante declarationes Nicolai, & Clementis extiterunt, quàm qui post illas, & communiter Sancti Patres, & Doctores Ordinis, ab initio huc-vsque semper intellexerunt, & docuerunt,

Ieiunium Quadragesimæ an præcipiatur ex Regula.

ad dictam nos Resurrectionis Dominicæ quadragesimam ex vi Regulæ teneri. Et sic tanquam communiùs, & probabilius tenendum esse censeo. Et videtur illis Regulæ verbis probari (Alijs autem temporibus non teneantur, nisi sexta feria ieiunare.) Non enim ista verba intelligi possunt absolutè, quòd fratres .s. non teneantur ad alia ieiunia, à supradictis in Regula. Hoc enim esset contra determinationem Clem. V. in dicta constitutione, Exiui de paradiso, art. 5. Vbi dicitur, per hoc nos non absolui à ieiunijs ab Ecclesia constitutis. Sunt enim alia ieiunia Ecclesiæ, vt vigiliæ, & quatuor tempora; ad quæ secundùm constitutionem prædictam, ex præcepto tenemur Ecclesiæ. Cùm ergò prædicto modo intelligi dicta verba non possint: necessariò intelliguntur, quòd fratres non teneantur ex vi Regulæ ad alia ieiunia, quàm ad ea, quæ in Regula expressa sunt. Et quia in ipsa Regula, quadragesimæ, omnium Sanctorum, Resurrectionis Dominicæ, & sextæ feriæ ieiunia indicuntur: ad ea ergò ex ipsa Regula videmur astringi.

Quadragesimæ tres celebres.

50 Vnde Sanct. Bon. in hoc 3. capite inquit. (De triplici quadragesima hîc loquitur Sanct. Franciscus, duas præceptorias imponens, tertiam ad deuotionis excitationem suadens. Tres siquidem leguntur viri, quadraginta die-

bus continuò ieiunasse, Moyses scilicet, Elias, & ipse Dominus. Prima Moysis quadragesima, refertur ad peccata præterita expianda, Secunda, Heliæ, ad futura eminentia præcauenda, Tertia, Saluatoris, ieiunium gaudii significat, vbi cor tantis spiritualibus reficitur deliciis, vt pœna sit vacare mensis, & delectabile sit ieiunare. Nam ieiunatur, non vt corpus affligatur, sed ne interrumpatur deuotio quia spiritus recreatur. Idcirco S. Frãciscus, duas quadragesimas præcipiendo imposuit, tertiam verò cum benedictione Domini suasit. Sciebat enim deuotione tantùm, non aliqua coactione, hoc ieiunium gaudii, adimpleri debere.) hæc ille. Ex quò, non tantùm habes duas nobis præceptorias quadragesimas ex ipsa Regula imponi; sed rationem item cur tantùm duæ præcipiantur, tertia verò suadeatur. Quoniam illæ duæ mœroris ieiunium respiciunt, quo caro affligitur ad delenda peccata præterita, & præcauenda futura: tertia verò non mœroris, sed gaudii ieiunium intuetur. Quod cùm ex instinctu Spiritus sancti procedat, qui est Spiritus libertatis, ideò non præcipi, sed suaderi tantummodo debuit.

Exod. 24.
3. Reg. 19

51 Nec obstat, quòd Clem. prędictus, pręfatã Dominicæ Resurrectionis quadragesimã, inter æquipolẽtia præceptis, nõ enumerauit, satis enim hoc explicuisse videtur art. 5. illis verbis. (cũ duobus temporibus

Obiectioni tacitæ respondetur.

annotatis in Regula à festo omnium Sanctorum, vsque ad Natiuitatem Domini, & maximè quadragesimæ in quibus ieiunare tenentur. (his enim verbis innuitur, quòd prædicta ieiunia ex vi Regulæ ieiunare tenemur, cùm in ipsa Regula annotentur. Non enim in ipsa Regula, Dominicæ Resurrectionis, quadragesima fuisset apposita: sicut nec Vigiliæ, nec quatuor tempora apponuntur, si ad eam, sicut ad ista ex præcepto Ecclesiæ tantùm nos voluisset esse obligatos. Et confirmatur hoc: quia idem Clemens V. postquam 12. illa æquipollentia explicuit, subiunxit, quòd vbi in Regula reperitur hæc vox, (teneantur) habet vim præcepti ex Regula. Atqui in Regula ponitur hoc verbum (teneantur,) dum agitur de ieiunio omnium Sanctorum, quadragesimæ, & sextæ feriæ, vt suprà dictum est, ergò ex vi Regulæ ad prædictam Resurrectionis Dominicæ quadragesimam obligamur.

52 Ex quo sequitur, quòd secundùm Sanct. Tho. 22. quæst. 147. art. 4. & communiter Doctores: in 4. d. 15. non tenetur quis ex præcepto Ecclesiæ ad ieiunium, nisi post finem tertij septennij idest, post vigesimum primum annum. Quoniam ob debilitatem naturæ frequenti indiget cibo, & non multo simul sumpto, & multo item vsque ad id tempus, quisque indiget nutrimento,

Tempus ætatis ieiunij.

ob necessitatem augmenti, quod fit ex residuo alimenti. Verùm quia, vt idem Sanct. Tho. 4. sent. d. 15. quæst. 2. quæstiuncula 2. Palud. Duran. & cæteri ibidem, & Sylu. tit. ieiunium, nu. 18. dicunt vires naturales non currunt semper in omnibus eodem modo, sed aliqui citiùs perueniunt ad finem augmenti, & alij tardiùs: ideò non præcisè sunt illi anni ad punctum attendendi, sed vel citiùs, vel tardiùs obligant saltem ad aliqua ieiunia, ad arbitrium boni viri. Quod item de senibus dicendum est. Et ideò consilio confessoris relinquitur, qui, & quot dies ieiunare debeant. Tamen huius Regulæ professi, licèt dictam ætatem vnius & viginti annorum non attigerint, tenentur ieiunare quadragesimam & alia ieiunia in ipsa Regula præcepta ex voto particulari, & præcepto ipsius Regulæ. Ad cætera autem ieiunia, tenentur sicut cæteri Christiani. Nam cùm ad illa non obligentur ex Regula, remanet Ecclesiæ obligatio tantùm: ergò non aliter nisi eo modo quo cæteri Christiani eiusdem ætatis ad prædicta tenentur. Ex decentia tamen, debent professi ea omnia integrè ieiunare. Sciant tamen fratres, quòd ideò Epiphaniæ ieiunium tanquam ieiunium gaudij, non mœroris, minimè nobis præcipitur sed cum diuinæ benedictionis promissione, nostræ deuotioni relinquitur: vt nos per

Professi adolescentes tenentur ex Regula ieiunare.

hoc discamus nos ipsos animare,& exercere, ad alia specialia vltra nobis iniun- cta. Et licet per hoc liberum sit fratribus, talem Epiphaniæ quadragesimam ieiunare, vel non: si tamen à suo prælato ex causa ad id sufficiente, tale alicui subdito ieiunium imponatur: tenetur subditus illud acceptare. Quoniam multa sunt; vt dixit Gerson, in regul. mor. 2. par. de cognitione venialis peccati, & mortalis, alph. 32.conside. 6. ad quæ homo non tenetur simpliciter, aut regulariter; ad quę tamen ex causa, aut ex sua culpa obligari quandoque potest. Quando autem causa sufficiens censenda sit, ad imponendum alicui tale ieiunium, prælatorum est, non subditorum iudicare. Et periculosum est subditis, proprium in his sensum pertinaciter sequi, contra mandata superiorum. Et vitium singularis relaxationis, & fortè scandali erit; si quis nollet ieiunare absque aliqua iusta ad id causa, tota communitate ieiunante, vel abstinente à carnibus. Hoc tamen ieiunium, cùm ex Regula cuique liberum relinquatur; non potest generaliter, ad semper omnibus imponi. Vt de hoc latiùs dicetur infra cap. 10.

Ieiunium Epiphanię potest à prælato fratribus imponi.

Quibus cibis debemus vti in ieiunio.

53 ET quoniam de ieiunio est sermo non inutile fore existimaui, quin-

que hîc de hac materia annotasse. Primùm, quòd in omni Ecclesiastico ieiunio, esus carnium interdictus est, secundùm D. Thomam in eadem quæst. 147. art. 8. ad 3. & communiter Doctores. Esus autem ouorum, & lacticiniorum, & eorum omnium, quæ à carnibus sementinam originem trahunt, tantùm in quadragesima, non in aliis interdicitur ieiunijs: vt habetur in c. denique d. 4. Ex quo sequitur, quòd alia ieiunia à quadragesima, licitè ieiunnari possunt (& est verum ieiunium) in ouis, & lacticiniis, & aliis citra carnem. Tamen, quia in ieiuniis, secundùm Sanct. Hiero Ambr. & Aug. in c. illa, &c. vtinam d. 12. & communiter Doctores 4. sent. d. 76. regionis seruanda est consuetudo: ideò prædicta, citra quadragesimam, licitè comedi poterunt vbi consuetudo hoc habet. Vbi verò talis consuetudo non est, non poterunt licitè comedi. Et frangeretur ieiuniū 2. Sil. §. 15. Nauar. in manua. c. 21. à nu. 11. Tolet. lib. 6. instruct c. 2. & communiter DD. cum consuetudo in hoc, vim legis habeat secundùm Medinam tract. 4. de pœnit. & omnes.

Qua hora sit comedendum in ieiunio.

54 SEcundum, seruandum esse horam refectionis; quæ secūdum S. Tho. *Nota 2. Hora comedendi*

tempore ieiunij. vbi supra, art. 7. est, vt cibus circa horam nonam, hoc est tertia hora post meridiem, non antea sumatur. Eo enim tempore communiter homines comedebant hora sexta, hoc est, in meridie: & ieiunantes comedebant hora nona, in qua hora Christus expirauit. Ex eo autem quòd hodie homines communiter comedunt hora tertia; factum est ex communi consuetudine, vt ieiunantes comedant hora sexta hoc est iuxta meridiem. Siue vesperarum officium sit celebratum, siue non, cùm consilij tantùm sit, non præceptum (secundùm multos) expectare per solutum officium vespertinum. Et tutò circa meridiem, ob prædictam communem consuetudinem refectio a ieiunantibus sumi potest. Quia licet per c. solent. de conse. d. 1. secundùm magis communem sententiam hora ieiunandi esset in præcepto, sicut non plus, quàm semel in die comedere, & a cibis vetitis abstinere; & hæc hora, esset hora nona, idest tertia hora post meridiem. Tamen ex ipsa consuetudine sublatum est tale preceptum comedendi hora nona Et hoc est quia cùm materia ista ieiunii sit iuris, positiui, sicut consensu vtentium firmatur, ità contraria consuerudine infirmatur, & tollitur: vt annotauit Caiet. in dicto art. 7. Humanę enim leges ex intẽtione eas cõdentiũ robur habẽt: ac proinde sicut legislator cũ legẽ facit, si animũ obigandi

non habet, non obligat lex: ita post legem conditam, si animum obligandi deponat, non ampliùs obligabit lex. Cùm igitur inducta consuetudine legi contraria, sciente legislatore, et non puniente inobedientes, nec contradicente verbis, iustè præsumatur legislatorem legis rigorem relaxare: perindè est, ac si dispensaret. Et ita fit; vt per huiusmodi consuetudinem, homines ab humanis legibus excusantur. Vt benè dixit Medina vbi suprà, quæst. 8. Et indè est, quòd licèt S. Thomæ temporibus, ieiunantes sumerent cibum tertia post meridiem hora, iuxta canonem prædictum; hodie tamen circa meridiem ex consuetudine scita, & tolerata, seu potiùs approbata ab Ecclesia, licitè sumi potest. Nec enim Ecclesia excommunicatione punit tali hora comedentes; nec verbo prohibet, nec prædicat eos malè facere.

Præuenire horam ieiunij est quandoq; mortale.

55 Notabiliter autem horam ieiunij absque rationabili causa præuenire (quicquid aliqui dicant) mortalis erit culpa; secundùm magis communem Doctorum sentētiam. Quod cōuincitur ex hoc: quia communis animi conceptus Christianorum est, quòd comedens in die ieiunij sūmo manè, minimè ieiunat. Quod patet indè; quia quilibet Christianus videns aliquem in die ieiunij summo manè comedentem, dicit, iste non ieiunat,

Verba namque sunt signa conceptuum. Quòd si hora ieiunii non esset de necessitate; non vtique negaretur esse ieiunium, quod tam notabiliter anticipatur. Tenetur ergò quilibet ad consuetam horam cœnæ in ieiunio; quæ esse communiter solet circa meridiem, secundùm patriæ morem: sicut tenetur ad ieiunium ipsum. Ex causa autem rationabili, horam comedendi notabiliter præuenire in die ieiunij; nullum erit peccatum; secundùm Innoc. in rubr. de obser. ieiun. & summistas tit. ieiunium: & DD. omnes: si modò superioris interuenerit dispensatio, quæ commodè haberi possit. Erítque causa rationabilis dispensandi secundùm Petrum de Palud. 4. dist. 15. debilitas vrgens, peragendum negotium, siue iter, siue lectio, & id genus alia.

An toties peccetur, quoties præter primam comestionem in die ieiunij comeditur.

Nota 3. Ieiunium toties frangitur in die quoties comeditur secūdùm aliquos.

56 TErtium est, ad integritatem ieiunij pertinere secundùm omnes, non nisi semel in die refectionem sumere. Sed dubium est inter Doctores; An qui pluries in die ieiunij comedunt; toties mortaliter peccent, quoties pluries quàm semel comedunt? Idque intelligitur de refectione, quæ per se sumpta

ſufficit ad fractionem ieiunij, non autem de eo, quod de ſero ſumitur per modum medicinæ, ne ſtomacho noceat potus. Aliqui ſunt, inter quos Medina eſt, qui affirmatiuam tuentur partem; quòd ſcilicet peccent mortaliter. Et eſt eorum fundamentum. Quia hoc pendet ex intentione Eccleſiæ ieiunium inſtituentis; quæ potuit omnes refectiones alias à prima, ſub mortali prohibere: & potuit non niſi illam refectionem prohibere, quæ ieiunium frangeret, quæ eſt ſecunda refectio. Et cùm de hac intentione nihil certum haberi poſſit; volunt, quòd rationabilis Eccleſiæ intentio, ſit iudicanda omnium refectionum prohibitiua, non illius ſolius, quæ ieiunium frangit. Nam finis ab Eccleſia in ieiunio intentus, ille eſt; vt ieiunantes ieiunia mæroris, & pœnitentiæ, per certam, & præfinitam abſtinentiam affligantur; & caro Spiritui ſubijciatur; & mens ad contemplanda diuina aptior reddatur; & Deo pro peccatis debita ſatisfactio fiat. Ex hac verò finali intentione, poteſt intentio obligatoria quodammodò colligi, quòd ad omnes refectiones reſpiciat; & non ad eam ſolam, quæ ieiunium frangit. Nam, magis finis ab Eccleſia intentus, impeditur per plures refectiones, quã per ſolam ſecundã refectioné. Ideòq; non ſecunda tantũ refectio videtur prohibita; ſed tertia, & quarta, & quotquot poſt primam ſequuntur.

Opinio negatiua. Alij tamen ſunt, qui negatiuam defendunt partem, tanquam mitiorem; quòd ſcilicet non peccetur toties, quoties præter primam refectionem, aliæ ſumuntur: ſed tantùm ſemel, in ſecunda ſcilicet refectione; per quam ieiunium frangitur. Et fundamentum horum eſt. Quia non eſt intentio Eccleſiæ, toties Chriſtianos obligare ad mortale; nec vt pia mater tot filijs ſuis vult laqueos immittere Latè hæc per Durand. 4. diſt. 15. quæſt. 2. Gab 4. d. 16. quæſt. 3. Caietan. in ſum. tit. ieiun. §. 4. Syluest. & Tabien. eod. tit.

Obiectio. 57 Et ſi dicas, quòd Eccleſia fortè de hoc non cogitauit; nec de eius intentione conſtat. Dicimus, quòd Eccleſiæ intentionem in mitiorem partem exponimus: quia pœnæ ſunt reſtringendæ; *Solutio.* niſi vbi euidenter conſtet de oppoſito. cap. in pœnis de reg. iur. in 6. Nec obſtat, quòd per tertiam, & quartam comeſtionem, ſic, & multò magis impediuntur fines ieiunij ab Eccleſia intenti, ſicut per ſecundam: ergò ſic contrauenitur intentioni Eccleſiæ in tertia, & quarta, ſicut in ſecunda. Quia licèt Eccleſiæ intentio, ad tales reſpiciat fines; non tamen conſtat, an intendat ad hoc obligare: & dum non conſtat, pœnæ (vt diximus) ſunt reſtringendæ, non ampliandæ.

Pulchra ratio. Et ſuadetur hoc, quòd ſcilicet tertiò, vel 4. comedens non peccet peccato fractio-

nis ieiunij. Nam vt inquit Martinus de magiſtris, & Durandus, ſecundò comedens in die ieiunij frangit ieiunium; cùm de integritate ipſius ſit vnica comeſtio: ergò tertiò, & quartò, comedens reperit ieiunium fractum, ergò non frangit ieiunium. Patet ex virtute ſermonis, illud enim frangitur, quod eſt integrum, ſed ieiunium per ſecundam comeſtionem eſt fractum, & non eſt ampliùs ieiunium; ergò neque per 3. per quartam frangi poteſt.

58 Et ſi dicas, quòd violatio ieiunij in qualitate ciborum toties eſt nouum peccatum, quoties comeduntur cibi vetiti, carnes ſcilicet, oua, lacticinia; ergò pari ratione, quoties receditur ab vna comeſtione, toties peccatur. Ad hoc reſpondet Caiet. 22. q. 147. art. 8. quòd ieiunium tres continet negationes, ſcilicet non veſci carnibus, non comedere pluſquàm ſemel in die, & non comedere ante horam conſuetam. Hæ tamen negationes non eodem modo ſe habent ad ieiunium. Duæ enim vltimæ cadunt vt partes, vel quaſi partes conſtitutiuæ; prima verò cadit ſub præcepto abſolutè, durante ſcilicet tempore quadrageſimæ, vel quatuor temporum, vel vigiliarum. Et propterea quoties in die quis comedit carnes, aut alios prohibitos cibos, toties de nouo peccat mortaliter, iuxta regulam præceptorum negatiuorum. Cadit namque in præcepto, quòd in toto illo die non co-

Obiectio

Solutio.

Ieiunium tres continet negationes.

Comeſtio vetitorum multiplicata multiplicat culpam.

medantur cibi vetiti, ſicut cadit ſub præcepto Diuino, quòd in toto tempore huius vitæ non furemur. Et ſicut qui commiſit ſemel, vel bis furtum, non excuſatur, quin tertiò peccet, ſi tertiò furetur: Ita qui ſemel, vel bis comedit cibos vetitos durante tempore prohibitionis; non excuſatur quin tertiò peccet, ſi tertiò vetitos cibos comedat. Non autẽ quoties quis comeſtiones multiplicat in die ieiunii, toties peccat: quia vt diximus non cadit ſub præcepto Eccleſiæ abſolutè non multiplicare comeſtiones, ſed vt requiritur ad ieiunium. Sed quia abſtinere à tertia vel quarta comeſtione in illo die, non poteſt eſſe conditio ieiunii; quia ieiunium iam eſt abſolutum per ſecundam comeſtionem: ſequitur ergò quòd ſub præcepto Eccleſiæ cadat tanquam prohibita, tantúmmodo ſecunda comeſtio, quæ frangit, & ſoluit ieiunium, non reliquæ comeſtiones ſequentes, quæ ieiunium frangere non poſſunt, cùm fractum inuenerint. Dicendum ergò in communi ſententia, quòd non toties peccatur, peccato fractionis ieiunii, quoties comeſtiones præter primam in die ieiunii ſumuntur: ſed ſemel tantùm in ſecunda ſcilicet comeſtione, quæ ieiunium frangit. Et licèt Ioann. Maior 4. d. 15. q. 6. dicat hanc quæſtionem eſſe problematicam, hanc tamen partem negatiuam, tanquam communiorem, &

æquiorem amplectitur. Dixi peccato fractionis ieiunii, quia peccari posset ob aliam causam, putà ratione contemptus, vel gulæ: venialiter vel mortaliter, secundùm qualitatem eorum.

Num absoluti à ieiunio, vetitis cibis vti poßint?

59 QVartum, quòd licèt aliqui cibi sint ab Ecclesia ieiunantibus interdicti, & per hoc videatur dicendum, quòd qui non tenentur ieiunare, non teneantur à prædictis vetitis cibis abstinere: communis tamen opinio fundata super consuetudine, quæ est optima legum interpres, contrariam tenet sententiam. Communiter enim in populo Christiano seruatur, quòd dispensatio ob euidentem necessitatem ab abstinentia carnium, sunt totaliter absoluti à præcepto ieiunij: dispensati autem in ouis, & lacticiniis, non absoluuntur à præcepto ieiunii. Et rursus potentes abstinere à prædictis omnibus cibis vetitis, sed impotentes ad seruandum vnicam comestionem, liberantur à ieiunio solùm, & non ab abstinentia prohibitorum in Quadragesima, & in aliis ieiuniis, iuxta patriæ morem. Ideò dicendum est, quòd tam ieiunantes, quàm non ieiunantes, tenentur (vbi

Nota. 4.

Dispensati in carnibus dispẽsantur à ieiunio.

necessitas non dispensat) ad abstinentiam à cibis prohibitis, sic consuetudine, Ecclesiæ præceptum interpretante, ipsa enim vim legis habet, & legis interpretatrix est, vt in capite consuetudo distinct. 1. Pann. in capite fin. de consuet. Diui Thomæ, 1. 2. quæstione 97. articul. 3. & summist. titul. consuet. Et eadem ratione, licitè pueris paruulis dantur oua, vel carnes in Quadragesima iuxtà patriæ consuetudinem, quia in hac materia ieiunij, potissimum consuetudini standum est. Quare cùm non minorem locum consuetudo teneat, quàm ius, hanc autem in diuersis regionibus, & locis constet esse diuersam, ad eam secundùm patriæ morem recurrendum est. Et incolæ loci, patriæ consuetudini se debent in hoc conformare. Aduenæ verò, ac reliqui, qui in locum illum conueniunt, non animo illic habitandi, sicut loci legibus non astringuntur, ita nec consuetudinibus loci: nisi causa euitandi scandalum, aut alia vrgente ratione.

Consuetudo: quanti referat.

Aduenæ ieiunantes.

60 Quintum, & vltimum, quòd Quadragesima Resurrectionis quò ad sæculares communiter incipit à 4. feria, quæ præcedit primam Dominicam Quadragesimæ. Vt in cap. Quadragesima: de consec, d. 5. Quo verò ad Ecclesiasticas personas, incipit prima die post Dominicam Quinquagesimæ, vt in cap. denique, d. 4. Et licèt communiter teneatur, vt refert

5. Nota. Ieiunium quadragesimæ quando incipiat

Angelus tit. Ieiunium. §. 7. quòd hoc sit consilium, non præceptum; & per hoc non sit necesse quòd à particularibus Quadragesima ieiunetur à Quinquagesima: decens tamen est id facere. In communitate verò, necessarium fortè est; ob rationabilem consuetudinem, quæ vim legis videtur habere. Hæc autem fusiùs videri possunt, in præcitatis Doctoribus.

Tempore verò manifestæ necessitatis; non teneantur fratres ad ieiunium corporale. *Text.*

61 Et si omnibus Regulam professis præceptorium sit, prædicta ieiunia obseruare, modo iam supradicto: tempore tamen manifestæ necessitatis, à corporali ieiunio, tam regulari, quam Ecclesiastico, excusantur. Nam necessitas vera, non astringitur lege; sed satis tunc est bona voluntas. Hæc autem necessitas (secundùm omnes) multiplex esse potest; vel scilicet ratione ætatis, vel debilitatis, vel infirmitatis, vel laboris ineuitabilis, sine quo aliquod negotium necessarium commodè, (vt oportet) perfici non posset, vel propter defectum sufficientis victus pro sustentatione debita. Et tunc necessitas hæc, manifesta censetur; cùm cuique discreto, *Necessitas excusat à ieiunio.*

& pio viro dubia non existit. Quo casu, absque aliqua dispensatione prælatorum liberi erunt fratres à ieiuuio; dispensantibus in hoc, ipsa necessitate manifesta, & Regula. Vbi verò necessitas non est manifesta; licèt vera sit, prælatorum tamen requiritur dispensatio: si commodè haberi potest, & vsus non habet contrarium. Quoniam in dubijs, vt supradiximus. num. 5. in his particularibus casibus, ad Episcopos, & ad præsbiteros curatos, & vniuersaliter ad prælatos spectat respectu suorum subditorum iudicare, & dispensare, prout eis secundùm Deum expedire videtur, vt dixit Sanct. Thom. 4. distinct. 15. quæst. 3. articul. 2. Et ideò malè faciunt prælati (vt diximus) dum petentibus subditis dispensationem in causa dubia, soluendi ieiunium, aut præueniendi horam; remittunt eos ad conscientias proprias. Debent enim pro qualitate rei dispensare in re dubia; cùm ad prædicta habeant facultatem. Et eadem ratione, dispensare etiam possunt in casu, quoad qualitatem ciborum, vt dixit Caiet. 22. quæst. 147. art. 4. & videri potest per summist. tit. dispensatio.

Prælati in dubijs, debent dispensare.

Tex.

Consulo verò, moneo & exhortor fratres meos in Domino Iesu Christo: vt quando vadunt per mundum, non liti-

gent, neque contendant verbis, nec alios iudicent.

61 ORdinatis fratribus ad Deum per diuinas preces; & ad seipsos per mortificationem carnis ex ieiunio; nunc eos ordinat Pater sanctus ad ædificationem proximorum. Ad instructionem ergò partis rationalis, consulit: ad alliciendam partem concupiscibilem, suauiter monet: ad exercendam partem irascibilem, exhortatur fortiter, vt euntes per mundum exemplo Christi, & Apostolorum, non litigent inter seipsos, nec cum alijs, contumeliam inferendo. Neque contendant verbis, pertinaciter propriam asserendo sententiam: vel in curijs iudicialiter comparendo. Nec alios quisque audeat iudicare; dubia scilicet, in peiorem partem interpretando. *Iter fratrum qualiter fiat.*

SEd sint mites, pacifici, modesti, mansueti, & humiles: honestè loquentes omnibus, sicut decet. *Tex.*

63 NEc tantùm eos instruit de malis, quę euitare debent ad proximorũ ædificationem itinerando: sed etiã de bonis, quæ debẽt habere Vt sic tanquã in lucem mũdi dati, lucẽ inter homines hono-

rum exemplorum ostendant.

Fratres quibus virtutibus, fulgere debent. Quod tunc erit, si mites erunt, non resistendo, sed cedendo improbitatibus aliorum. Pacifici, alios nullo modo impetendo. Modesti, per disciplinam sensuum, in verbis, & operibus modum seruando. Iuxta illud Apostoli, Philip. 4. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Mansueti moribus, non impetuosi, motus irascibiles refrænando. Humiles, nullum honorem appetendo, & omnem gloriam humanam fugiendo, & sibi ipsis vilescendo. [Honestè loquentes omnibus, sicut decet,] omnem scilicet hominem pro sui status gradu reuerendo, nec stultiloquia, aut turpia proferendo, vel vana: sed sermo sit semper sale conditus, ad ædificationem aut vtilitatem audientium. Sic enim concordia in inuicem, & ad exteros omnes, modestia in sensuum, verborum, & operum disciplina, mansuetudo, & humilitas in moribus, honestaque in verbis, ædificatoria, & religiosa locutio, Dei Ministros, & Euangelicos viros probat.

Tex. *ET non debent equitare, nisi manifesta necessitate, aut infirmitate cogantur.*

64 CHristi vestigia sequens, qui pedester semper (præterquàm in die

palmarum mysterium, & prophetiam de pullo, & asina adimplens) creditur ambulasse, suis hic Pater sanctus equitationem fratribus interdicit. Et quidem ad proprietatem vocabuli attendentes, illos tantùm æstimant equitare, qui equini generis insident animali: quaré animalia cætera, vel honesta si occurrant vehicula, minimè prohiberi suspicantur. Intelligentia tamen huius dicti ex caussis est assumenda dicendi, quæ sunt, vt eius fratres Christi sequantur vestigia, qui semper vt diximus (nisi ad implendam prophetiam) pedester creditur incedisse. Vtque eis vera forma humilitatis, austeritatis, et minuendæ solicitudinis donetur Quare Marti. V. in suis constitutionibus declarauit, per equitare, debere intelligi (sicut S. Bonauen. intellexit,) vt sit fratribus interdictum, non solùm cuicumque animali insidere; sed etiam bigare, & quadrigare: Quod satis vsus loquendi comprobat, Vulgò enim equitare dicuntur; quicunque, animalis cuiuslibet vectione vtuntur. Et ideò secundum 4. magistros, S. Bonau. & Seren. conscien. q. 45. nulla animalium, vel curruum vectione fratres vti possunt: nisi manifesta necessitate, vel infirmitate cogantur. Vbi enim necessitas cogens & manifesta adfuerit, licitum erit fratribus ex Regula absque aliqua superiorum dispensatione, equitare.

Equitare quid sit.

Bigare, & quadrigare prohibetur.

Vbi verò necessitas fuerit dubia: dispensatio (vt aliàs diximus) requiritur superiorum, si commodè haberi potest.

Eod. c. 5. n. 61.

Necessitas equitandi multiplex.

65 Hæc autem necessitas vera, & ad equitandum sufficiens, multipliciter attendi potest. Vel ratione itineris, vt putà quia satis prolixum seu longum est: vel quia impeditum aquis fluminibus, niuibus, &c. Vel ratione negotij conuenientis & vrgentis, ita vt nec commodè differri, nec fieri per aliũ æquè benè possit nisi per eũ qui equitare indiget. Vel ratione debilitatis personæ; quæ talis esset, vt sine magno personæ detrimento pedester ambulare non posset. In his enim casibus tãtùm, (secundùm communiter expositores in tertio cap. & Seren. conscien. vbi suprà,) licita erit equitatio. Modò tales causæ, prædictam necessitatem ad equitandum inducentes; rationabiles sint seu expedientes, & necessariæ. Nam si causæ non sint huiusmodi, licèt veræ adsint necessitates respectu itineris, vel personæ: non vtique ad licitè equitandum sufficient. Tunc enim voluntariè, & non ex causa rationabili, seu necessaria, quis se tali exponeret necessitati: quod vtique illicitum est. Eo enim ipso (teste Angesto in cap. 1. 3. & 6. (quò quis ad aliquid obligatur, cogitur ad tollenda impedimenta, seu causas, quibus probabiliter illud poterit impediri. Vt putà vouens

castitatem: causas tenetur voluntarias euitare, quibus probabiliter castitas periclitari potest. Sic, obligatus non equitare: tenetur ad tollendas causas, non rationabiles, quibus ad equitandum, cogatur. Dum enim causa rationabilis, seu necessaria non est, sed voluntaria: necessitas inde sequens, voluntaria erit. Et dum manet libertas culpabilis, sequitur, vt actus sequens etiam culpabilis sit; vt dicit Adrian. Itaque vbi in nostra potestate est, talem equitandi necessitatem tollere, semper frater Minor contra Regulæ faceret præceptum, non tollendo illam. Quare si quis absque rationabili causa prolixum voluerit iter arripere: licèt illuc verè non possit abque notabili detrimento absoluere peditando, quia tamen necessitati equitandi voluntariè absque rationabili causa se exponit, peccaret mortaliter, contra suam Regulam equitando.

Causæ inducentes ad equitandū sunt euitandæ.

Quol. 5. art. 5

66 Et idem est dicendum de eo, qui sine causa rationabili accelераret iter, ea intentione, vt fessus, cogatur inde equitare. Dum enim talis voluntaria causa perdurat, quæ debito modo deponi potest: necessitas inde sequens non excusat. Vnde in exposit. Patrum ordin. cap. 3. dicitur, quòd causæ, quibus licitum est equitare, vitādæ sunt: modo què benè negotia expleri possint. Vt gratia exempli, si ad discretatus officium pro

Nota valde.

capitulo Prouinciali, vel custodiatus pro cap. Generali, vel prouincialatus pro seruitio prouinciæ, repetiantur personæ ad hæc munia idoneæ, quæ tamen non possent, nisi equitando illa exercere; electores illos non eligant: si modò alij sint fratres æquè idonei, per quos æquè benè, ac per illos poterunt negotia expediri. Quia tunc nulla adest rationabilis, seu necessaria causa; cur isti qui non nisi equitando; & non illi, qui pedestres, & negotia æquè benè expedire poterunt, eligantur. Et dum in nostra potestate est talem equitandi necessitatem tollere, seu causam non rationabilem, ad talem equitandi necessitatem inducentem vitare; ad eam tollendam efficaciter (si commodè fieri potest) astringimur: vt patet ex dictis.

67 Et secundùm prædicta, nostræ debent intelligi constitutiones; vbi facultas fit illis, qui aliquando deffinitores fuerunt; equestres ad capitula veniendi: si in discretos, & custodes fuerint electi. Quod notari debet. Quandoquidem ignorantia, seu inaduertentia culpabilis, non excusabit secùs facientes a mortali; cùm hoc sit obligatorium ex Regula; & non potest per cōstitutiones, dispensari. Ex vera ergò necessitate, quæ ex causa rationabili est, licita erit equitatio. Et insuper ex infirmitate. Quod ideò appositum specialiter est; (vt inquit hic Petrus Ioan.) vt duplex

plex sit exceptio, & distinguantur adinuicem. Nam credi poterat, quòd infirmo non erit licita equitatio, quamdiu commodè permanere posset in loco, vbi infirmari cępit. Potest enim infirmus, licitè ex Regula equitare ad recreationem, vel exercitium; ad conualescendum de infirmitate. Cord. cap. 3. quæst. 3. punct. 1. in fine.

Equitatio conceditur in casu necessitatis, & infirmitatis.

IN *quamcunque domum intrauerint, primum dicant, pax huic domui: & secundum sanctum Euangelium de omnibus cibis, qui apponuntur eis, liceat manducare.* Tex.

68 SIcut itinerantes fratres, ad imitandum Christi exemplum, voluit S. Franciscus, vt sub præcepto pedestres incedere deberent: sic ad eiusdem Domini exemplum, suos admonet fratres, vt aliquam intrantes domum, primùm dicant, pax huic domui. Sicut Christus fecisse legitur, Apostolorum ingrediendo collegium. Eisdémque fratribus concedit; vt omnibus cibis, qui eis apponentur, licitè vti possint. Hæc enim concessio maximè fratribus congruit; tum propter Euangelij libertatem, (Manducate quæ apponuntur vobis Luc. 10.) tum propter hæresim confutandam, quæ cibos damnat: qui licitè secundùm Apostolum

Salutatio danda ab ipsis fratribus.

Comedere de omnibus conceditur fratribus.

à Fidelibus cum gratiarum actione sumi possunt: tum propter paupertatem, quæ non habet vnde cibos prouideat speciales. Pauper enim, si quod ei apponitur, respuit, aut frequenter esuriet, aut offerentibus erit molestus, si appositis non contentatur; & singularia cibaria petat. Cui enim neque per se ipsum, neque per bursarium aliquis est sumptus; appositarum rerum indulgendus est vsus; vt sic, & fratrum paupertati; & hospitum consulatur grauamini.

Temperantia ciborum.

69 Nec per hoc facultas conceditur fratribus se incrassandi, lautèque viuendi. Nam licet Euangelicæ libertatis sit, omnibus (cum gratiarum actione) posse vti cibis: eis tamen vti oportet, secundùm eundem libertatis Euangelicæ spiritum. Qui est spiritus honestatis, virtutis & sanctitatis; non carni, sed spiritui deseruiens. Itaque sicut si venenosa, & mortifera apponerentur fercula, non liceret illa comedere: sic si quæ apponuntur, quæ aliquo essent tempore ex præceptis seu votis generaliter, vel specialiter interdicta, non vtique eis licitè vti possumus. quare non est Euangelicæ sanctitatis, vetita comedere, contra præcepta Ecclesiæ, seu vota, absque aliqua necessitate cogente.

70 Nec item honestatis Euangelicæ est, vbi principales personæ domus à carnibus abstinent: fratres in esu carnium la-

xiùs abundare. Nec vbi lauta, & abundans est mensa, sanctitatis Euangelicæ erit, talem superfluitatem fratres se ingurgitando approbare. Sed magis sobrietate seruata, necessitati solùm, non gulæ satisfacere debent; vt sic, quod verbis prudenter dissimulant, reprehendant exemplo. Quare licitum erit fratribus, appositis vti cibis; saluis præceptis omnibus, & votis, saluáque honestate, & sobrietate, & exemplari hospitum ædificatione. Vt latè hæc per Diuum Bonauenturam, Hugonem, & Petrum Ioan. in cap. 3. tractantur.

QVOD FRATRES NON recipiant pecuniam. CAP. IIII.

PRæcipio firmiter fratribus vniuersis: vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant, per se, vel per interpositam personam. *Tex.*



Xpeditis tribus capitibus, in quorum primo, Beatus Pater summariè suã Religionẽ instituit; In secundo, modũ tradidit recipiendi venientes ad eã; In tertio, receptos interiùs, & exteriùs instruxit disciplina: quæ tanquam tres

Intentio S. Franc. in capitibus sequentibus.

portæ ſunt huius ſpiritualis ciuitatis, per quas radiantes ſplendores recipit orientis. In his modò ſequentibus tribus capitulis, quarto ſcilicet quinto, & ſexto. Inſidias, quæ ſuperſtant, excludit. In quarto enim, periculum Iudæ pecunia Dominum tradentis, In quinto, periculum Religionis in otio viuentis, In ſexto verò, periculum multitudinis, pro communibus appropriatis rebus contendentis, abigit, & expellit. Ita vt hæc tria capita, tres aliæ videantur eſſe portæ huius ſpiritualis ciuitatis, contra Aquilonis inſidias munitæ Vt verè ergò totus Euangelicus, & Apoſtolicus Pater Sanctus, omnimodam in hoc 4. capite pecuniæ receptionem excludit. *Iuxta* illud Sanct. Euangelii Apoſtolis traditum mandatum, Matt. 10. Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam. Vt ſic perfectam è cordibus noſtris terrenæ ſollicitudinis extirpationem, & cœleſtis Patris ſedulam prouidentiam circa illos, qui Diuinis vacant obſequiis, doceat ſimul, & commendet. Et inſuper, vt perditæ innocentiæ ſtatum, in quo ſi homo ſtetiſſet, omnia fuiſſent communia, nullaq; proprietas ad multitudinem aliquam, vel perſonam fuiſſet contracta, prout poſſibile foret renouaret. Nec putes proprietatem ſolùm pecuniarum fratribus prohiberi, vſum verò earum concedi : ſed vſus, ſiue

Receptio pecuniæ excluditur totaliter.

Vſus nedum proprietas pecuniæ in-

receptio pariter, & proprietas denariorum, & pecuniarum fratribus penitùs vniuersis in hoc capite prohibetur. Vt ex declarationibus Nicolai 3. & Clem. V. & omnium Regulæ expositorum elucet. Vndè ex solenni præcepto cuilibet fratrum prohibetur; vt neque per se, neque per interpositam personam denarios, neque pecuniam recipiant. *terdicitur fratribus.*

2 Pro cuius mandati perfecta intelligentia; scias denarium, monetam esse, ex quocunque metallo, seu materia confectam. Pecuniæ verò nomen, si in sua latitudine sumitur, totum, quod temporaliter possidetur (iuxta Sanct. Augustinum de Doctr. Christ.) amplectitur (Totum (inquit ipse) quicquid homines in terra possident, omnia quorum domini sunt pecunia vocatur: siue sit seruus, siue ager.) &c. At, si strictè sumatur, prout hîc sumitur: mensuram tantum, commutationis rerum significat. Itaque secundùm communiter expositores; pecunia est, quicquid accipitur, vt loco numeratæ pecuniæ donetur, pro alia habenda re. Itaque, siue oleum siue frumentum, siue linum, & id genus alia recipiantur; vt in aliud sub æstimatione pretij commutentur, vel pro pretio alterius rei donentur: pecunia est. Vnde Doctores dicunt, quòd hîc prohiberi videtur, receptio denariorum, & quarum-libet rerum, quæ vt

Denariũ quid sit, & quid pecunia.

pretium rerum emendarum recipiuntur. Quare si prædicta, & similia, recipiantur à fratribus ad vtendum eis, vel ad alijs liberaliter dandum; non vtique pecunia dici, vel esse poterunt. Nam non recipiuntur, vt sint medium pecuniarium; seu pretium per quod aliquid aliud habeatur. Nec item pecunia est, quod recipitur animo commutandi cum aliis rebus eiusdem, vel diuersæ speciei, absque vlla pretii æstimatione. Quia vbi pretii ratio non habetur: ibi nulla pecuniæ ratio esse potest. Sed tunc verè pecunia erit; si in commutatione hac, aliqua interueniat pretii æstimatio: siue foris expressa verbis illa sit, siue intus in animo habeatur. Hæc enim vera emptio, non commutatio est. Itaque pecunia est; quidquid accipitur, vt loco numeratæ pecuniæ, aliquid ex eo ematur, vel habeatur: quia tunc denariorum loco datur, secundùm communiter Doctores hîc. Et secundùm Serenam conscientiam quæstione quadragesima sexta, & Cordub. quæstione prima, pecunia etiam dici potest, quicquid accipitur ad hoc, vt vendatur: quia hîc intentio denariorum est in recipiente; vt denarios scilicet inde habeat. Quia quod venditur, denariis venditur. Quare pecunia est, quicquid ecipitur, vt æstimatum, seu appretiaum detur pro pecunia numerata, vel

Pecuniæ diffinitio.

pro alia re; non autem (vt quidam voluerunt) quidquid recipitur, vt commutetur seu donetur extra Ordinem, vel intra ad superfluitatem, vel ad thesaurizationem. Hi enim, vt quatuor Magistri dixerunt, non distingunt capitula, & prohibitiones Regulæ. Constat autem, quòd in sexto capite, proprietas, & superfluitas excessiua cuiusque rei prohibetur, hîc verò proprietas simul, & vsus denariorum, & pecuniæ interdicitur. Non ergò omne, quod petitur, vt propria auctoritate distrahatur, vel vt superfluitati deseruiat, hîc prohibetur, sed in sexto capite. Hîc verò denariorum, & rei cuiusque, quæ loco denenariorum recipitur; vt scilicet æstimata pro numerata pecunia, vel pro alia re detur, proprietas simul, & vsus inhibetur. Vnde pecunia est, quæ appreciata datur, pro numerata pecunia, vel alia assequenda re: non autem quod recipitur, & distrahitur, absque consideratione numeratæ pecuniæ.

Pecuniam per se recipere quid sit.

3 Per se autem recipere pecuniam; (intelligendo semper sub nomine pecuniæ, etiam denarios) secundùm Regulam, & declarationes, vsum est habere pecuniæ. Hoc est, per se ipsum ad nutum, absque alia aliqua dantis auctoritate sed propria; pecuniam in aliquos vsus, siue proprios, siue alienos, conuertendam recipere. Per interpositam verò personam pecuniam recipere; est, aliquem ex se

ex se substituere, qui pecuniam propria ipsius fratris auctoritate, in aliquos siue proprios, siue alienos vsus conuertat.

Primum corollar. *Amicus spiritualis quis sit.* 4 Ex quibus Primò elicitur, Quòd quando sic petitur, vel procuratur prouisio necessitatum, mediante pecunia, vt tamen ipsa pecunia non deponatur apud aliquem auctoritate fratrum, neque deposita expendatur ad nutum, & autoritate ipsorum; sed totum fit cum debita licentia, & autoritate dantis: tunc nec fratres pecuniam per se recipere, nec per interpositam personam, dicendi sunt. Sed verè ibi amicus spiritualis est, secundùm Regulam, & declarationes Pontificum. Quia, qui pecuniam accipit, & expendit nomine, & auctoritate dantis pro fratrum necessitatibus; quicunque ille sit, qui sic pecuniam administrat, siue syndicus, siue amicus fratrum, etiam si esset millesimus sub rogatus; hic amicus spiritualis dicitur, & verè est, & non interposita persona. Vt omnes Regulæ expositores hîc dicunt, & Serena conscientia q. 63.

2. Corol. *Tangere pecuniam an liceat fratribus.* 5 Elicitur secundò quòd tangere, seu naturaliter contrectare denarios, vel pecuniam non prohibetur nobis ex Regula: sed tantùm tactus polyticus: quòd idem est quòd vsus pecuniarius propria auctoritate factus. Posset tamen simplex contrectatio, alio iure, naturali scilicet, vel diuino nobis esse prohibitus.

Ideò, qui denarios non politicè, sed solùm ex curiositate tangeret: tunc si hoc facit cum scandalo aliorum, quod ipse aduertit, vel aduertere debet, peccabit vtique magis, vel minùs secundùm qualitatem scandali. Item si ex ipso tactu imminet ipsi fratri cupiditatis periculum, recipiendi scilicet pecuniam politicè, vel quia ex huiusmodi tactu tentatur, vel inclinatur ad malum aliquod: peccabit vtique magis, vel minùs, secundùm qualitatem periculi, cui sine rationabili causa probabiliter se exponit. Qui autem sine scandalo alicuius, & absque aliquo periculo, denarios tangeret, leuissimè peccaret, peccato curiositatis, seu otiositatis, secundùm Sanct. Thomam, vel fortè nullum peccatum (secundùm aliquos) committeret. Quòd si aliqua adesset causa tangendi denarios, vt si ducatus aureus manibus acciperetur, vt ex eo calix, vel patena deauretur. Vel si ex vrbana humilitate leuetur à terra, & traderetur magnati è cuius manibus cecidisset, modò ex his nullum pusillorum scandalum, neque aliud sequatur periculum, nullum vtique erit pecatum.

6 Elicitur tertiò, quòd contra Regulam non est, denarios alienos in itinere periculoso, vbi aliqua imminent pericula, super se derfere. Quoniam nullus hîc pecuniarius vsus interuenit, & pium quidem

3. Corol. Seruare pecuniam itinerantium quãdo liceat.

est, proximo rem suam saluare, & à periculis tueri. Verùm agenda est causa proximi, fideliter quidem; sed prudenter. Vbi enim anima, vel fama læderetur, ex aliquo fortè scandalo, vel ex sibi imminente periculo; nullius est curanda pecunia, seu denarius.

4. Corol.

Custodes pecuniæ an possint esse aliquãdo fratres?

7 Elicitur quartò, quòd fratres Minores eadem, qua supra ratione, denariorum quorumcunque Custodes, violenta periculi necessitate cogente, esse possunt: modò id semper fiat cauendo scandalum pusillorum, inde probabiliter imminens, & insuper seclusa obligatione custodiæ. Debemus enim illi notificare, quòd non intendimus ad iacturam teneri, si pecúnia pereat. Custodia enim pecuniæ (vt asseritur) obligationem importat, nisi à principio excludatur. Teneremur tamen fideliter custodire; sicut rationabiliter nobis fieri vellemus. Salubre verò erit consilium quando commodè fieri potest, pecuniarum custodiam non acceptare: ad euitanda malorum pericula, & turpes pro casuum varietate infamias; in quæ Ordo ex depositis pecunijs incurrere posset.

Dispensatio pecuniæ aliorum nõ licet fratribus.

8 Elicitur quintò, quòd pecuniarum, seu denariorum quorumcunque; etiam alienorũ dispẽsatores esse non possumus. Quoniã dispẽsatio, Ministerialem saltem in se, circa talia dispensanda auctoritatem includit; & sæpe politicam etiam con-

trectationem habet annexam. Quæ omnia nobis per Regulam sunt prohibita, vt expresſè dicit Clement. quint. art. 7. Et ignominiosum est, vt ait Hugo; vt qui sua, propter pericula repulit, stultè rursum, propter aliena, se periculo exponat.

In necessitatis casu, vsus pecuniæ non videtur illicitus.

9 NOta tamen, quòd licèt denariorum, & pecuniarum receptio, quò ad proprietatem, & vsum hìc fratribus omnibus prohibeatur; regulariter tamen id debet intelligi. Nam vbi casus extremæ necessitatis aduenerit, licitè poterunt pecuniam per se, vel per interpositam personam recipere. Quoniam lex naturalis, qua tenemur nostris extremis necessitatibus subuenire, magis indispensabilis est, & obligat, quàm lex positiua, & præceptum de non recipiendo pecuniam: vt rectè annotauit Hugo hìc. Vbi enim duarum obligationum dispariter obligantium, emergens occasio alteram alteri incompossibilem reddet, tūc quæ minùs obligat, alteri cedat, necesse est. Atqui minùs obligat, votum de non recipienda pecunia, quàm præceptū seruãdi naturã: ideò quando alio modo vita corporalis seruari non posset, nisi pecu- *Pecuniæ receptio aliquando fratribus licita.*

niam recipiendo, & politicè contractando, licitum esset tunc, immò obligatorium ex naturali lege pecuniam recipere, ad tali externæ subueniendum necessitati. Vt esse potest in aliqua persecutione Fidei per hæreticos facta: in qua fortè vitæ necessaria, nisi pecunia mediante, inueniri non possent. Et in similibus casibus. Nec tunc talis denarius, vel pecunia propriè ipsius fratris esset, sed vsus, nec simpliciter, sed ex causa, ad tempus. Quia cessante necessitate, vsus pecuniæ mox spirat, quia redit compossibilitas obligantium: quæ necessariò sunt seruanda. Sic Christus pacis tempore, missis ad prædicandum Discipulis, ne quid tollerent in via, præcepit. Stante verò necessitatis articulo, tota scilicet illa gente pastorem, & gregem persequente: sacculos, hoc est loculos illis permisit, dicens. Luc. 10. [Quando misi vos sine sacculo, & cætera, nunquid aliquid defuit vobis? sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram.] Quia non eadem viuendi regula, tempore persecutionis, quæ pacis est: vt ibi dicit Glossa. Sicut ergò Apostoli, pacis tempore loculis caruerunt, tempore verò passionis, & persecutionis dispensatiuè loculos pro seipsis habuerunt: sic vrgentis necessitatis tempore, quando nullo modo aliter fratres, nisi mediante pecunia, nec mendicando,

Matt. 10.

Regula viuendi variatur quãdoque.

nec laborando vitæ neceſſaria poſſent inuenire : vt ſæpe in perſecutionibus contingere ſolet; licitè ea ex prædictis vti poterunt. In quo communiter expoſitores concordant. In alijs verò caſibus, à prædictis, omnimodè pecuniarum vſus, fratribus inhibetur.

10 Et quia benè præuidit Pater Sanctus, quòd pro aliquibus neceſſarijs rebus, neceſſariò eſſet aliquando procuranda pecunia; quia nec ſemper omnia, abſque pecunia eleemoſynaliter poterunt haberi, vt ſunt veſtes fratrum, & neceſſaria pro infirmis. Ne ergò periculum ipſis fratribus immineret, dum nec pecuniam ipſi tractare, nec ſine ipſa poſſent frequenter ſuæ indigentiæ prouidere. Ideò tanquam prouidus Pater, ſtatuit, vt per amicos ſpirituales, Miniſtri tantùm, & Cuſtodes ſuper his ſollicitam curam gerant. Ita tamen, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant. Vnde dicit.

Tamen pro neceßitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis, per amicos ſpirituales, Miniſtri tantùm, & Cuſtodes ſollicitam curam gerant, ſecundùm loca, & tempora, & frigidas regiones: ſicut neceßitati viderint expedire. Eo ſemper ſaluo, vt Tex.

(sicut dictum est) denarios, vel pecuniam non recipiant,

Amici spirituales qui sint.

11 EA fuit, vt quidam antiqui Regulæ expositores asserunt, Sancti Francisci intentio; quòd sui fratres pro nulla pecuniaria procuratione, sub quocunque colore, vel causa pesonaliter comparerent. Nec post procurantes illam irent, nec de cuiuscunque rei emptione, seu venditione se intromitterent. Sed quæ mediante pecunia procuranda essent, aliquibus spiritualibus Ordinis amicis, qui curam in seipsos sumerent prædictis fratrum necessitatibus prouidendi, notificarentur. Sícque antiqui fratres Ordinis, tanquam veri puritatis Regulæ zelatores seruauerunt, & ideò in multa puritate conscientiæ, simul & pace, hac laudabili exemplaritate, (teste Hugone) vixerunt. Etenim ipsi hostiatim prout ex Regula eis imponitur, pro eleemosyna ibant: & sibi necessaria, quæ bono modo, absque pecuniæ procuratione poterant habere, mendicabant. Amici verò spirituales Ordinis, ab Episcopis, vel à communitate ad hoc constituti; vice, & nomine constituentium, mediante pecunia cæteris fratrum necessitatibus prouidere curabant. Verùm dilatato postmodum Ordine, &

Consuetudo antiquorum fratrum in quærenda eleemosyna.

ſubcreſcentibus fratrum neceſſitatibus, ſimulque frigeſcente in populo charitate; non paſſim reperiebantur, qui neceſſariæ fratrum prouiſioni inſiſterent. Ideò, Summi Pontifices hanc Minoritanam Regulam exponentes, modos, & formas fratribus oſtenderunt, & præfixerunt: quibus ſeruatis, licitè ſuis poſſent ſecundùm Regulæ puritatem neceſſitatibus, mediante pecuniæ procuratione ſubuenire. Et ſecundùm prædictos, & præcipuè Nicolaum tertium, qui hunc pecuniæ articulum profundiùs, clarioribus determinationibus quàm ſui prædeceſſores, declarauit, capite. exiit qui ſeminat. §. cæterum. Amici ſpirituales, præter præfatos, erunt dantes eleemoſynam, aut ab eis ſubſtituti. Ad hos licitè fratres recurſum habere poterunt: rogantes eos, vt eorum neceſſitatibus, placeat ſubuenire. Nec vllam habent fratres in ipſa pecunia auctoritatem; ſed ipſius depoſitio, ſiue tranſportatio, ſiue expenſio, auctoritate dantis fiet, vel eius ſubſtituti.

Modus quærendi pecuniam, datus à Pontificibus.

Qui prælati possunt mediante pecunia fratrum necessitatibus prouidere.

12 PEr præfatos ergò amicos spirituales, Ministri, & Custodes necessitatibus infirmorum & induendorum fratrum, prouidere debent. Et quamuis ante declarationem Nicolai tertij, nomen Custodis etiam Guardianos comprehendisset, vt quatuor Magistri, S. Bonau. & Hugo astruunt hîc: tamen post declarationem dicti Nic. 3. nomine Ministrorum, & Custodum, non Guardiani, sed Ministri tantùm & custodiarum Custodes ex vi Regulæ intelliguntur. Attamen idemmet Nic. concessit, quòd Ministri, & Custodes prædicti; hoc alijs fratribus, tam Guardianis, quàm non Guardianis committere possint. Et hoc secundùm mētem Regulæ. Quia licèt paruo fratrum numero existente, potuissent forsan Ministri, & Custodes ad hæc procuranda sufficere: multiplicatis tamen fratribus, hoc impossibile erat. Nec verisimile est, (vt idem Nicolaus dicit) B. Franciscum Regulæ institutoré, Ministris, & Custodibus impossibilitatis iugum voluisse præfigere; & ex impossibilitatis consequentia, suis necessitatibus fratres voluisse carere. Nec enim vnus singularis Custos, suæ custodiæ infirmis, vel induendis fratribus,

Guardiani non cōprehēduntur hodie sub nomine Custodum.

Guardiani tenentur prouidere necessitatibus fratrum.

corporali præſentia ad neceſſaria procuranda, ſemper adeſſe potuiſſet. Inde eſt, quòd hoc communiter omnibus Guardianis committitur, eo ipſo, quo Guardiani inſtituuntur: & eorum Vicarij, abſentibus Guardianis. Ideòque, vt habetur in Speculo fol. 10. ſicut Miniſtri, & Cuſtodes ex Reg. obligatoriè tenentur prædictis fratrum neceſſitatibus etiam mediãte pecunia per amicos ſpirituales prouidere, vt ex prædicto Nicolao patet, §. licet autem ſic ipſis Guardianis hoc idem præceptorium eſt. Quamuis illi principaliùs, & directiùs ex vi Regulæ, & ex lege prælationis ad id teneantur. Iſti verò minùs principaliter. ſ. ex commiſſione, ſaltem generali, & tacita, tam ex Regula, quàm etiam ex iure prælationis. Iure enim naturali, & diuino (vt inquit hîc Petrus Ioã.) ipſis prælatis, ſuorum filiorum prouiſio incumbit. Vnde dicendum eſt, quòd ad prouidendum neceſſitatibus corporalibus fratrum, abſque pecuniæ interuentione, omnes quotquot ſunt prȩlati, eo ipſo, quo prælati inſtituuntur, naturali, & diuino ad id iure obligantur. Ad prouidendum autem eorũ neceſſitatibus mediante pecunia, per amicos ſpirituales, principaliùs miniſtri & Cuſtodes tenentur. Ex commiſſione verò generali, tenentur etiam ipſi Guardiani, ratione officii: tam ex vi Regulæ, quàm ex conceſſione Papali. Et licitè hæc eadem, per

alios poterunt expedire. Nam regulares prælati benè possunt, super his, quæ ad eos ex officio pertinent, alijs vices suas committere. Atqui ex officio, ceu ex cõmissione generali, ratione efficii; hoc eis cõuenit; ideò aliis poterunt hanc curam committere, vt benè dixit Hugo hîc, & Cordub. annotauit. q. 6.

13 Ex quo sequitur, quòd alii subditi à prædictis, non possunt, se intromittere in procuratione alicuius necessitatis mediante pecunia; nisi ab aliquo prædictorum ad hoc commissionem habuerint: quia hoc eis specialiter per Regulam prohibetur. Vbi enim in Regula dicitur, (Ministri tantùm, & Custodes) per ly [tantùm] præceptoriè omnes alii à prędictis prælatis, excluduntur: secundùm communem expositorum sententiam, hîc, & habetur in Seren. conscientia. q. 16. Notandum tamen secundùm expositionem sanctorum Patrum Ordinis, & Petrum Ioan. hîc, & Seren. conscientiam. q. 63. quòd si tam notabilis esset prælatorum negligentia in prouidendis fratrum necessitatibus, vt cogerêtur subditi etiam mediante pecunia, per amicos spirituales suas procurare necessitates: non vtique peccarent. Necessitas enim magna & vera: caret lege. Ipsi tamen subditi ne propria affectione decipiantur, proprium non sequantur iudicium: sed prudentium bonorum fratrum sententiæ, se commit-

Subditi mediantè pecunia an possint prouidere sibi & alijs fratribus.

tant. Ita tamen, quod semper vt dictum est, prouisio mediante pecunia non aliter quàm per amicos spirituales, & nihil fratrum auctoritate, fiat.

Recursus ad amicos Spirituales, pro quibus necessitatibus fiat.

14 Et licèt recursus ad amicos Spirituales in duobus tantummodo casibus, ex Regula expressè concedatur: pro necessitatibus scilicet infirmorum, & pro fratribus induendis: Attamen S. Bonauentura declarat, in præfatis duabus necessitatibus S. Franciscum intellexisse cæteras maiores; quæ scilicet nec per humilem mendicitatem, nec per oblationem liberalem, nec per fidele laboritium, commodè, hoc est absque magna distractione, & melioris boni impedimento, haberi possunt Hinc est. Quòd Nicolaus cap. exiit §. cæterùm, & Clem. c. exiui §. Porrò ad alias necessitates pro tempore occurrentes, cessantibus eleemosynis, rationabiliter extenderunt. Adeò vt pro aliis necessitatibus, his duabus maioribus, aut consimilibus, vel æquiualentibus poterunt ministri, & custodes ex Nicol. & Clem. prædictis, ad amicos spirituales cessantibus eleemosynis habere recursum. Quod Petr. Ioan. & cæteri ferè omnes expositores Regulæ, sentiunt super cap. 4.

Quæ requiruntur vt licitus pecuniarum sit recursus.

Nicol. c. exijt. § cæterum. c. Exiui. §. Porrò de verb. signific.

15 NEc solũ, vt ex prædictis summis pontificibus, & omnibus ferè Regulæ expositoribus patet; non nisi propter necessarias res, recursus ad pecuniam haberi potest: sed nec aliter, huiusmodi recursus fieri valet, quàm secundùm formam, et modos à prædicto Nicolao iij. traditos. Sic enim à Clem. V. in d. §. porrò determinatum est, his verbis [Dicimus fratres teneri, cauere summòpere, quòd pro aliis causis, vel sub modis aliis, quàm ponat dicti prædecessoris nostri declaratio, ad dantes pecunias, siue deputatos nuntios non recurrant.] His seruatis, securè poterunt fratres, pecuniariam solutionem procurare; nec dici verè poterunt per se, vel per interpositam personam pecuniæ receptores, contra Regulæ, & sui ordinis puritatem. Ideò attendenda, & notanda sunt ea, quæ dictus Nicolaus in dicto. §. cæterùm, ordinauit.

16 Pro cuius rei elucidatione, & conscientiarum fratrum securitate: tria principaliter in hoc negotio sunt attendenda. Vnum est, ex parte rei cuius prouisio pecunia mediante procuratur. Secundum ex parte fratrum, quòad

modum, & formam tenendam in procuranda pecunia. Tertium, qualiter ipsi fratres circa tales eleemosynas expendendas, & tenentes eas, habere se debeant.

Necessariæ conditiones ad requirendã pecuniã.

Circa primum principale notandum est, quòd vt procuratio pecunaria, ad aliquam rem habendam licitè per fratres fieri possit: quinque conditiones necessariæ sunt. Prima, quòd talis res, cuius solutio procuratur, sit verè necessaria, vt inquiũt Hugo cap. 4. Ioannes Philippus ar. 2. & Seren. conscien. quæst. 12. & 16. & habetur expresè in dicto. §. cæterum. Quia si vsus rerum nobis non conceditur nisi necessarius, (vt idem Nicol. dicit. §. Insuper nec vtensilia:) multò minùs, procuratio solutionis cuiuscumque rei, nisi sit necessaria, nobis indulgetur. Idque manifestè ex ipsa Regula demonstratur; dum non nisi pro infirmis, & induendis fratribus ad amicos spirituales, recursus exprimitur. Quòd ideò factum est, non quidem, vt alias similes, seu maiores, excluderet necessitates: sed vt doceremur, quòd non nisi pro vera, & nostro statui conueniente necessitate, potest pecunia procurari.

Prima cõditio.

17 Et sicut nobis nulla conceditur pecuniaria procuratio, nisi ob veras necessitates: non autem ob alias, quæ tales creduntur, & non sunt: sed magis appetitus, curiositates, vel relaxationes exi-

Oblata accipere sine necessitate non licet.

ſtunt: ſic nec oblatas liberaliter pecunias nobis acceptare conceditur, vel in earum depoſitione conſentire, & ad depoſitarium, recurſum habere. Nam (vt dicitur in tractatu de neceſſariorum congrua ſolutione §. pro maiori.) Non eſt minoris culpæ, & transgreſſionis, extra manifeſtam neceſſitatem oblatas acceptare pecunias, vel ad earum depoſitarios recurſum habere; quàm aliquas de nouo procurare. Cùm in hoc nulla ſit differentiæ ratio; & vtrumque per dictum Nicolaum, & Clem. in locis præallegatis, videatur prohibitum.

Neceſſitas vera, procurandi pecuniam.

18 Et cùm totale noſtræ profeſſionis obſeruantiæ, eiuſdémque relaxationis, & tranſgreſſionis fundamentum, maximè in examinatione iſtius veræ neceſſitatis conſiſtat: ideò videndum eſt, quænam neceſſitas cenſenda iſta ſit, pro qua pecunia licitè procurari poſſit? Num ſcilicet, ſtricta, aut accommoda ſecundùm vſum eſſe debeat? Ad quod dico, ſecundùm Ioannem Philip. art. 5. & 6. & Cordub. quæſt. 7. & pleroſque alios, nō requiri quòd neceſſitas ſit ſtricta, ita vt ſi ei non prouideatur periclitetur frater, ſeu ſtatus pereat, cui neceſſariò prouidendum eſt; ſed ſufficit neceſſitas quædam accommoda ſecundùm ſtatum, & profeſſionem noſtram.

Et illa eſt, quæ talem habet manifeſtam neceſſitatem præſentem, vel imminen-

tem; quòd si ei non prouideretur, status debitus tum officii, tum communitatis, tum particularis personæ, sine detrimento commodè stare non posset. Et hoc, siue spiritualis, siue corporalis sit necessitas. Corporalis, vt putà de alimētis, vestibus, lectis domibus, ornamentis Ecclesiasticis, ac cæteris ad cultum Diuinum, ad sapientiale studium, & aliis huiusmodi ad executionem officiorum requisitis prouidere.

Ad licitam enim moderatamque horū, & similium prouisionem licitè potest pecunia procurari; vt aiunt quatuor Magistri hîc: & habetur in tractatu de necessariorum congrua solutione. §. Et tamen. Spiritualis, putà quando non nisi pecunia mediante aliquod grande bonum, prædicationis scilicet, vel pacis, & huiusmodi fieri posset; vel aliquod vitari grande malum; licitè enim tunc pecuniaria erit procuratio.

Pecunia potest procurari pro necessitate spirituali.

Duo cōsideranda in necessitate vera.

19 Ad benè verò iudicandum, quænam necessitas, vel qui vsus sit censendus accommodus, nostróque statui conueniens; vt licitus ad procurandum pecuniam sit recursus: duo aduertere, & considerare debemus. Vnum qualis scilicet sit noster status seu professio, & vocatio nostra: Alterum quę sit nostra obligatio. Status noster non sicut aliarum Religionum, sed magnæ paupertatis, &

humilitatis est. Quare omnia, quibus vti volumus; nostro debent statuti, seu vacationi esse conformia. Nostráque obligatio ad aliquos est arctos vsus in Regul. expressos, coarctata; & ad moderatum omnium aliarum rerum quibus vti possumus, vsum. Vt infrà latiùs in sexto cap. dicetur. Ergò prædicta necessitas accommoda, ob quam ad pecuniam recursus licitè fieri poterit: attendi debet secundùm statutum professionis nostræ, & nostram obligationem. Vsus enim aliquis ciborum, vestium, ædificiorum, &c. aliquorum Religiosorum intuitu, moderatus censebitur; qui tamen respectu nostri erit diues, abundans, & superfluus. Et ideò ob similia, illicitus erit fratribus ad amicos spirituales recursus.

Superflua omnia sũt contra Regulam nostram.

Vnde ex prædictis patet, quòd contra Regulam faciunt, quotquot mediante pecunia, res superfluas (siue sint ornamenta, & vasa Ecclesiastica, siue libri duplicati, aut curiosi, vel aliæ non necessariç res) procurant. Et qui ædificia, & officinas nostro statui pauperi non conuenientia faciunt. Nam temperatis, & humilibus ædificiis fratres vti debent. vt dicitur in Clementina exiui. §. Hinc est etiam, ne huic tantæ promissæ paupertati, quod patet oculis, contrarium foris clamat. Et generaliter qui ad pecuniam recurrunt, vel eam expendi permittunt, pro vsu superfluo, curioso,

vel

vel ſplendido; vt Ioannes Philip. aſſerit.art. ſexto ſuper Regul. cum cæteris expoſitoribus. Superfluum autem dicitur, & eſt; id quo ſublato, reliquum commodè ſufficit. Curioſum eſt, quod ad ſenſuum delectationem fit; vt picturæ, decor in ædificiis; & huiuſmodi. Pretioſum eſt, quod vltra ſufficientis neceſſitatis (reſpectu noſtri ſtatus,) valorem, quid habet. Vt putà argenteam quærere crucem, vel auream, vbi lignea, vel ærea ſufficit. Similiter ampullas, & lampades huiuſmodi procurare, vbi ſufficiunt vitreæ. Et idem de candelabris, & cæteris huiuſmodi dicendum videtur. vt ex dicta Clement. in eodem § habetur. *Superfluū quid.* *Pretioſum quid.*

20 Secunda conditio eſt, quòd neceſſitas predicta præſens, vel imminens de propinquo ſit; non autem futura. Præſens dicitur, quæ certa, & determinata nunc eſt ad quam pręterita neceſſitas reducitur: vt putà quando pro aliqua re empta, ſolutio pecuniaria debet procurari. Neceſſitas verò imminens, ingruens, emergens, vel de propinquo apparens, eſt illa, quæ certa, & determinata eſt, & incipit iam eſſe: & ideò imminens dicitur, ſcilicet ab in, & maneo, quaſi intùs per notitiam, & inchoationem manens. Quia, licèt non vt prima ſit nunc neceſſaria; cognoſcitur tamen certitudinaliter in breui, euentura. Et de his loquitur Nicol. Tertius. art. ſexto *Secunda conditio.* *Neceßitas pręſens, & imminens quæ ſit.*

Necessitas futura prouisionem excludit.

§. cæterùm. Pro necessitate autem futura, seu possibili, quæ nec præsens, nec per notitiam certam, & eius inchoationem imminens est, sed tantùm possibilis, pecunia nullo modo procurari potest. Vt dicunt communiter doctores hìc; & habetur expressè in dicta Decretali. Exiit qui seminat. §. insuper nec vtensilia. Illis verbis [vel sub colore prouidentiæ in futurum.) per hæc enim verba, futuras necessitates excludit, & per consequens procurationem solutionum earum. Vt benè annotatur in tractatu de necessariorum congrua solutione. §, pro maiori. Et sicut pro istis necessitatibus futuris, & incertis pecunia procurari non potest: sic neque possunt fratres in eius depositione, vel expensione consentire, etiam si legata, vel liberaliter oblata sit, cùm in his nulla differentiæ ratio agnoscatur. Vt annotatur in dict. tractatu de necessariorum congrua solutione. §. Pro maiori. & Ioan. Philippus art. 5. & 6. & Cordub. capite 4. quæst. septima dixerunt. Quarè zaccharum, aromata, & id genus alia mediante pecunia procurare pro infirmitatibus futuris, & incertis, contra hoc Regulæ præceptum erit, sicut quæcunque alia prouisio pro incertis necessitatibus futuris, quæ media fieret pecunia.

21 Tertia, conditio est, quòd tempore procurationis pecuniæ, aliæ non sint elee-

mosynæ indifferenter oblatæ, vel depositæ pro necessitatibus fratrum; ex quibus sufficienter tali necessitati fratrum prouideri possit simul, & aliis necessitatibus præsentibus, vel imminentibus. Tunc enim nullo modo possent prælati, quin Regulæ transgressores sint, solutionem rerum necessariarum procucarare. Quia ibi vera necessitas non est, vbi per eleemosynas depositas, vel oblatas, solutio commodè fieri potest. Vt benè notat Ioann. Philipp. vbi suprà, & dicitur in tractatu de necessariorum congrua solutione. §. Quartò est seruanda. Quarè licitè procurare illa non possent, nec oblatam quomodocunque acceptare, nec deponi permittere. quod ex dicta Decretali exiit. §. cæterùm, patere potest. Dicuntur autem pecuniæ indifferentes, quæ simpliciter offeruntur, & per ipsos offerentes, seu deponentes non sunt alicui certæ necessitati, vel vsui deputatæ.

Tertia conditio. stante pecunia indeterminata alia procurari non potest aliquo modo.

Pecunia indeterminata quæ.

22 Et de istis sic indifferentibus pecuniis, necessitatibus prædictis fratrum, siue communes siue particulares cuiusque fratris sint illæ prouideri debet. In nostra enim Religione, vbi nullum neque in particulari, neque in comuni proprium habetur, nulla est differentia quò ad eleemosynas pecuniarias prędictas, inter communitatem, & fratrem particularem. Ideò prælatus tenetur, de prædi-

ctis eleemosynis communitati,&fratrum particularium necessitatibus prouidere.

23 Nota tamen, quòd prædictæ eleemomosynæ,, indifferentes esse poterunt; si ignorantibus fratribus depositæ, vel legatæ fuerint. Nec priùs fratres earum notitiam habuerunt, quàm cùm prædictæ veræ necessitates emerserunt. Vel si ipsis existentibus, vel imminentibus necessitatibus; legentur, seu offerantur. Nam si permitterent fratres, aliquam deponi pecuniam apud aliquem, absque præsenti, vel imminenti necessitate, vt seruetur quousque ipsis necessitas offeratur, hoc esset thesaurizare: & necessitatibus futuris incertis prouidere: quod est contra Regulam, & declarationes Pontificum.

Prouisio prima fiat pro victu, & vestitu

24 Quòd si eleemosyna oblata omnibus veris necessitatibus non sufficeret, semper debent prælati his primò, quæ magis vrgent, prouidere, vt sunt necessitates pro victu, & vestitu: postmodùm verò pro aliis necessitatibus, quæ supersunt, solutionem procurare.

Quarta conditio. Res mendicabilis non potest procurari pecunia mediante

25 Quarta conditio est, quòd talis necessitas, cuius solutio procuratur, commodè mendicabilis non sit Vbi enim commodè mendicari posset sine magno scilicet discursu, & sine melioris boni impedimento, tunc non esset tutum, ad pecuniam recurrere, cùm tunc nulla sit vera necessitas, talem solutionem

procurandi. Et facit ad hoc, dicta Nicolai Tertii expositio, vbi dicitur, posse ad pecuniam recurri cessantibus eleemosynis. Ergò si eleemosynæ adsint, de quibus tunc commodè mendicando fratrum necessitatibus satisfieri posset: non vtique pecunia licitè procurari valeret. Et sic communiter Regulæ expositores tenent. Idque ratio suadet, quia si existente re commodè mendicabili, licitè recursus ad pecuniam haberi posset, periret vtique mendicitas, ad quam ex Regula tenemur. Quare contra prædicta, & contra Regulam faciunt, qui absque aliqua consideratione statim recurrunt ad pecuniam: non attendentes priùs, an commodè mendicando, necessitatis prouisio sine pecunia haberi possit.

26 Quinta conditio est, quòd prædicta necessitas propria ipsorum fratrum pecuniam procurantium, seu subditorum, curæ, & potestati ipsorum commissorum, & non exterorum existat. Pro necessitate enim aliena, siue sæcularium sit, siue aliorum fratrum, eorum curę non commissorum, licitè pecunia procurari non potest. Et ratio huius est, quia solùm pro prædictis propriis, vel sibi commissorum necessitatibus pecuniæ procuratio ex Regula, & Nicolai predicti declaratione, conceditur. Et quod non conceditur, (vt ait Clem. V. articulo

Quinta conditio. Procuratio fiat pro necessitate fratrum non exterorum.

sexto) denegatum nobis intelligitur. Ex quo, omnis pecuniæ procuratio, generaliter nobis prohibetur. Vt habetur in Serena conscientia quæst. decima quinta, & in tract. de necessariorum congrua solutione. §. Tertiò conuenit. Et quod dico, quòd pro aliena necessitate licitè pecunia procurari non potest; idem de oblata dicendum est. Nec enim pro aliorum necessitatibus acceptari potest nec deposita expendi, seu aliquid ex ea emi, intentione dandi prædictis: quia nulla vt suprà dictum est, differentia in hac, vel in illa pecunia est.

27 Sed aliquem humiliter rogare, vt huius, vel illius exteri, & nostræ curæ non commissi necessitatibus, etiam pecunia mediante prouidere velit, non erit illicitum: dummodò fratres ad hoc à suis superioribus non prohibeantur.

Subditi quando poßint procurare solutionem pecuniariam.

28 Ex his patere potest, quòd prælatus pro propriis, & subditorum suorum qui ad tempus, vt hospites, & itinerantes fratres, vel simpliciter subditi sunt, domorumque suarum necessitatibus licitè per amicos spirituales solutionem procurare potest. Subditus verò minimè nisi ex suorum prælatorum licentia, vel vbi necessitas vrgeat, & prælatorum licentia ob eorum absentiam commodè haberi non potest, vel vbi ipsi prælati id facere penitùs negligerent. Et in his duobus casibus, in absentia scilicet, vel

negligentia prælatorum (nisi necessitas sit manifesta) consulendum est viros probos, si fieri commodè potest; vt iudicent an vera sit necessitas, vel non? alioquin de sua tenebitur quisque temeritate. Quòd si extra casus prædictos fratres subditi pecuniam deponi faciant, vt eam dispensent pro libito voluntatis suæ, his, vt dixit Aluarus in Seren. conscien. quæst. decima sexta mortaliter peccant. Et quia contra Regulam, & declarationes Pontificum faciunt, pecuniam recipiendo, vel ad eam recurrendo; quod solis Ministris, & Custodibus vt suprà dictum est, conceditur, & cæteris ex Regula prohibetur. Et quia sine licentia id facientes, proprietatis crimen incurrunt: & sicut proprietarij puniri possunt. Vt patet in cap, non dicatis, & cap. super quodam. 12. quæst. 1, de statu Monach.

Fratres quomodo se gerant in procuratione pecuniæ.

29 Visis necessariis conditionibus, quę requiruntur ex parte rei, pro qua est procuranda pecuniaria solutio: videndum modò est secundum principale quod est ex parte fratrum; qualiter se habere debeant quemve tenere modum in procuratione pecuniæ. Scias autem circa hoc, aliquas ex dicta Decretali, Exiit. §. cæterùm dari, modificationes. Qua- *Prima modificatio. Mutuum nullo modo licet ipsis fratribus.*

Tu tamen nota, quòd licèt solum verum mutuum fratribus recipere sit interdictum; tamen licèt impropriè, & largè mutuum accipiatur, nullo modo alijs mutuò ipsi poterunt dare. Idque ideò; quia nullam ipsi fratres in pecunia, seu eius vsu, auctoritatem habent: sed illa semper ipsorum est dantium. Et ideò alijs mutuare pecuniam non poterunt; sed benè possent humiliter dominos pecuniæ rogare, vt sint contenti mutuare petenti. *Fratres non possunt alijs dare mutuò.*

30 Secunda est, quòd necessitatem, pro qua pecunia petitur, fratres in particulari specificent; vt habetur in tract. de necessariorum cong. solu. §. secundum principale. Et videtur probari ex dicta Decretali, Exijt. Et potest esse ratio; quia si pecunia generaliter, & indistinctè absque particularis necessitatis explicatione procuraretur; tunc auctoritas, & libertas expendendi procuratam pecuniam, ad libitum, apud ipsos fratres maneret: quod ipsis videtur prohibitum. Neque talem sufficit necessitatem habere signatam, & specificatam in mente: quoniam in negotio pecuniæ, intentio debet per verbum exprimi, vt agnoscatur ab omnibus. Vt dicit Hugo, & communiter expositores hîc c. 4. Additur tamen, quòd tunc tantùm est necessaria hæc cōditio; quādo scilicet commodè, honestè, & sine scādalo necessitas in particulari, notificari po- *Necessitas in procuratione pecuniæ specificanda est*

Opinio. Cordu. test, alioquin ſpecificanda non eſt. Cordub. tamen, cap. 4. quæſt. 8. contrariam tenet ſententiam, quòd talis, ſcilicet neceſſitas non ſit neceſſariò ſpecificanda. Idque ideò, quoniam dicta Decretalis, Exijt, non obligat ad ſpecificandas neceſſitates; ſed potiùs declarat nobis eſſe licitum noſtras inſinuare neceſſitates, vt ſic vel ipſi dantes, vel depoſitarij dantium alliciantur ad prouidendum neceſſitatibus fratrum. Nec ratio ſuprà poſita vrget. Quia licèt verum ſit, quòd non poſſumus pecuniæ adminiſtrationem, ſeu diſpenſationem habere; non tamen ſequitur, quòd ſi talis neceſſitatis explicatio non fiat, quòd auctoritas diſpenſandi pecuniam, apud nos ſit. Propriè enim diſpenſare pecuniam; eſt auctoritatem ſaltem miniſterialem in diſtribuendo, & diſponendo de ea quomodò, & per quos voluerimus, habere: quod non eſt hîc. Nam in poteſtate fratris eſt, de multis neceſſitatibus præſentibus, vel imminentibus aliquam, cui prouideatur eligere: & tamen non per hoc habere dicitur diſpenſationem pecuniæ. Sic, pecuniæ diſpenſator non erit cenſendus, qui generaliter pro neceſſitatibus veris, præſentibus, vel imminentibus pecuniam petit; abſque explicatione particularis neceſſitatis; ſi poſtmodùm ipſe neceſſitatem aliquam determinat, pro qua pecuniam petitam expendat. Dummodò

cum ipſo dante, ſeu eius depoſitario ſe habeat tanquam cum vero ipſius pecuniæ domino; hoc eſt, abſque vllo pecuniæ dominio. Nec ex eo, quòd particularis ſubticeetur, & non manifeſtatur neceſſitas, aliquid à pecuniæ domino, aut eius depoſitario auctoritatis aut dominij, circa ipſam pecuniam tollitur: neque ipſis fratribus aliquid auctoritatis acquiritur.

Et ſi dicas, quòd ſi ſciret dominus neceſſitatem particularem, fortè non daret, neque expenderet pecuniam. Dico, quòd hoc non obſtat; quoniam ignorantia hæc, minimè ab eo tollit auctoritatem circa pecuniam ſuam. Et talis particularis neceſſitatis cognitio, non eſſet niſi cauſa alliciens, & mouens voluntatem ad dandam, vel non dandam eam. Nos autem non tenemur apponere, ſeu remouere omnia motiua, ſeu allectiua; per quæ allici, vel retrahi aliqui poſſent ad dandam, vel non dandam pecuniam. Et huic ſententiæ videtur fauere dicta Decretalis Nicolai III. dicens: quòd quando indifferenter pro nulla determinata neceſſitate, ſed indiſtinctè datur, vel deponitur pecunia; tunc licitè expendi poteſt pro neceſſatibus veris. Ergo ſi per hoc, quòd pecunia deponitur indifferenter ſine vlla alicuius neceſſitatis particularis expreſſione, non fiunt ipſi fratres diſpenſatores ipſius pecuniæ, ſi pro hoc, vel illa neceſſitate

illam petunt, expendi. Sic non erunt pecuniæ dispensatores, qui illam absque particularis necessitatis expressione procurant: dummodò pro necessitatibus veris, præsentibus, & imminentibus petatur. Immò idem Cordub. dicit, quòd neque tenentur fratres aliquam in mente necessitatem determinatam habere; pro qua pecunia procuretur. Et dato, quòd in mente aliquam signatam haberent necessitatem; possent postea intentionem mutare, & rogare dantem, vel eius depositarium, quòd illa pecunia pro alia necessitate expendatur. Quia cùm nec ipsi fratres, nec ipse dans aliquam particularem explicuerit necessitatem: pecunia remanet indifferens, vt pro quacunque necessitate expendi possit.

Necessitas est specificanda de congruo, non de rigore.

31 Tu tamen dic, quòd licèt talis expresse necessitatis notificatio, ex rigore non videatur ex dictis necessaria; expedit tamen fratribus, vbi commodè fieri potest, eam exprimere. Et hoc propter bonum exemplum; & ad euitandam materiam, cuiuscunque impuritatis, & suspicionis, quæ ex tali generali procuratione posset oriri, Meliùs enim sæculares ædificantur, & libentiùs eleemosynas faciunt, cùm eis necessitates exprimuntur. Quia tunc verè à fratribus necessitatem, non pecuniam procurari cognoscunt.

32 Tertia est, quòd aliquam procurantes necessariam solutionem, non plus scienter procurent, vel deponi permittant, quàm necessarium esse creditur, pro ipsa explenda necessitate. Dum enim plus scienter procuratur, seu dari, vel deponi permittitur, quàm res ipsa existimatur valitura; vtique illud plus, non est necessarium, ergò prohibitum, & illicitum. Nam minimè fratribus permittitur, nisi pro veris necessitatibus, pecuniam posse procurare; seu oblatam acceptare. Et hoc expresè dicitur in dicta Decreteli, Exijt. §. cæterùm. & communiter ab omnibus Regulæ expositoribus. Et qui aliter facerent, peccarent contra Regulam mortaliter. Ex quo elicitur, quòd si contingat aliquando, ignoranter maiorem dari, seu deponi pecuniæ quantitatem, quàm requirat necessitas, quæ pro aliqua sit necessitate determinatè deposita; quòd non poterunt fratres se de superfluo intromittere sine expresso dantis consensu: & hoc expresè habetur in dicto §. cæterùm. Quare quod de pecunia superfluit, in alias non poterit necessitates expendi, antequam ab ipso dante sufficiens habeatur consensus. Vnde vtile erit, (vt in dicto §. cæterùm dicitur) quando ad determinatam necessitatem, aliqua procuratur pecunia, seu liberaliter datur; à principio, pecuniæ dominum rogare, quòd si quid

Tertia modificatio., Supefluū procurare peccatum est.

Superfluū non potest expendi sine noua licentia.

de ipsa supererit, in alias fratrum necessitates præsentes, vel imminentes liberè expendi possit. Qui si consentire noluerit, eidem superfluum restituendum est. Quòd si fratres id ex obliuione non fecerint, & pecuniæ dominus absens sit, ita vt commodè ab eo exigi consensus non possit: tunc depositarius, aut rei gestor dantis, alijs fratrum necessitatibus poterit de superfluo prouidere. Sufficeret enim tunc consensus interpretatiuus, seu probabiliter præsumptus. Vt ex quatuor Magistris, Hugone, & Bartholomæo, Pisano, hîc, & Serena conscientia, quæstione 55. colligi potest. Argumento eorum, quæ ipsi dicunt, de pecunia determinatè deposita. Et idem puto etiam si ex culpa, & dolo (licèt aliter videatur sentire Cordub. hîc, quæstione 8.) talem fratres consensum à pecuniæ domino, non quæsierunt. Quia licèt in hoc malitiosè se gesserint, & mortaliter peccauerint, permittendo deponi plusquam necessitas requirebat, idem tamen præsumi potest consensus ipsius dantis, in hoc, sicut in præcedenti casu modò contrarius non appareat, cùm eadem videatur esse ratio hîc, & ibi. Nec præsumptio fauorabilis, seu opposita, oritur ex obliuione, seu dolo fratrum: sed ex animo, & liberalitate dantis, sic Summo Pontifice in dicta Decretali, Exijt, declarante.

Cap 4 super Reg.

33 Notanter tamen dixi (si pecunia pro necessitate determinata procurata, seu deposita sit,) quia si indeterminatè generaliter pro fratrum necessitatibus ipsa pecunia sit : tunc non erit necessarium, talem specialem consensum ab ipso dante requirere. Quoniam dum indifferenter absque alicuius particularis necessitatis specificatione, pecunia datur : consentit eius dominus, vt in omnes fratrum necessitates expendatur. Vt per Nicol. III. determinatum extat, in dicta Decretali exijt. §. Quia verò. Et vt patet ex dicta decretali, Exijt, licitè procurari, seu indifferenter oblata, acceptari pecunia potest, pro necessitatibus præsentibus, seu imminentibus. Modò in vtroque casu, siue indifferenter, siue specialiter pecunia detur, non plus scienter acceptetur, quàm verisimiliter necessarium esse credatur pro ipsis necessitatibus veris expediendis.

Superflua indeterminatæ pecuniæ potest expendi sine noua licentia dantis.

34 Quarta est, quòd quando pecunia procuratur, seu liberaliter offertur : nullo modo fratres aliquem nominent, seu præsentent, cui ipsa pecunia detur, seu committatur expendenda. Nisi postquam sufficienter constiterit probabiliter, nolle ipsum dantem, vel non posse per seipsum, vel per alium ab ipso deputandum, pecuniam expendere. Quarè si necessitas, cui prouidendum est, extat nunc : putà quia res necessaria modò est emenda ; vel

Quarta modificatio.

Nominare recipientem pecuniam quando liceat fratribus.

pro ipsa iam empta, est modò satisfactio facienda: poterunt fratres, dominum eleemosynæ exhortari, vt per seipsum, vel per alium, iuxta suum beneplacitum assumendum satisfacere velit. Quòd si id minimè facere velit, vel non possit, quia fortè recessus eius imminet; aut quia fidelium personarum, quibus hoc velit committere, notitiam non habet, vel quacunque alia occasione, vel causa. In nullo Regulæ puritas infringitur, aut ipsius obseruantia maculatur; si fratres ipsi alicuius, vel aliquorum, ei curent dare notitiam: vel aliquos seu aliquem nominauerint, aut præsentauerint, quibus, (si ei placuerit) committi possit agendorum executio; Et hoc expresse habetur per expositores communiter hîc, & in dicta Decretali, Exijt. §. cæterùm.

Creditor pecuniæ potest licitè præsentari à fratribus.

35 Ille tamen, cui soluenda esset pecunia pro rebus ab eo iam emptis, vel quomodolibet debita, bene posset à fratribus præsentari, & nominari ipsi danti, illi notificando huic tanquam legitimo creditori faciendam esse satisfactionem. Hic enim non vt depositarius, vel intermedia persona; sed vt creditor verus pecuniam acciperet; quæ statim, vt ei datur, efficitur sua. Idemq; dicendum est de creditoris famulo, qui ab eodem creditore ad recipiendam pecuniam mitteretur: hic enim cũ nomine ipsius creditoris

pecuniam accipiat pro creditore habetur. Secus autem esset, si talis famulus creditoris à fratribus assumeretur, & non ab ipso creditore mitteretur; tunc enim persona intermedia esset, fratrum auctoritate præsentata, vt rectè annotauit Ioann. Philippus, articulo primo, & secundo. Hinc expositores aiunt, haud debere fratres aliquem secum ferre sæcularem, vel religiosum ad recipiendam pecuniam, quam procurant. Nec aliqua debet persona coram dante apparere, antequam de eius voluntate constiterit. Sed vbi probabiliter creditur, quòd dans nollet perseipsum expendere, neque alicui pecuniam committere, nisi nominando per fratres; tunc possent licitè fratres secum aliquam personam afferre, ad pecuniam illam recipiendam. Dummodò (vt dictum est) talis persona non nominetur, nec præsentetur, nec appareat coram dante; donec de prædicta eius voluntate constiterit probabiliter. Et sic limitari, & intelligi debet dictum Hugonis cap. 4. super Reg. §. circa receptionem; de nuntio præsentando. Nam vbi probabiliter crederetur, quòd dans per seipsum, vel per alium à se substituendum, solutionem facere vellet; tunc non possunt fratres aliquem nominare, seu præsentare: quia hic talis interposita esset persona, contra Regulam. Et idem seruandum est, vbi creditur pecuniã

non posse breuiter expendi: quia fortè deseruit pro libris conscribendis, vel ædificijs construendis, & huiusmodi, quæ tractum temporis requirunt: vel quia non pro necessitate præsenti, sed imminenti requiritur. Nempe, quòd ipse pecuniæ dominus penes se, pecuniam retineat: & per seipsum (cùm opus fuerit) satisfaciat vel aliquem ad id exequendum ipsius loco substituat. Quòd si nolit id facere, tunc licitè fratres aliquem nominare, seu præsentare poterunt; qui ipsius dantis nomine, & auctoritate, dictis fratrum necessitatibus, prouideat. Quòd vt fiat absquè errore sciant fratres, non licere eis in dispositarios assumere, personas stolidas, nescientes, aut non volentes dictam pecuniam tractare, nisi ad nutum, & dispositionem fratrum; adeò vt doceri habeant, fac ita, vel ita: da monetam hanc, vel hanc: serua hanc, &c. Huiusmodi enim actus propriè sunt administratio, vel auctoritatiua dispositio pecuniæ, vel eius vsus: quæ omnia fratribus ex Regula prohibentur. Ideò non erit eis licitum ad tales depositorios recurrere. Immo secundùm Petrum Ioan. & alios, depositarius non debet esse famulus fratrum: ne appareat eorum interposita persona, ad eorum mandatum, & nutum pecuniam expendens: quod necessarium videtur, saltem ratione scandali.

Depositarius fratrum qualis debeat esse.

36 Quòd si cõtigerit huiusmodi substitum nominatum, vel non nominatum à fratribus, prædicta per se exequi non posse: vel ob eius absentiam, vel ob infirmitatem, vel voluntariè ob locorum distantiam, in quibus solutio esset facienda, ad quæ, ipse nollet accedere. Tunc licitè fratres cum omni conscientiæ puritate, poterunt, si ad primum dantem non possunt, vel nollent recurrere, cum isto substituto facere, sicut cum ipsomet pecuniæ domino; circa aliam subrogandam personam ad exequenda præmissa. Si verò interdùm propter locorum distantiam, vbi satisfactio esset facienda, vel ob circumstantias alias euenerit casus, in quo necesse esset plures subrogare personas. Tunc debent fratres expresè ab ipso pecuniæ domino, si præsens est, vel ab eius depositario ad id potestatem habente, licentiam, & assensum exquirere; vt per quascumque personas ab eodem, vel à fratribus nominandas, pecunia ipsa tractabitur, totum sua auctoritate, voluntate, & consensu exequatur, & fiat. Remanente tamen pecuniæ domino, semper penes ipsum dominum; cum libera potestate eam sibi quandocunque reuocandi, quousque in rem deputatam fuerit expensa. Quo assensum suum præbente, securè fratres reempta, vel acquisita de illa pecunia per quem-

Multi possunt esse substituti pro fratrum necessitatibus.

cunque licèt millesimus sit subrogatus, vti poterunt. Ita tamen quòd modus supra annotatus seruetur, vt latè per dictam Decretalem, Exijt, decernitur. §. cæterùm. Si tamen ex obliuione, seu negligentia, aut leui ignorantia facere id fratres omiserint. Vel quia fortè non credebatur, quòd per multas manus ad negotia prædicta expedienda necessariò pecunia deberet tansire: tunc de licentia probabiliter præsumpta, (si commodè non potest, ipsius dantis expectari consensus) poterunt se fratres habere cum eius primo depositario, & cum aliis subsequentibus, ac cum ipso pecuniæ domino. Quia vbi videtur esse licentia ipsius dantis, saltem interpretata. Vt colligitur ex ex Doctoribus super Regulam hîc; & ex dicto §. cæterùm versic. si verò.

Nota.

Quòd si prædictus, dantis consensus, dolosè à fratribus fuerit omissus: tunc secundùm Speculum & Cordub. hîc, q. 8. non possent frarres licitè ad subrogatos recurrere. Quòd mihi verè non placet, ratione, qua suprà numero 32. in fine; modò cum subrogato, (quicunque ille sit, licèt centesimus,) fratres se habeant sicut cum eodem pecuniæ domino. Tunc enim nullum ius, nec in pecunia ipsa, nec in eius vsu seu administratione ipsis fratribus acquiritur: quod solùm ex Regula, & Pontificum declarationibus nobis

prohibetur. Quòd si pecunia fratribus mittitur, vel offertur; nisi expressè per mittentem, vel offerentem aliud exprimatur, prædictis sẽper modis ipsis fratribus licitis prorsus oblata intelligitur, & missa. Vt in eodem §. cætærùm, versic. Quia verò, determinatur. *Nota.*

37 His autem prædictis modis seruatis, non sunt censendi fratres contra hunc articulum de pecunia, venire: dum alii pro eis, pecunias erogatas recipiunt. Vt in dicto §. cæterùm determinatur. Nam licèt pro eis, hoc est ad eorum necessitates subleuandas, recipiatur pecunia, non tamen eorum auctoritate, sed dantis, recipitur, & expenditur; & pecuniæ dominium apud dantem semper remanet; vsquequò in fratrum vtilitates fuerit conuersa. Et si dicas, quòd dans pecuniam, intendit se priuare dominio illius. Dico, quòd hoc debet intelligi secundùm modum licitum ipsis fratribus; iuxta eorum professionem. Cùm enim pecuniæ dator fratres pro se intercessores apud Deum intendat habere: non est credibile, quòd eos ob pecuniæ vsum Regulæ suæ præuaricatores constituere velit. Quare dum pecunia erit in actu, semper in bonis dantis censenda est. Cùm autem fuerit in fratrum necessitates commutata; tunc desinet esse sua. Et si detur, quòd pecuniæ dominus statim intendat dominio pecuniæ se priuare, cùm

Instantia.
Respõsio.

Dans pecuniam, præsumitur dare modo licito fratribus.

primum apud aliquem illam deposuerit. Dico, quòd adhuc fratrum non est. Nam ipsi nequaquam intendunt, quòd tanquam propria, pecunia deponatur; nec vllo modo consentiunt, quòd eis possessio acquiratur. Hæc autem absque proprio consensu, alicui acquiri non potest. Sed huius pecuniæ dominium, quod dās nullo modo apud se esse vult; secundùm Innocentium, Nicolaum, & Clementem prædictos in suis declerationibus, erit Ecclesiæ; & auctoritate ipsius Ecclesiæ in necessitates fratrum expendetur. Quod habetur expresè in Serena conscientia, q.53.

Quinta modificatio.

Protestatio fratrũ in pecunia recipienda eleemosynàliter.

38 Quinta est, quòd si talis procuratio solutionis, non statim solui, sed deponi penes aliquem debeat: ita hoc fiat, vt tam pecuniæ dominus, quàm depositarius semper agnoscant, quòd nihil auctoritate fratrum fit, vel recipitur: sed totum ipsius dantis actoritate fit. Ideò protestari debent, quòd quandiu pecunia ipsa durauerit apud depositarium; semper dominium, proprietas, possessio, ac ipsius vsus, ipsius dantis est: cum libera potestate eam ad se quandocunque voluerit reuocandi. Et quòd fratres ipsi nihil in dicta pecunia, seu eius vsu, & administratione iuris habere volunt. Et hoc expresè habetur in dicta Clementina, Exiui. §. denique. Nec sufficit fratribus in mente solùm, talem renuntiationem

dominij, diſpenſationis, &c. habere; ſed id expreſsè proteſtari tenentur, vt annotauit Ioannes Philippus. art. 3. & Cordu. hîc, quæſt. 8. Quod intelligi debet, ſi dans vel depoſitarius, vel aſtantes ignorarent, qualis ſit ipſorum fratrum profeſſio: quia tunc opinari poſſent, quòd dominium ſeu aliquod pecuniæ ius apud fratres maneret; quod non eſſet abſque ſcandalo puſillorum. Sed ſi ſemel fratres, eos de ſua profeſſione docuerint; non videtur hæc proteſtatio ſemper neceſſariò facienda. Vt annotauit Hugo hîc, & idem Ioan. Philipp. videtur ſentire. Illis verbis [maximè apud perſonas ſtatum noſtrum ignorantes, &c.] Si autem ex obliuione, ſeu alia rationabili cauſa, ſine dolo id fratres omitterent: non vtique omittendo, peccarent. Tali verò obliuione, ſeu rationabili cauſa ceſſante; tenentur expreſsè prædictos noſtrũ ſtatum ignorantes, certificare de prædictis; ſi probaliter crederetur, quòd aliquod inde ſcandalum poſſet haurire Quarè pro obliuionis remedio, ſanũ erit conſilium aliquos habere deuotos generaliter de hoc inſtructos, qui ſciant, (ſi aliquandò contigerit eos nominari, ſeu præſentari iuxta modum ſuprà deſcriptum,) quòd nulla apud eos depoſita pecunia per dantes quoſcunque, tenetur, aut expenditur nomine, & auctoritate fratrum, nec in ea aliquod ius habent, ſed

Deuoti quantum deſeruiant fratribus.

ipſi tantùm dantes, ſi ſuperuiuunt, veri ipſius pecuniæ domini ſunt. Quòd ſi fuerint mortui. vide in hoc capite. infra numero 41. & 42.

Qualiter ſe debeant habere fratres circa eleemoſynas pecuniarias, & tenentes eas.

39 TErtium & vltimum principale, quod ex parte fratrum attendi debet modum reſpicit; quem ipſi fratres circa erogationem talium pecuniarum, & tenentes eas, obſeruare tenentur. Eſtq; prima neceſſariò obſeruanda conditio, vt fratres ipſi firmiter in corde credant nullum ſe vnquam dominium, actionem, adminiſtrationem, ſeu diſpenſationem circa ipſam pecuniam habere. Neque item ore, vel opere, aut aliquibus ſignis prædicta habere demonſtrent; ſicut in veritate non habent, nec habere poſſunt. Vt ex Regula ipſa patet, & ex prædictis Pontificum declarationibus. Ex quo ſequitur, quòd cùm nullũ fratres in dicta pecunia ius habeant, ſed ſemper donec expendatur, ipſius dantis ſit, quòd pecunia determinatè, ſeu ſpecialiter, & expreſsè depoſita pro aliqua neceſſitate, vel pro aliquo conuentu; vel pro aliqua determinata perſona; minimè poteſt in alias neceſſitates, ſeu alios conuen-

Prima cõditio.

Dominiũ pecuniæ ſemper eſt dantis, nunquam fratrum.

conuentus, seu personas alias à prænominatis expendi. Nisi de hoc expressa, vel probabiliter præsumpta à domino pecuniæ habeatur voluntas: quod communiter hic omnes fatentur Doctores.

40 Pro cuius clariori ad simplicium vtilitatem elucidatione: Dicimus, quòd quando pecunia pro aliqua speciali & determinata necessitate deponitur, non possunt fratres, neque depositarius ad aliam necessitatem à prædicta, nisi habita, vt suprà, voluntate dantis, illam aliquando conuertere. Quia contra dantis voluntatem non potest depositarius, & multò minùs ipsi fratres aliquid immutare. Ideò nec Generalis Minister, nec Capitulum Generale oppositum facere, aut ad oppositum licentiare quempiam potest. Quoniam ipsi ad Regulæ obseruantiam sicut & alii fratres obligantur, vt habetur in Serena conscientia quæst. decimatertia. Item licèt prælatus possit negare facultatem fratri sibi subdito eleemosynam aliquam pro suis tantùm necessitatibus acceptandi: si tamen ad hoc ei licentiam tribuat, tunc de tali eleemosyna determinatè pro dicti fratris necessitate deposita, non potest vllus prælatus eam, vel partem eius assumere: neque sibi per illum fratrem pro necessitatibus communitatis assignari facere. Quoniam

Pecunia deposita pro vna re, non potest conuerti in aliam.

cùm adhuc integra ſit pecunia, non ipſius fratris, ſed dantis, debet expendi. Nec ipſo fratre moriente, licitè illam prælatus poterit retinere; ſed danti debet restitui. Quoniam vt dicit Aluarus in Seren. conſcientia q. 82. Ordo noſter nedum in pecunia, in qua nil iuris habere poteſt ſed nec in re aliqua alicui fratri ſuccedit. Sed ſi non inueniretur pecuniæ dominus, aut eius hæres; habet diœceſanus Epiſcopus de ea, ſicut de incertis alijs diſpenſare, vt in cap. ſancimus, & in cap. conceſſio. 12. q. 2. Alia verò. quæ frater ille ad ſuum particularem vſum habebat; ad vſum erunt Ordinis; quandiu rerum illarum conceſſor patiatur. Non autem ad dominium: cùm Ordo noſter omnis dominij incapax ſit, & expers. Quòd ſi expletis priùs illius fratris neceſſitatibus, pro quo pecunia ſpecialiter eſt depoſita, reſiduum aliquod ſupererit: benè in alias communitatis neceſſitates, vbi de oppoſita voluntate dantis non conſtiterit, expendi poterit. Quia ſic de licentia probabiliter præſumpta ipſius dantis fieri videtur; vbi expreſſa haberi non poteſt Nec hîc, & ibi eadem eſt ratio: conſtat enim ibi de expreſſa voluntate dantis, quòd ſpecialiter pro illius fratris neceſſitate expendatur; ideòque pro alijs expendi, abſque eius habita voluntate non poteſt. Hîc autem non conſtat, quin velit reſiduum, expletis dicti fratris neceſſi-

tatibus, in alia communitatis necessaria, posse conuerti. Et ideò rationabiliter præsumi potest, quòd velit; cùm primariæ eius intentioni fuerit satisfactum. Et eadem erit determinatio circa pecuniam, quam apud Apostatas fratres ad Ordinem redeuntes contigerit inueniri: si determinatè eorum intuitu sit concessa, seu data. Quòd si intuitu Ordinis data fuerit, licèt ad petitionem alicuius fratris, tunc pro aliorum fratrum necessitatibus secundùm dispensationem prælatorum, licitè poterit dispensari; modò id totum fiat per amicum spiritualem, iuxta modum supra traditum circa pecuniam transmissam, vt annotauit Cordub. hîc quæstione nona, puncto secundo Eadem item erit ratio, vbi pro aliquo conuentu particulari pecunia fuerit deposita, nullus enim tunc prælatus alii conuentui dictam pecuniam transmittere poterit, nisi de licentia saltem probabiliter præsumpta, ipsius dantis, vt supra, etiam quòd dicta pecunia pro Missis, aut aliis suffragiis fuerit oblata. Quoniam & adhuc ipsius dantis est, nec super illam prælatus, seu Ordo ipse, aliquod ius habere probatur. Si verò pecunia indifferenter, non pro aliqua necessitate, vel aliquo couentu, vel aliquo fratre determinatè, & expressè deposita, seu oblata fuerit: tunc licitè poterit

Pecunia apostatarum ad quid deseruiet.

Pecunia data pro vno conuentu non potest expendi pro alio.

prælatus illam transmittere, vel expendere pro aliis locis, seu necessatibus fratrum dummodo sibi, & suæ sint curæ commissi. Quia sicut pro istis licitè pecuniam procurare potest; sic & indifferenter oblatam licitè poterit expendere Vt patet ex dicta Decretali. Exijt qui. §. cæterùm. ver. quia verò.

Guardianus loci, & prouinciales quomodo se gerant circa pecuniam.

Ex quò liquet, non posse Guardianum huius loci, pecunias sic indifferenter, siue pro Missis, siue liberaliter oblatas, ad alium Guardianum, seu fratrem suæ curæ non commissum transmitere; nec pro illis expendi facere: nisi de licentia Custodis, aut Prouincialis amborum. Neq; vnus Prouincialis alteri poterit Prouinciali tales pecunias transmitere, vel pro illo expendi facere; nisi de licentia Generalis, aut superioris vtriusq;. Hæc tamen licentia sufficit, quòd sit probabiliter præsumpta, vel interpretata; quæ est, quando fit, & à superioribus scitur, & non improbatur, nec fieri prohibetur. Aduertendum tamen est, quòd semper modificationes prædictæ sunt seruandæ: vt scilicet nec mittatur, nec expendatur, nec mitti, seu expendi ipsa pecunia videatur nomine, seu auctoritate fratrum: sed tantùm ipsius dantis, seu eius depositarii. Quare solùm rogare possunt, vt talem pecuniam pro hoc, vel illo loco hac, vel illa necessitate expendant, & non ampliùs.

41 Quòd si pecunia alicui fratri deter-

minatè pro suis necessitatibus fuerit legata: potest de licentia Prælati, si talis frater indigeat, acceptari; & de ea debet prælatus illius fratris necessitatibus, quæ veræ sunt, secundùm Regulam prouidere Si verò talis frater dicta pecunia non indigeat, seu si aliquid de illa superetit postquàm dicti fratris necessitatibus fuerit satisfactum, licitè in aliis necessitatibusconuentus expendi potest. Vt habetur in constitutionibus Benedicti 12. & per Bartholum in Minor. lib. 2. d. quinta c. secundo, & Petrum Ancaranum in Clem. Exiui, & Serenam conscientiam quæst. 19. Immo idem Ancaranus ibidem, post Bartholum eodem lib. secundo, dist. tertia, capite 3. Seren. conscien. quæst. 18. dicunt, quòd si legatum fuerit determinatè relictum, putà pro induendis fratribus, vel aliqua alia necessitate determinata, poterit: licèt talis necessitas non adsit in alias fratrum necessitates conuerti. Et hoc per hæredes, seu executores testatoris, si velint. Quia sic probabiliter præsumi potest, de voluntate ipsius testatoris. Hoc enim legatum hæredi cedere non debet, sed in alias potiùs necessitates fratrum commutari: vt memoria, & salus animæ defuncti seruetur. l. legatum ff. de vsufructu legato. Et ad maiorem animarum fratrum quietem, concessit Sixtus IV. quòd Prelati Ordinis

Pecunia legata, & eius superfluum ad quid deseruiet.

nostri, legata facta pro vno vsu, in alium possint vsum commutare: quando id sine scandalo illorum, ad quos solutio pertinet, fieri potest. Quod Leo X. extendit ad quascunque res donatas, per quoscunque viuentes, Intellige tu de verè datis absque reseruatione dominii super eis, quia tunc Ecclesiæ sunt, & de eius auctoritate, licitè in alios poterunt vsus conuerti. Idemque dicendum est de aliis rebus non pecuniariis in testamento legatis, quia possunt conuerti de vno vsu in alium.

Recursus licitus ad pecuniam etiam contradicente hærede dantis.

42 Sed si is, qui pecuniam apud quempiam deposuit, siue determinatam, siue indeterminatam ad subleuandum fratrum necessitates, moriatur antequam ipsa pecunia sit expensa, tunc licèt testatoris hæres contradicat: poterunt fratres licitè ad depositarium recurrere pro eius expensione: & facere cum eo omninò sicut cum ipso dante potuissent, vt dicitur in dicta Decretali Exiit. §. cæterùm. Versic. In eo verò casu.

Modus, quo se tenere debent fratres circa pecuniæ depositarios.

43 Quò verò ad personas, seu depositarios ipsā pecuniā tenentes; quoquo modo in ipsa pecunia se habeant, minimè fratres eos conuenire directè, vel indirectè in iudicio, vel extra poterunt, ad repetendum eam. Nec violentiis, seu minis per se, neque per alios pecuniam ab eis extorquere, seu apud alium deponi, facere poterunt. Sicut, nec cum principali dante id

facere aliquando potuissent. Benè tamen possent fratres, vt in declaratione Gregorii ix. habetur, quando depositarius non debitè eorum necessitatibus succurreret; id pecuniæ Domino principali seu alii, qui hunc subrogauit, notificare. Non ideò quia aliquam in pecunia actionem prætendant, sed tantùm vt Dominus agnoscat, quid de ipsa pecunià factum sit: vtque conscientiæ depositarii prouideatur. Idque iudici etiam possent notificare Ecclesiastico; si ad verum Domiuum, su ad verum Dominum, seu ad subrogantem substitutum commode id notificare non possunt. Sicut & fraudem, quæ aliis pauperibus fieret; iudici Ecclesiastico propalare non prohibentur. Curandum tamen est vt hoc humiliter fiat absque aliquo iure; & quòd scandalum penitus caueatur. Cuius gratia, meliùs id fiet per aliquem deuotum Ordinis; vt ille scilicèt proprio nomine, iniuriam quæ fit fratribus, & depositarii fraudem, iudici notificet. Vbi enim abundat fraudulenta cupiditas hominum; necesse est vt abundet prouida prudensque cáutela. Alioquin necesse esset sæpe deuotos pecuniam mendicando grauare; dum deposita ipsa negligitur. *Nota bene.*

44 Nec item clauem capsulæ vbi à depositario pecunia seruatur, fratres secum deferre possunt; neque illam sigillare, aut te- *Clauis capsulæ pecuniæ.*

rum prohibetur fratribus. nere. Neque præcipere possunt, quomodo, & qualiter pecunia expendatur, sed debent fratres à verbis auctoritatem prætendentibus per omnem modum abstinere. Vt neque verbo, neque scripto pecuniam sic, vel sic expendendam depositario mandent, sed tantùm humiliter rogent. Nec à depositariis iuridicum computum, aut auctoritatiuum, quasi cum suis villicis aliquanpo exigere poterunt. Quia huiusmodi actus pertinent ad veros pecuniæ Dominos: & nullo modo etiam ministeraliter fratribus possunt conuenire. Vt dicitur in dicta Clemen. Exiui. §. Porrò ver. denique. Computũ verò recipere; simpliciter summando quantum sit expensum, quantumve remaneat expendendum; vt sic agnosci possit, an sufficiens habeatur pecunia, an alia sit requirenda pro expediendis necessitatibus? nullo modo fratribus videtur interdictum. Et hoc quando apparet depositarium id libenter facere velle: quoniam si nollet, ad id cogi, minimè posset.

Cõputus an sit licitus in expensis.

Qui sint quæstus pecuniarũ illiciti.

45 QVoniam dictum est suprà, de licito ad quærendam pecuniam recursu, eandemq; expendendã: nõ erit modò innutile, qui quæstus pecunarii, illiciti, & prohibiti sint, annotare. Scias ergò

Quæstus pecunia-

generaliter pecuniarium quæstum illicitum, & prohibitum esse censendum: quando recursus ad pecuniam aliter fit, seu pro alijs rebus, & causis, quàm per dictum Nicolaum in dicta Decretali Exijt, sit concessum. Vt habetur expressè in dicta Clementina. Exiui. §. Porrò. Illis verbis. [Dicimus fratres teneri, cauere summoperè quòd pro alijs causis, vel sub modis aliis, quàm ponat dicti prædecessoris nostri declaratio, ad dantes pecunias, seu deputatos nuncios non recurrant, ne si secus ab ipsis attentatum fuerit, transgressores præcepti, & Regulæ possint dici] hæc ibi. Magis propriè verò, quæstus pecuniarius nobis prohibitus: est, conquisitio pecuniæ à multis contribuentibus indifferenter oblatæ. Ac receptio oblationum pecuniariarum in Ecclesia, vel alibi. Et primus est, quando trunci, vel cippi, ad reponendas pecunias offerentium, alicubi reponuntur. Vnde fit, quòd fratres consentientes in suis domibus, à sæcularibus crucem, vel alias reliquias osculantibus pecunias offerri in altari, seu vasculo, peccent contra Regulam mortaliter. Et tunc dicuntur consentire, quando id vident à sæcularibus fieri, & non resistunt. Nam vt dicitur de reg. iur. qui tacet, cùm resistere potest, & debet, consentire videtur. Et habetur in tractatu de neces. cong. solutione. §. reprobatur.

rius quādo est illicitus.

Primus modus illicitus.

Trunci & cippi prohibentur.

2. Modus illicitus. Secundus est, si fratres consentiant aliquando, & permittant aliquos sæculares propria deuotione motos pecuniam per plateas, per domos, per Ecclesias, seu per alia loca nomine fratrum requirere, id enim videntes, & prohibere non curantes, consentire dicuntur. Quoniam hi, si non expresse, saltem tacitè per consensum interpositæ contra Regulam personæ censentur. Dixi tamen nomine fratrum, quia si notificatis fratrum necessitatibus Episcopo, seu Curato, idem Episcopus, seu curatus eleemosynas proprio nomine, non fratrum, exquiri facerent, vel aliquis alius deuotus Ordinis ex se proprio, non fratrum nomine id procuraret, tunc non esset quæstus pecuniarius prohibitus, sed modus purissimus secundùm Regulam. Vt Annotauit Hugo, hîc.

3. Modus illicitus. Tertius est, quando fratres ad supradictas pecunias prædictis modis procuratas, aliquando recurrerent; illas enim nec petere, nec acceptare possunt oblatas. Vt in Clementina prædicta annotatur. §. porrò. Immò vt habetur in tract. de neces. cong. solu. §. reprobatur. Et in seren. conscentia, q. 57. Si prædictæ eleemosynæ nec petitæ, nec oblatæ fuerint de consensu ipsorum fratrum, immò ipsis contradicentibus; nullo modo ad eas sic datas, seu oblatas recurrere poterunt. Et potest esse ratio, quia licèt talis

pecunia non sit expresse nomine fratrum procurata de eorum consensu: Tacitè tamen, & interpretatiuè ita procurata censetur. Nam eò ipso quò fratres dictas pecunias pro necessitatibus suis acceptarent; iam quod pro eis gestum est, ratum habere viderentur. Et in delictis ratihabitio retrotrahitur; & mandato comparatur. Vt dicitur in cap. cùm quis de sen. excommun. lib. 6. Hoc tamen Cordub. verissimum esse dicit in foro exteriori; vbi præsumptionibus, exactibus externis standum est. Et idem est in foro interiori, si fratres eo animo acceptarent, & ad ipsam pecuniam recurrerent; quia eorum nomine sit procurata, & oblata. Sed si non tali animo, neque sub tali titulo ad eam tenentes recurrerent; sed potiùs humiliter rogarent protestantes expresse, quòd illam petunt non tanquam eis debitam, (quia ipsorum nomine, seu intuitu sit data) sed tantùm eleemosynaliter, ac si nunquam pro eis fuisset oblata: tunc si hoc haberent in corde, & exteriùs verbo, & opere sufficienter monstrarent, non eis videtur esse illicitum ex Regula, ad dictam pecuniam recurrere. Sed quia difficile esset absque aliquali scandalo hoc fieri posse: tutius erit à tali pecuniæ recursu abstinere. Quartus est, quæcunque oblatio bursarij in itinere, vt communiter expositores dicũt. Et huius ratio est, quia sc-

Quartus modus illicitus.

non possumus..

46 Omnibus tamen confessum est, tribus concurentibus simul conditionibus, licere fratribus bursarium ducere. Quarum Prima est, quòd itineris causa sit rationabilis; vtputà pro obedientia, & pro negotiis expedientibus Religioni, & huiusmodi: non autem quando ex propria voluntate sine sufficienti rationabili causa iter arripitur. Quia tunc propria voluntate, & sine causa legitima tali seipsum frater necessitati supponeret culpabiliter. Secunda est quandocumque fratres per regiones inhumanas iter facerent, vbi valde verisimile esset, quòd commodè necessaria vitæ mendicando, vel mediante pecunia secundùm Regulam prout necessitas occurrerit procurando, inuenire non possent. Extrema enim necessitas probabiliter imminens, caret lege. Tertia est, vt tunc omnino quantum possibile est, sic fratres circa bursarium se gerant, quòd nec corde, aut opere, aut signo habeant, aut habere videantur aliquam circa dictam pecuniam expendendam, aut eius vsum, auctoritatem, vel actionem: mandando scilicet quòd sic, vel sic ipsa pecunia expendatur, vel de ea computum exigendo. & cætera huiusmodi; sed cum dicto bursario agendum est; ac si ipsa pecunia propria ipsius esset. Dixi autem (quantum possibile est,) nam vbi necessitas vera aliter exigeret, excusarentur fra-

Conditiones requisitæ ad ducendum bursarium in itinere

2. Conditio.

3. Conditio.

tres ab huiusmodi præcepti (circa pecuniam) obseruantia : prout ipsa necessitas exigeret, & non secùs,

De syndidico fratrum.

47 QVoniam dictum est pecuniæ recursum per amicos tantùm spirituales debere expediri, & non aliter: Videndum modò est ; num pecuniam per syndicum expendere, & distrahere intelligatur fieri per amicum spiritualem , an per interpositam personam?

Syndici officium quale sit. Ad cuius rei euidentiam, de dicto syndico eiusque auctoritate videndum est primò. Scias ergo, quòd syndicus; procurator, seu œconomus, ille est, qui nomine Papæ, seu Romanæ Ecclesiæ ad expedienda fratrum negotia deputatur. Hunc autem syndicum Minister Generalis, vel Prouincialis, vel Custos, vt ex literis Martini IV. habetur ; poterunt nominare, vel saltem habentes commissionem ab his. Quoniam, quod quis potest ex officio, seu commissione generali ratione officij ei facta, maximè per Papam ; potest, & alijs committere: nisi specialiter ei prohibeatur, vt est communis regula Iuristarum. Præter prædictos autem, nullus alius etiam Guardianus cum toto suo conuentu poterit

ſyndicum nominare. Quòd ſi aliquando faceret; quidquid poſtmodùm ſyndicus prædictus exequeretur; totum auctoritate fratrum fieret. Vnde quidquid circa pecuniam dictus ſyndicus exequeretur; fratres per interpoſitam perſonam id exequi contra ſuam Regulam cenſerentur. Quia cùm nullam habeant Guardiani ad nominandum ſyndicum facultatem; talis, verè legitimus ſyndicus non eſt: Ergo interpoſita perſona. Poteſt item ſyndicus à prædictis Miniſtris Generali ſcilicet, Prouinciali, & Cuſtode; vel ab his commiſſionem habentibus, quando opportunum eis videbitur, à ſyndicatu, ſeu officio deſtitui, & alius per eoſdem eius loco poterit ſubrogari, & nominari: modò qui ſyndicus nominandus eſt, de Ordine noſtro non ſit. Nec vnus tantùm, ſed etiam duo pro quolibet conuentu regulariter poterunt ſyndici nominari. Nam & ſi plures duobus (ſecundùm aliquos) nominare non inconueniat; duo tamen, & non plures priuilegio ſyndicatus ad audienda Diuina tempore interdicti, poterunt gaudere. Vt ex literis Pontificum circa ſyndicum nominandum, videri poteſt. Notanter nominādū, eſſe ſyndicum, & non inſtituendum, toties repetitū eſt. Quoniam huiuſmodi ſyndici auctoritate Apoſtolica cenſentur inſtituti; cùm primum à præ-

Guardiani ſyndicum non nomināt.

Numerus ſyndicorū.

Syndicus nominatur tantū.

dictis Ministris, seu Custodibus fuerint nominati, seu assignati. Vt collector comp. annotauit ex bullis Pontificum. tit. procur. Et hæc nominatio poterit coram notario, & testibus, & absque eis simpliciter fieri, sola nominatione vocali vt astruunt Doctores.

Syndicus quæ facere possit.

48 Horum autem munus est, auctoritate Papæ, & Romanæ Ecclesiæ exequi, quæ ipsis ex bullis syndicatus conceditur pro fratrum vtilitate. Vt clarè patet ex bullis Innocentii quart. Martini quart. Martini quint. Eugenii, & Sixti quint. quorum auctoritas ad quinque esse dignoscitur. Primò, ad recipiendas nomine Papæ, seu Ecclesiæ Romanæ res omnes mobiles, siue immobiles (quæ pecuniariæ non sunt) oblatas, seu modo licito donatas, aut in vltima voluntate ipsis fratribus relictas. Secundò, ad vendendum, commutandum alienandúmque res omnes, quibus fratres licitè vti possent ad dominium Ecclesiæ pertinentes: & ad recipiendum, & expendendum earum pretium in necessitatibus fratrum. Tertiò, ad recipiendum nomine Ecclesiæ, & iudicialiter repetendum eleemosynas omnes, etiam pecuniarias, modo licito ipsis fratribus relictas, seu in testamento legatas. Quartò, ad experiendum in iudicio, seu extrà, in omnibus actionibus, & causis, quæ in dictis priuilegiis syndicatus

explicantur. Quintò, ad recipiendum nomine Ecclesiæ, omnes pecuniarias eleemosynas quomodocunque prouenientes: siue oblatæ illæ sint liberaliter, vel pro Missis & diuinis Officiijs; siue in vltimis voluntatibus legatæ; easque expendendas pro necessitatibus communitatis. Et hoc vltimum in constitutionibus Martini V. tantúmmodo habetur concessum: quod per eundem postmodùm confirmatum est, in priulegio. Pervigilis more. Alii verò quatuor actus prædicti, patent ex priuilegio Martini IV. Exultantés. & aliorum prædictorum Pontificum.

49 His habitis sciendum est; omnes Minores fratres præfato syndico, quoad primum & secundum actum ex quinque prædictis, licitè vti posse. Quoad primum enim actum recipiendi scilicet mobilia, & immobilia (modò penuniaria non sint) nobis aliàs licita, oblata, seu legata, ex eo constat; quia ex quo talibus rebus licitè fratres, vt supponitur, vti possunt, quæque pecuniariæ non sunt; meritò syndicus nomine Romanæ Ecclesiæ eas ciuiliter in dominium ipsius Romanæ Ecclesię recipere licité poterit. Quoniam omnes res, quibus fratres licitè vti possunt, ad Romanæ Ecclesiæ dominium (quando dantes aliud in dãdo non explicant) pertinere clarissimum est, ex Decretali prædicta Exijt qui seminat,

Fratres quomodo se habebunt in his, quæ pertinent ad syndicum.

& latè in 6. cap. dicitur. Idemq. dicendum est quò ad secundum actum: pro vendendo scilicet, & distrahendo res omnes, quibus nos vti possumus, & pro recipiendo, & expedendo earum pretium in fratrum necessitates. Potest enim quisque de rebus suis disponere, vt vult. Atqui (vt dictum est) res omnes, quibus fratres licitè vti possunt, ad Papam seu Romanam spectant Ecclesiam. Potest ergò Papa disponere, quòd per suum syndicum à prælatis prędictis nominatum, prædictæ res vendantur, distrahantur &c. Sicut quilibet dominus de suis rebus per suum procuratorem seu substitutum facere posset. In his ergò duobus casibus (vt annotauit Speculator, & Collector compendii,) licitum est fratribus, secundùm Regulæ puram obseruantiam vti syndico. Quod etiam habetur ex dicta Decret. Exiit. §. cæterùm. ver. si verò res. Licet secundum eam, tantùm ab Apostolica Sede, vel ordinis protectore syndicus esset constituēdus ad hæc. Quod hodie etiam à ministris, & Custodibus, (vt dictum est) potest ex nominatione fieri; Et non habere Syndicum ad hos actus prædictos; est se periculo probabiliter committere. Nam vix aliquis reperitur conuentus, qui aliquid quod distrahi, alienari vel renouari debeat, & quod superfluum tollatur & aliud necessarium de eius pretio acquiratur, non ha-

Syndico carere est periculosum.

beat. Idque per alium, quàm per syndicũ prędictum, licitè fieri nequaquàm potest. Nam cùm bona, (vt dictum est) quibus fratres vtuntur ipsius Pontificis sint; per eius syndicum, & non per alium licitè possunt expediri. Quòd si fratres per alium quidpiam vẽdi, & pecuniam recipi, & expendi fecerint; hic talis interposita persona fratrum erit. Et ipsa pecuniæ receptio, auctoritate fratrum fieret: quod est contra Regulam Quod Hugo cap. 6. quæst. 9. & Cordub. hic, q. 16. & collector Priuilegiorum, tit. Procurator, annotarunt.

50. Quòad tertium verò actum, Ad omnes scilicet nomine Papæ recipiendas eleemosynas etiam pecuniarias in testamento relictas, & illas in iudicio, vel extrà nomine Ecclesiæ repetendum: licitè posse fratres tali syndico vti, affirmat Cordub. hîc, q. 16. puncto 3. Idque ex eo probat, quòd legata pecunaria licitè nobis facta, non pertinent ad ipsum legantem, qui mortuus est; neque ad eius hæredes, cùm non ipsis, sed fratribus specialiter facta sint; nec eorum dominium ad fratres pertinere potest, cùm cuiuscunque iuris sint incapaces: ergò dominium eorum, vel saltem dispensatio, seu dispositio, ad Papam pertinere probatur. Sicut quæcunque alia quorumuis legatorum ad pias causas dispositio; vt infrà cap. 6. dicetur. Poterit ergò Papa de talibus piis

Quid sit licitum per syndicum repetere.

Opinio Cordub.

legatis, ipsis fratribus derelictis dispone-
re: quomodo per suum syndicum recipi
debeant, & repeti iudicialiter, vel extrà:
& in necessitates fratrum expendi ad re-
quisitionem ipsorum. Sicut ipsius pe-
cuniæ dominus, liberè quod per suum
substitutum esset faciendum; disponere
potuisset. Et adeò secundùm eum ad hu-
iusmodi tertium actum, licitum est fra-
tribus prædicto Syndico potiri; vt in nul-
lo Regulæ puritas maculetur, dummo-
do ita fiat, vt nullum interueniat scanda-
lum pusillorum; neque ipsi fratres li-
tigiis assistant; sed quòd tantùm notifi-
cent syndico tale eis relictum legatum,
non esse satisfactum. Quòd si aliquod
immineret scandalum; deberent syndi-
cum impedire, ne illud repetat. Item,
quòd ipsi fratres tali legato ob præsen-
tes, vel imminentes necessitates indi-
geant; alioquin contra promissam pau-
pertatem esset, pati, seu consentire ab ip-
so syndico, tale legatum recipi, aut ex-
quiri. Quòd si ipsi fratres tali legato verè
indigeant, & ad syndicum prædictum
absque aliquo probabili scandalo, modo
prædicto recurrant, & cum ipso se ha-
beant, quomodo se habere possunt cum
depositario alicuius domini pecuniam
offerentis? non videtur ex qua parte ipsis
fratribus tali vti syndico sit illicitum.
Immò hoc videtur concedi per dictam
Decretalem Nicolai. §. Ad hæc. Vbi

enim egit de legatis, etiam præcepit, quòd tam hæredes, quàm executores, & iudices, seu alii prælati, ex officio proprio, diligenter procurent, & faciant, quòd talia legata soluantur, & piæ defunctorum voluntates impleantur; subiungit. [Nam & nos etiam per modos licitos, & fratrum Regulæ congruos, intendimus prouidere, vt nec pia defunctorum intentio, nec ipsi fratres pauperes, opportunis auxiliis fraudentur.] Ex quibus verbis patet, quòd intendebat Summus Pontifex prouidere de syndico, qui posset nomine Ecclesiæ talia legata repetere: quod postmodùm non fecit, vel morte præuentus, aut aliàs præpeditus. Et ideò Martinus 4. & alii eius successores prædicti, executioni mandarunt, quod ipse Nicolaus mandare non potuit. Et quòd id fieri possit secundùm Regulæ puritatem, ex eiusdem Martini 4. bulla comprobatur. Dicitur enim ibi, quòd per hanc syndici prouisionem, dantur remedia opportuna, per quæ nostri Ordinis pura obseruantia in sui vigore seruetur.

51 Speculator verò, & Collector compendii, nolunt fratres secundùm Regulæ puritatem, absque aliquali ipsius relaxatione, ad huiuscemodi tertium actum syndico vti posse. Quandoquidem ipsis ex officio iudicis consuli potest. Poterit enim iudex ex suo officio,

Alia opinio contraria Cordub.

hæredem, vel teſtamenti executorem ad prædicta ſoluenda legata compellere. Vt ait Ioannes Andreas in cap. hæredes de teſtamentis. Extat, & aliud ad hoc remedium: quia quilibet de populo agere poteſt, vt legata ad pias cauſas relicta ſoluantur legatarijs. Vt ſacris canonibus comprobatur, in authentica, de Eccleſ. tit. §. ſi quis autem, & l. nulli. C. de Epiſcopis, & Cler. in fine. Quod tenet Ludouicus Romanus in authentica, ſimile, C. ad legem Falcidiam, & fuit originale dictum Angeli de Peruſio, in dicto §. ſi quis autem, & Bartholi l. nec quicquam ff. de officio proconſulis. Itaque amicus aliquis ſpiritualis, vel alius benefactor fratrum, ſicut vnus de populo id facere poſſet. Cui ipſi fratres notificare poterunt, legatum eis relictum non eſſe adhuc ſatisfactum; & rogare humiliter, vel prælatos, aut iudices, aut prædictum Ordinis benefactorem, vt adimpleri procurent piam teſtatoris voluntatem. Proteſtando tamen, nullum ſe in dicto legato ius, vel dominium habere. Et licèt Cordu. opinio ſatis rationabilis, & in nullo Regulæ puritati præiudicare videatur; tamen Speculatoris, & Collectoris compendij præſcriptus modus, ſanctior ad ædificationem populi, comprobatur. Quo, & Religio noſtra hactenus vſa eſt, & in præſentia-vtitur.

52 Quò ad quartum vero actum, Pro litigando iudicialiter, seu experiendo in iudicio pro omnibus causis, quæ continentur in priuilegiis syndicatus. Idem Cordub. vult, licitè fratres vti posse syndico, pro rebus omnibus ad Ecclesiam Romanam pertinentibus: dummodò expressè pateat, quòd fratres non sint in hoc actores; Neque talibus iudiciis assistant; & omnis penitùs vitians circunstantia caueatur. Et hoc ideò, quia Papa potest de ipsis rebus disponere quonam modo per suum syndicum eius nomine, & auctoritate tractentur, & repetantur ad requisitionem ipsorum fratrum. Speculator tamen, & Collector id non concederent, cùm alia pro fratribus sanctiora, & puriora ad hæc remedia dentur.

53 Quò ad quintum verò; & vltimum actum: Ad deponendas scilicet omnes eleemosynas pecuniarias vndecunque prouenientes apud syndicum; clarissimum est in his fratres syndico vti non posse, absque dispensatione Regulæ, & declarationum Nicolai, & Clementis relaxatiua. Essent enim fratres quò ad huiusmodi quintum actum in tribus dispẽsati, & relaxati. Primò, quia talis pecunia cùm primùm apud syndicum deponitur, desinit esse dantis, & fit Romanæ Ecclesiæ, eiusque nomine, & aucto-

ritate expenditur, & tractatur. Ita vt dans illam reuocare ampliùs non possit: licèt adhuc non sit expensa. Nec quicquam circa illam statuere posset, quia eius ampliùs non est: nisi donando illam, fuerit protestatus, illius dominium, donec esset expensa, velle apud se retinere. Secundò, (& sequitur ex primo,) quia possent fratres, cùm primùm eis pecunia offertur, syndicum Papæ præsentare, cui pecunia consignetur, nec dantis voluntatem priùs requirere tenerentur, nec obligarentur ad faciendam protestationem, quòd pecunia semper donec fuerit expensa, erit ipsius dantis; neque ad petendam licentiam ad aliquam subrogandam personam: quia (vt dictum est,) cùm primùm syndico pecunia fuerit assignata, ipsius Romanæ Ecclesiæ fit. Quæ omnia contra declarationē prædicti Nicolai, & Clementis, & ipsius Regulæ puritatem probantur. Tertiò dispensarētur in hoc, quòd cùm non possit syndicus ad suum libitum prædictam pecuniam expendere, sed sicut, & quando à Ministris, vel Custodibus, vel aliis fratribus de illorum prælatorum assensu fuerit requisitus, vt ex Martini V. bulla cognoscitur: haberent tunc fratres aliquo modo dispositionem, seu administrationem circa prædictam pecuniam: quod est contra Regulam, & declarationes Pontificum.

54 Et ex dictis patet Responsio ad quæsitum, quòd ii, qui priuilegio relaxatiuo Martini V. non vtuntur; quando recurrunt ad syndicum pro expendenda pecunia apud eum delata; ipso vtique tanquam amico spirituali, & non aliter vtuntur, seu vti poterunt. Et de hoc, siue syndicus dantis depositarius sit, siue Ecclesiæ; quandoquidem cum ipso syndico se habere debent fratres, ac cum pecuniæ domino, aut eius substituto.

An declarationes Pontificum obligent ad mortale?

55 ET si quæras, an declarationes Nicolai III. & Clem. V. siue modificationes eorum circa pecuniam sint sub peccato mortali necessariò obseruandæ? Dico, secundùm Cordub. c. 10. super Reg. q. 3. puncto. 4. quòd nihil nobis præcipitur per declarationem Nicol. prædicti, præter præcepta Regulæ, vel Dei mandata. Nec ipsa declaratio aggrauat, præcipiendo de nouo, id quod ex Dei præcepto, vel Regulæ, est nobis obligatorium. Quare transgressio talis declarationis Nicolai non est culpabilis, si non sit ex contemptu; nisi quatenus esset contra Regulam, & Diuina præcepta, vel Ecclesiæ. Quòd verò nihil de nouo ex dicta Nicolai declaratione nobis præcipiatur, inde

Declarationes Pontificum quomodo nos obligent ad obseruantiam eorum.

patet:quia in ea nullum est verbum præceptorium, putà præcipio, mando prohibeo. Sed tantummodò ibi dicitur: statuimus, decernimus, volumus, declaramus, & cætera huiusmodi. Hæc autem verba, præceptum nullum inducunt in aliis decretis; secundùm communiter DD. vt videri potest per Gabrie 4.d. 16. quæst.3.& Syluest. tit. præceptum. q.2. ergò nec in ista decretali. Et etiam si verbum aliquod sonans præceptum ibi esset, adhuc non esset mortalis, conditionnm, aut modificationum prędictarum transgressio. Putà si frater priùs nominet substitutum quàm ipse pecuniæ dator requirat. Vel si frater non petat assensum ab ipso dante, vt pecunia per varias manus, eius auctoritate transmitti possit. Vel quòd superfluum pecuniæ determinatæ depositæ, in alias possit fratrum necessitates conuerti, & expendi. Quia cùm Nicol 3. prædictam Decretalem in fauorem fratrum ediderit, & intenderit fratres à scrupulis, & laqueis expedire, non est credendum præcepta, pręceptis aggrauasse, cùm potiùs intenderit Reg. nostræ onus alleuiare. Et insuper in dictis modificationibus, quantitas materiæ non est digna præcipi sub mortali: nisi aliàs fieret contra Regulam. Immò neque esset veniale peccatum; dummodò fratres ita circa ipsam pecuniam se gerant quòd contra Regulam non faciant. Hoc autem aliis licitis mediis fieri potest: quæ

Innocentius, & Alex. in ſuis declaratio-nibus poſuerunt:& aliis pleriſque, qui-bus boni Religioſi ante omnem decla-rationem Papalem, vſi ſunt. Licèt non tam facilè, nec tam expeditè id fieret ſicut modò iuxta dictam declarationem Nicolai. Et licèt Clem. V. dicat nos ſum-moperè debere cauere, ne ſub aliis mo-dis, quàm dictus Nicolaus ponit, ad dantes pecunias, ſeu deputatos nuncios recurramus: non tamen per dicta verba obligat nos ſub aliquo peccato, ad di-ctas limitationes ſeruandas, ſed ad hoc fa-ciendũ nos admonet. Ne fortè dictis mo-dificationibus non ſeruatis per imprudẽ-tiã noſtram, in aliquam Regulæ tranſgreſ-ſionem incurramus. Adde tu, quòd Sixtus 4. reuocauit omnia præcepta ſtatutorum & declarationũ, omnium ſuorum præde-ceſſorũ. Cum hoc tamen ſtat, quòd tranſ-greſſio modificationum, quæ in dictis de-clarationibus ponuntur ſit mortaliter cul-pabilis, non ex vi declarationum ipſarum, ſed ex vi Regulæ, aut ex natura rei, ſup-poſito præcepto Regulæ. Vt putà ni-mia ſuperfluitas, aut pretioſitas vten-ſilium, theſaurizatio, aut contractus veri mutui: quæ in dictis declarationi-bus nobis non licere declarantur, mor-talia vtique erunt: ea ratione, quia noſtræ paupertati, & ſtatui aduerſantur. Si-militer mortalis poſſet eſſe tranſgreſſio, vbi à nobis nominaretur perſona, cui

Præcepta Pontificũ reuocata, ne nos obligent ad mortale.

esset depositanda pecunia, priusquàm requireremur à dante: vel si irrequisito priùs consensu dantis, in aliis pecunia vsibus, & pro aliis necessitatibus, quàm sit deposita, expenderetur. Et hoc, quando non essemus certi, sed dubii, num hæc sit voluntas ipsius dantis. Dum enim dubii sumus de voluntate dantis, & id tamen exequimur, quod cupimus; verè contra Regulam facimus: quia pecunia tunc non domini, sed nostra voluntate & authoritate recipitur, & expenditur. Quòd si probabiliter crederemus talem esse dantis voluntatem, vt per nos substitutus nominetur, & quòd pecuniam, vel quod superfluit, in alios, quàm sit data, vsus conuertamus: tunc vtique non videtur ratio aliqua scrupuli, aut peccati, si priùs substitutus nominetur, aut si prędictus dantis assensus non petatur. Et Papa Nicol. solummodo modum, quo pecunia procurari sine trāsgressione Regulæ posset, nobis intendit demonstrare. Ita scilicet quòd dantis voluntas, & authoritas libera semper sit, ad faciendum de sua pecunia, quod vult; & nihil fratrum authoritate fiat. Et hæc sint satis pro quarto capitulo.

DE MODO LABORANDI, CAP. V.

FRatres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter, & deuotè: ita quòd excluso otio animæ inimico, sanctæ orationis, & deuotionis Spiritum non extinguant, cui debent cętera temporalia seruire. *Tex.*



Xcluso Iudæ periculo, seu cupiditatis, & auaritiæ vitio periculum hîc religionis excluditur: dum fratres adhortantur, ne panem comedant otiosi. Teste enim Sanct. Hieronymo ad Eustochium, omnis concupiscentiæ, immunditiæ, & peccati, mater est otiositas. Et Diuina Scriptura dicit, Ecclesiastici 33. Multam malitiam docuit otiositas. Ne ergò fratres otio torpeant, ad vtile pro tot euitandis malis exercitium predictis verbis inducuntur, quotquot à Domino gratiam laborandi receperunt. Gratia autem laborandi, vt inquit author conformitatum, industria, & ars laborandi est, corporis valetudine suffragante: quæ tanquam donum gratuitum à Do-

Otium quam magnum malum.

Gratia laborandi quid sit.

mino debet agnosci. Qui ergò tale donum se habere cognoscunt; laborare fideliter debent, opera scilicet, seu manualia artificia exequendo. Vt latè Petrus Ioan. hîc annotauit. Et per manuale opus, quodcunque officium, de quo homo licitè vitæ necessaria acquirere potest, intelligi valet vt dixit Sanct Thom. 2. 2. quæst. 187. art. tertio, & quol. septimo art. 17. Quia cùm manus organum organorum dicatur, tanquam ad plura opera necessaria, non solùm mechanicas solas artes, hoc nomen manus amplectitur. sed etiam liberales, omnesque licitas occupationes. Et huius fortè gratia multi Regulæ expositores dixerunt, non tantùm de corporali labore hîc esse sermonem: sed multò magis de labore spirituali circa studium sapientiæ, ad prædicationem Euangelii, officium prælationis, & cætera id genus. Attamen in decretali Exiit qui seminat §. Continetur, distinguntur dicta spiritualia exercitia à manuali labore, ad quem fratres hîc inducuntur ex Regula, vt ex illis verbis agnoscitur; (Non videtur ea fuisse instituentis intentio, quòd vacantes studio, vel diuinis officiis, & ministeriis exequendis, manuali labori seu operationi subiiceret, vel ad hoc illos arctaret; cùm exemplo Domini, & multorum sanctorum Patrum, labor iste spiritualis tantò illi præponderet, quantò quæ sunt animæ,

corporalibus præferuntur) hæc ibi Ergò hîc de operibus, seu artificiis mechanicis sub nomine laboris agitur, non de cæteris spiritualibus exercitiis.

2 Et licèt quidam dubitauerint, num laborare manibus, fratribus ex Regula præcipiatur? moti fortassis illis verbis S. Franc. in testamento. (Et ego manibus meis laborabam, & volo laborare; & omnes alii fratres mei firmiter volo, quòd laborent de laboritio, quod pertinet ad honestatem.) Ex prædicta tamen Decretali videtur innui, quòd nulli hoc ex Regula præcipitur: sed inductio tantummodò est ad illos, qui se dictis spiritualibus exercitiis non exercent. Dicitur enim ibi. (Ad alios verò, qui se in prædictis spiritualibus operibus non exercent, nisi tales aliorum fratrum licitis seruitiis occupentur, ne otiosè viuant, verba prædicta declaramus extendi.) In quibus (vt videtur) nulla fit mentio de præcepto. Adeò vt potiùs, secundùm aliquos voluerit S. Franciscus modum hîc laborandi consulere, quàm ad laborem inducere. Supponebat enim quòd fratres non desinerent laborare; quando sit corporaliter laborandum, ex Diuino, & naturali præcepto.

Laborare manibus non est præceptum Reg. sed inductio.

Hug. Pisan.

Qui teneantur corporaliter laborare.

3 HVius gratia vidēdum est num qui spiritualibus operibus vacant ali-

quo alio fortè iure, diuino ſcilicet, vel naturali ad corporaliter laborandum ſub peccato lethali teneantur? Huius quæſtionis reſolutio, ex alia pendet quæſtione: ea ſcilicet, num omnibus, manibus laborare, ſit præceptum, an non? Et hic laborem manuum capio in ſua generalitate; quatenus, & artes mechanicas, & liberales, & omnes alias licitas occupationes complectitur. Et pro vtraque parte hinc inde videntur eſſe rationes. Pro affirmatiua enim, quòd ſcilicet ſit in præcepto; facit quod dicit Apoſtolus; operemini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis. prima. Theſſaloni. quarto. Et illud ſi quis non vult operari, non manducet 2. Theſal. 3. Cui enim pœna mortis imponitur, mortaliter peccare cenſendus eſt. At non manducare, ad quod mors ſequitur, imponitur nolenti operari; erit ergò operari ſub præcepto. Pro negatiua verò, quòd ſcilicet in præcepto non ſit; videtur facere quia lex vetus, quantùm ad moralia præcepta ſufficienter continebat, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem: Vnde Dominus dicebat Matth. decimo octauo, ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Et loquitur de mandatis Decalogi; vt patet ibi, ex his quæ ſequuntur. Sed in præceptis veteris legis nihil de manuum labore continetur, non ergò talis labor cenſendus eſt, eſſe in præcepto.

Opinio affirmatiua de labore manuum.

Opinio negatiua.

Insuper ad seruanda præcepta, omnes tenentur; sed ad labores manuum, non omnes obligantur; alioquin diuites, qui non laborant manibus, mortaliter peccarent, quod falsum esse dignoscitur: laborare ergò manibus non videtur esse in præcepto.

Resolutio. Pro resolutione ergò huius quæsiti, sciendum est, quòd iudicium de vnaquaque re, sumendum est ex fine, ad quem res illa ordinatur. Manuum autem labor ad quatuor vtilis esse conspicitur, vt docet Diuus Thomas, 2. 2. quæstione 187. articulo tertio. *Labor manuum ad quæ est vtilis.* Ad tollendum scilicet otium. Ad corpus domandum. Ad eleemosynas faciendas, & ad quærendum victum. Si ergò manuum labor consideratur prout ad otium tollendum, & carnem domandam ordinatur; sic non erit in præcepto. Quoniam licèt sub præcepto sit, corpus domare, & otium pernitiosum fugere; vbi mortiferæ carnis concupiscentiæ ex corporis vigore, & nimia otiositate contra animam insurgerent. Hoc tamen præceptum generaliter datur, non in speciali, quòd ex labore scilicet manuum fieri debeat: Sufficit enim quòd fugiatur pernitiosum otium, & rebellans caro dometur; per quodcunque exercitium, orationum, studiorum, vigiliarum, ieiuniorum, & huiusmodi. Vnde respectu prædictorum, *Labor manuum.* non est manuum labor specialiter, in præ-

ad victũ est in præcepto.

cepto. Si verò consideratur, inquantùm ordinatur ad eleemosynas faciendas, non cadit (vt idem Diuus Thomas adnotauit) sub necessitate præcepti: nisi fortè in aliquo casu, in quo ex necessitate aliquis eleemosynam facere teneretur. Nec tamen haberet vnde pauperi in extrema necessitate constituto, aliàs posset subuenire. Tunc enim obligarentur similiter Religiosi, & sæculares, ad opera manualia exequenda. Quatenus verò ordinatur ad victum sic videtur esse in præcepto, nec dum diuino positiuo, sed etiam naturali; diuino enim & naturali iure tenemur nobis victum acquirere, vbi ne pereamus, agnoscitur necessarius. Alioquin nos ipsos, quod vtroque iure prohibetur, interimeremus. Si ergò ex vtroque iure tenemur, ad defectũ indiuidui, seu singularis personæ tollendũ, Cuius gratia datur præceptum primo homini de comedendo: Gen. secundo. De omni ligno quod est in paradiso comede. Labor ergò manuum ad quærendum victum, in præcepto est. Vnde primo homini dictum est. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: Gen. tertio. Sed aduertendum est, quòd præceptum, quod ad defectũ corporalem tollendũ ordinatur, non obligat nisi existẽte defectu. Vnde præceptum de comedendo ne pereat indiuiduum, non obligaret eum, qui sine cibo posset vitam transigere. Sicut

nec aliquem obligat ad comedendum; dum non indiget cibo. Sic præceptum de labore manuum, non obligat aliquem ad proprium defectum tollendum; nisi defectu imminente. Et ideò qui aliàs habet, vnde licitè viuere possit; manibus operari non tenetur. Qui autem vnde licitè possit viuere, non habet: sub præcepto manibus cogitur laborare. Intelligendo (vt dixi) pro labore manuum, non solùm quod manibus fit, quocunque corporali instrumento; sed etiam quodcunque officium de quo licitè quisque ibi victum acquirere potest. Non enim rationabile est, quòd Magistri artis mechanicæ possint de arte sua viuere; & liberalium artium magistri, de arte sua viuere non queant; sed manibus laborare teneantur. Poterunt enim omnes prædicti licitè de arte sua liberali vitam degere; & sibi victum acquirere. Similiter aduocati de patrocinio, quod præstant in causis, & omnes alij de omnibus alijs licitis occupationibus. Vt D. Tho loco citato, adnotauit.

Præceptũ laborandi non æqualiter omnes obligat.

4 Ex quo patet, quòd licèt labor manuum sit in præcepto, non tamen omnes æquè ad hoc singulariter obligantur: sed illi tantùm, qui vnde aliàs licitè viuant, non habent. Et illi, qui non nisi illicitis negotijs, sibi victum acquirunt. Hi enim diuino, & naturali præcepto manibus laborare tenentur; quatenus

de labore manuum, vitæ corporali necessaria sibi acquirant. Vt contra Diuinum præceptum de non occidendo; & de manducando, non veniant. Et omne illicitum lucrum euitent; quod sub illo præcepto (non furtum facies) continetur: Nec verum est, quòd laborare manibus, inter præcepta Decalogi, non comprehenditur. Non enim omnia, quæ sunt in præcepto; explicitè in præceptis Decalogi contineri debent: sed sufficit, quòd in eis implicitè contineantur; & ad ea, valeant reduci. Cùm autem naturalissimum sit, vitam tueri, & seruare: Et satis natura doceat; illicita esse euitanda. Constare vtique potest, laborem manuum à natura esse præceptum, ad propriam vitam tuendam, & illicita quæque, euitanda. Eundémque præceptis diuinis mandari conuincitur. Illo scilicet, non occides; Et de manducando, ne moriamur. De omni ligno, quod est in paradiso, comede. Gen. secund. Et illo. Non furtum facies, Exo. 20. quo omne illicitum lucrum, prohibetur.

Labor manuum inter Decalogi præcepta computatur.

Naturale ius, & Diuinum ad laborandũ cogit.

Et ex his liquet, quòd in suo sensu vtraque opinio habet veritatem. Affirmatiua enim verificatur de illis, qui non habent vnde viuere licitè possint. Negatiua autem de illis loquitur, qui habent, vnde licitè viuant.

5 Ad principale nunc redeundo quæsitum; num scilicet spiritualibus operibus

vacantes, manibus laborare teneantur? Dico, quòd huius quæstionis veritas patere potest ex dictis. Dictū est enim suprà, eos tantùm ad laborandum manibus teneri, qui aliàs vndè licitè viuere possint, non habent, Atqui spiritualibus operibus vacantes, aliàs quam ex labore manuum, licitè viuere valent, non ergò manibus laborare tenentur. Nisi vbi eis à superioribus præcipitur. Et maximè in exercitijs domus, sine quibus non posset obseruantia regularis conseruari. Ad cuius rei clariorem notitiam, nota, quòd quædam sunt spiritualia opera, quæ in commune bonum cedunt. Quædam verò, quæ ad singularem tantùm facientis profectum pertinent. Qui ergò, in spiritualibus operibus ad communem vtilitatem attinentibus se occupant: prouideri debent ab his, quorum vtilitati deseruiunt: Iuxta illud Apostoli 1. Cor. 9. si nos vobis spiritualia seminauimus, non est magnum, si carnalia vestra metamus. Quod, & ratio ipsa comprobat. Si enim pro pace communi, & Reipublicæ defensione militantibus, debetur pro proprio labore sustentatio cùm nemo suis stipendijs regulariter militet: multò magis pro bono spirituali communitatis laborantibus debebitur sustentatio: vtilitas enim spiritualis, corporali est præferenda. Hæc autem quibus communis vtilitas promouetur: quatuor esse

Vacantes Spitualibus ad laborem manuum non tenentur.

Exercitia resultantia in bonum communitatis probātur. Primū est, occupatio in exequēdis Ecclesiasticis iudicijs: vnde S. Aug. in lib. de operibus Monachorum, à manuum labore propter iudicia Ecclesiastica, quibus occupabatur, se excusat. Si enim ministris sæcularbus sæculare iudiciū exercentibus tributa pro laboribus dantur, vt idem Apostolus, Rom. 13. dicit. [Ideò enim & tributa præstatis; ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes] quomodò ministris spiritualibus Ecclesiastica iudicia exercentibus, non erit pro labore debita sustentatio. *2. Bonum prædicatio est.* Secundum, quod in spirituale bonum communitatis redundat, prædicatio est: qua animarum fructus in populis procreatur. Ideò, vt dicit Apostolus 1. Cor. 9. Dominus ordinauit his, qui Euangelium annunciant; de Euangelio viuere. Quod etiam in lege veteri illis verbis mandabatur. Deut. 16. Non alligabis os boui trituranti. Quod de prædicatoribus interpretatur Apostolus, 1. Cor. 9. Nunquid (inquit ipse) de bobus cura est Deo? an propter nos hæc dicit? propter nos vtique scripta sunt, quoniam debet in spe, qui arat, arare. Nec hoc tantùm ad illos qui auctoritatem prædicandi habent, seu sunt Episcopi, sed etiam ad eos, qui licitè, auctoritate prædicant prælatorum, referri debet. Stipendia enim non potestati, sed operi, & labori debentur, vt dixit S. Tho. quol. 7. art. 18. Tertium, orationes sunt,

quæ in horis canonicis fiunt in commune Ecclesiæ bonum: & in diuinis altaris ministerijs: vt Dei ira auertatur à populo. Horum ministri sunt, quibus in Ezech. cap. 13. dicitur: Non opposuistis vos murum pro domo Israël, vt staretis in prælio in die Domini. Ipsi enim sunt precibus dimicantes, & diuinæ sententiæ resistentes: vt ibi glossa interpretatur. Quartum sacræ Scripturæ elucidatio est: Qui enim ad instruendum alios sacræ elucidandæ Scripturæ vacant; licitè de hoc spirituali opere cum cæteris supradictis viuere poterunt. Vnde Apostolus inquit. Qui benè præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè autem, qui laborant in verbo, & doctrina. Ex suprà dictis ergò patet, quòd prædictis spiritualibus operibus vacantes, manibus laborare non tenentur, cùm aliàs habeant vnde licitè viuere possint.

3. Bonum, oratio.

4. Bonum Scripturæ Elucidatio

Nec obstat, quod dicitur in capite clericus, distinct. 91. clericus victum, & vestitum sibi, artificiolo, vel agricultura, absque officij sui duntaxat detrimento, præparet: Et tamen clerici maximè spiritualibus operibus occupantur. Illud enim decretum, vt benè annotauit ibi glossa, de illis clericis loquitur, quibus Ecclesiæ facultates, cui seruiunt, & oblationes, quæ à fidelibus fiunt, non sufficiunt: vnde necessariò habent, artificio, necessaria sibi quærere.

Obiectio. Solutio.

6 De vacantibus autem spiritualibus operibus, qui pro bono communitatis non fiunt, sed facientium tantùm, vt sunt priuatæ orationes, ieiunia, vigiliæ, & huiusmodi, distinguendum est. Aut enim isti habent in sæculo, vnde absque labore manuum licitè viuere possint, aut non. Si habent, & Religionem ingrediuntur, manibus laborare non tenentur, si quod habebant in sæculo, indigentibus ad Deum conuersi dispartiti sunt. Vt Sanctus Augustinus autumat; vbi suprà, & credenda horum infirmitas est, & ferenda. Solent enim hi delicatiùs educati, laborem corporalem vix sustinere posse. Quod tamen intelligendum est, modo quo suprà numero quinto dictum est. Nisi eis a superioribus, laborare imponatur: supposita laborandi facultate. Nam tunc superiorum imperijs, obedire tenentur. Aut in sæculo opifices fuere, de labore manuum viuentes. Et tunc aut in Religione laborem manuum intermittunt, quia orationibus, & contemplationibus vacant, affectu, & desiderio diuini amoris, & benè faciunt. Quia iuxta glossam super illa verba. Luc. 9. [sine vt mortui, sepeliant mortuos suos]. minora bona, pro maioribus bonis sunt dimittenda. Vel id ex pigritia faciunt operandi, volentes otiosè viuere, & malè faciunt. Hi enim qui absque necessitate excusante, vel vtilitate

Labor manuum quibus imponatur, & quibus non.

quam afferant communitati de eleemosynis quæ Religioni erogantur otiosè viuere volunt; malè, (vt diximus) faciunt; idque eis illicitum comprobatur. Et de istis idem Sanct. Augustinus dicit ibidem [Plerunque ad professionem seruitutis Dei ex conditione seruili aliqui veniunt; vt ex vita rusticana, & ex opificum exercitatione, plebeio labore vacui; pasci, atque vestiri velint: & insuper honorari, à quibus contemni consueuerunt. De quibus non apparet vtrum ex proposito seruitutis Dei veniant; an vitam inopem, & laboriosam fugientees. Hi si nolunt laborare, non manducent. Neque propterea ad pietatem diuites humiliantur, vt pauperes ad superbiam extollantur] hæc ille.

7 Et si dicas, quòd aliquid fieri alicuius potest ex liberalitate donantis; ergò licitè omnes Religiosi de eleemosynis eis liberaliter datis viuere poterunt, absque eo, quod manibus laborent. Dico, quòd eleemosynæ ad hoc videntur Religiosis dari, vt liberiùs valeant Religiosis actibus insistere, quorum cupiunt se fore participes, qui temporalia subministrant. Iuxta illud Psal. 104. Dedit eis regiones gentium; & labores populorum possederunt, vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. Et Osee.4. Peccata populi comedunt: de quo latè vide-

Cordub.

Solutio.
Vsus eleemosynarũ quãdo est illicitus religiosis, & peccatum.

ri poterit Gerson. alphab 40.lit.G. Quare redderetur eis vsus eleemosynarum illicitus; si ab actibus religiosis desisterent; Quia sic quantum est de se, defraudarent intentionem eorum, qui tales eleemosynas contulerunt, vt dixit S. Tho. 2.2.quæst. 187.artic. 4.

Scias tamen, quòd licèt talis vsus videatur peccatum esse mortale, quia est actus fraudis in re notabili; in bono scilicet spirituali, quod benefactoribus reddendum est pro eleemosynis acceptis. Et omnis proximi defraudatio in re notabili, est ex suo genere peccatum mortale; quia est contra dilectionem proximi. Non tamen semper talis vsus erit culpa mortalis. Et hoc ideò, quia talis benefactorum defraudatio, non formaliter, sed interpretatiuè hîc interuenit. Nam non ex intentione, sed præter intentionem Religiosorum est, huiusmodi fraus. Nec istius fraudis euentus, omninò inopinatus est benefactoribus; qui tamen ab eleemosynis dandis non desistendo, implicitè videntur acceptare, sed quandoque frustrandos, suo intentu. Scienti autem, & volenti non fit fraus neque iniuria. vt dicitur in cap. scienti de reg. iur in 6. Et inter Religiosos, & dantes eis eleemosynas, non est habitudo secundùm aliquem contractum, iustitiæ propriè dictæ; sed est tantùm habitudo secundùm debitum gratitudinis. Nam na-

turali iure debent Religiosi gratiam rependere suis religiosis actibus, sibi eleemosynas facientibus: quoniam non alia ab eis expectatur retributio. Ideò non erit culpa mortalis nisi vbi interuenerit ingratitudo mortalis; quia hæc opponitur, & contrariatur gratiæ, & dono, quæ à benefactoribus fiunt. Vt idem Thom. docet in articul. 1. & 3. quæst. 107. 2.2. In duobus autem casibus ingratitudo inuenitur peccatum esse mortale, Vel formaliter, idest, vbi adest interior contemptus beneficii. Vel materaliter, hoc est, vbi illud omittitur, quod necessario tribuendum est beneficio. Vt per vtrumque Thom. habetur in dicto art. 3. quæst. 107. Et propterea in proposito, si Religiosi susceptum beneficium, seu eleemosynas contemnunt: mortaliter peccato ingratitudinis formalis peccabunt. Et si omittunt Religiosos actus, ad quos de necessitate præcepti tenentur; mortaliter etiam peccabunt, peccato ingratitudinis materialis; omittitur enim materia, qua acceptis eleemosynis, & donis fieret recompensatio. Hæc autem materialis ingratitudo, circunstantia est illius peccati quod materia est ingratitudinis. Et non ad speciem ingratitudinis, sed ad speciem illius peccati spectat, cuius est circunstantia, vt annotauit Caiet. in dicta quæst. 107. articul. 1. Si autem omittant alios religiosos actus ad quos non

Ingratitudo quando est peccatũ mortale.

tenentur sub præcepto, ingrati venialiter, & materialiter erunt.

Fraus in reddenda gratia an sit mortalis.

8 Et ex iis patet responsio ad obiectionem; quòd licèt verum sit, quòd Religiosi desistentes à Religiosis actibus fraudant, quantùm ex eis est suos benefactores in re notabili, tamen vbi non interuenit cemtemptus reddendæ gratiæ, seu soluēdi debitum acceptis beneficijs, non est fraus nisi materialiter: eo quòd non ex intentione ingratitudini opera datur. Fraus autem in reddenda gratia materialiter, non semper est mortalis: sed iuxta conditionem omissi mensuratur. Nam si actus, qui omittitur est præceptus; ingratitudinis, fraudem mortalem inducit; materialiter tamen, vt dictum est. Si verò omittitur actus debitus, sed non præceptus; venialiter tantùm fraudē inducit. Et sic semper fraus in his illicitum vsum mortaliter vel venialiter reddit, vt benè Caiet. hæc annotauit loco suprà adducto, 22. quæst. 187. articul. 4. & q. 107. art. 1.

Qui licitè viuere possunt de eleemosynis.

Vnde dicendum est, quòd vacantes in iudicijs, & ministeriis Ordinis exequendis; vel studio diuinarum literarum; vel Logicæ & Philosophiæ, vt per hæc ad Theologicam veritatem perueniant, non autem vt in illis sistant; vel prædicationis officio; Diuinis officiis; & Ministeriis altaris; vel orationis, & contemplationis studio: & exercitio: licitè de

eleemoſynis abſque eo, quòd manibus laborent, viuere poterunt. Qui vero inter hos non connumerãtur; illicitè de eleemoſynis viuent, niſi aliorum fratrum ſeruitiis occupentur, vtilitatem aliquam ſiç Ordini apportantes: ſi otioſi abſque neceſſitate cogente viuere velint. Vt habet Sanct. Thom. 2. 2. quæſt. 187. art. 4. & Alenſ. 4. par. q. 108. & communiter Regulæ expoſitores dicunt. Neque ex ſupererogatione ad corporaliter laborandum ſupradicti tenentur, ne populis in eleemoſynis petendis oneroſi reddantur; vel ad alendos pauperes extra neceſſitatis extremæ caſum, ſicut ſupererogatoriè aliquando fecerunt Paulus, & cæteri Apoſtoli. Vt S. Thom. inquit, vbi ſuprà, & S. Bonauentura, ſuper Regulam quæſt. 11. Quia ſi omne debitum Religionis regimen deperiret, & à melioribus impediretur exercitiis. Otioſi tamen quia aliquid prædictorum non faciunt, cogi debent ad aliquid operandũ, quod decet virum Religioſum; ne aliquis ſit in ordine, qui otioſè viuat. Quoniam ipſum otium, vt dicit Pater ſanctus inimicũ eſt animæ. Nam ſicut occulta, & quieta euaporatio, ſeu ignitorum carbonum exhalatio inſenſibiliter, & quaſi repentè virtutem igneam abſumit, & totum in cineres ſubtiles, reſoluit: Sic otium, ſpiritus feruorem, & totum vigorem virtutum inſenſibiliter, & quaſi repentè

Otium inimicum animæ.

extinguit; & tandem totum cor euanescere facit. Et cum prædictis concordat Nicolaus in dicta Decretali, Exiit. §. Continetur quoque. Quare sit resolutoriè dictum, quòd nullus bonus Religiosus (de nostris etiam loquendo laicis) a licito vsu, & victu eleemosynarum excluditur. Quià qui suam Regulam debitè seruare procurat, & à præceptorum transgressione se abstinet; & fideliter pro benefactoribus orat, estque obediens in his, quæ ei in ministerijs, & seruitiis domus, & aliorum fratrum mandantur: talis non tenetur corporaliter laborare pro suo victu. Quia inter afferentes Ecclesiæ, & Dei populo vtilitatem, comprehenditur. Si autem vult Regulam suam efficaciter obseruare, & cauet à transgressione præceptorum, sed tamen, pigritia in ipso regnante, quasi inutilis in monasterio viuit, venialialiter vtique peccabit viuendo ex eleemosynis monasterij. Et cogi debet ad aliquid operandum, quod virum decet Religiosum, vt dictum est.

Conclusio.

Exercitia licita qua lia sunt.

9 Hæc autem exercitia, in quibus fratres laborando occupare se debent licita & honesta esse oportet, cuiusmodi sunt sutorum, sarcinatorum, fabrorum, agricolarum, piscatorum, & huius generis officia, non autem opera alia distractiua, vt esse aurigam, mulionem, venatorem. Neque indecentia statum Reli-

gioſum, vt eſſe diſpenſatorem, procuratorem, iudicem, & huiuſmodi. Neque damnoſa, & inhoneſta, vt eſſe pictorem rerum vanarum, & curioſarum, quibus vt plurimùm homines abutuntur vt benè dixit, Petrus Ioannes hîc, & cæteri expoſitores.

Conditiones quæ laborando ſeruari debent.

10 Conditiones autem, quas laborando inſtruimur obſeruare, hæ ſunt, vt fideliter ſcilicet, & deuotè laboremus. Fideliter quidem quò ad proximos, ſine fraude ſcilicet, & & negligentia operando: deuotè quò ad Deum. Ita ſcilicet quòd propter Deum, & cum diuino affectu, & cõplacentia labor fiat, eſt enim deuotio pius, & humilis affectus in Deum. Attamen ita eſt labor moderandus, quòd excluſo otio animæ inimico: orationis, & deuotionis ſpiritus non extinguatur. Hoc eſt, non tam ignauiter, nec tam ſollicitè, & vehementer fratres laborent: ſed diſcretè, & modeſtè ita labori inſiſtant, vt otioſitas occidatur, & ſpiritus orationis non extinguatur. Nec per hoc ignauis, & otioſis excuſationis aditus datur: qui ſtatim poſt tantillum laboris, eorum ſpiritum extingui aſſerunt. Tunc enim tantummodò ſpiritus extin-

Spiritus orationis quomodo extinguitur.

gui dicendus eſt, quando tantus eſſet labor, talíſque corporalis ſollicitudo ad temporalia negotia exiſteret, quòd notabiliter his diſtraheretur, & ab orationibus ſecundùm Regulam determinatis, impediretur. Vt inquiunt quatuor Magiſtri. Quod vt benè annotauit Pet. Ioan. cap. 5. & Auctor conformitatũ in Seren. conſcien. q. 69, non de orationibus tantùm determinatis in tertio Regulæ capitulo, ſed etiam de illis debet intelligi, de quibus in nono cap. dicitur [Attendant, quòd ſuper omnia deſiderare debent habere Spiritum Domini, & ſanctam eius operationem, orare ſcilicet ad Deum puro corde.] Hoc eſt, quòd labor ſit talis, quòd ſanctæ orationis, & deuotionis ſpiritus non extinguatur. Tepeſcente enim ſpiritu & paulatim à gratia frigeſcente, carnem & ſanguinem, quę ſua ſunt quærere neceſſe eſt. Quando enim eſſet certum, quòd huiuſmodi opus iniunctum notabiliter à mentali oratione, & deuotione diſtraheret. tunc contra animam, vel Regulam (ſecundùm omnes Regulæ expoſitores) præciperetur. Et maximè ſi quæ iubentur opera, aut negotia, ſuperflua ſint. non neceſſaria, non pia, vt puta pro negotiis ſæcularibus pertractandis, aut ſuperfluis ædificiis conſtruendis, aut quæſtibus indebitis procucurandis, &c Vbi verò non eſſet euidens deuotionis diſpendium, ſuperiorum iudicio

dicio ſtandum eſt, & eis obediendum, vt dixit Petrus Ioan. hîc, & latiùs dicetur infrà, cap. 10.

DE mercede verò laboris pro ſe, & ſuis fratribus corporis neceſſaria recipiant pręter denarios, vel pecuniam. Et hoc humiliter, ſicut decet ſeruos Dei, & paupertatis ſanctiſsimę ſectatores. *Tex.*

11 INductis fratribus ad licitum, & moderatum laborem: modum nunc Pater ſanctus eis præbet, recipiendi corporis neceſſaria, de mercede laboris. Qui eſt, vt ſcilicet non ſuperflua, non indecentia; ſed tantùm neceſſaria recipiant pro ſe, & ſuis fratribus. In quo etiam, vt dicit Petrus Ioan. cap. quinto, cæteri pauperes poſſunt intelligi. Licitum enim eſt, & pium, de ſuo labore aliorum pauperum, neceſſitatibus prouidere. Prout B. Pater Egidius feciſſe fertur. Item ne aliquando denarios, vel pecuniam pro mercede laboris recipiant. Superflua enim & indecentia ex ſexto Regulæ capitulo; denarii verò, & pecunia ex quarto, nobis prohibita probantur. Ideò quæcunque nobis pecunia pro mercede noſtri laboris ſpiritualis, vel corporalis oblata fuerit: ſiue ſit propter laborem manualem, ſcripturam, agriculturam

Superflua recipere non licet pro mercede.

& cętera siue propter missas, & orationes, & prædicationes; non alio modo acceptari, seu deponi potest, nisi vt eleemosyna liberaliter oblata, vel legata.

Modus recipiendi mercedem de labore nostro.

Vult insuper, vt in recipienda pro labore mercedę, modus seruetur consonus Euangelico statui. Vt hoc scilicet fiat humiliter, hoc est absque omni iuridica repetitione. aut appropriatione: nec aliquo quouis modo, ac si esset nostra, sed potiùs vt aliena. Non enim cum imperio vel contentione tanquam domini, petere debent sibi competentia pro labore: sed obsecrando vt pauperes, nihil in eis proprietatis habentes. Ita vt recipiendo necessaria, euidenter eluceat paupertatis sanctissimæ amor, & feruor; ac humilis Dei seruitus ideò dicitur. (Et hoc humiliter, sicut decet seruos Dei, & paupertatis sanctissimæ sectatores,) Nec aliter peti potest: nisi vt quæcunque liberaliter data. Quia in ea nullum ciuile ius habemus: Quamuis talis nostri laboris merces, Diuino, & naturali iure nobis debita sit.

Et ideò sine vlla exactione iudiciali, aut violenta peti potest. Nec pro ea poterit Syndicus in iudicio, vel extrà contendere, & litigare. Quoniam vt in sexto cap. dicetur, nullum, circa aliquam rem ciuile ius prætendere possumus. Et Syndicus, vt suprà dictum est, so-

lùm pro rebus, quibus fratres vtuntur, ad Ecclesiam Romanam pertinentibus stat; & agere potest. Nunc autem merces laboris quandiu nobis ad vsum non est tradita, in Romanæ Ecclesiæ dominium non transit. Ex quò patet, quòd exercitia, seu opera nostra, siue corporalia, siue spiritualia illa sint, non possumus pactuando de mercede, locare. Quia pactum ciuile, & politicum nostræ altissimæ paupertatis intuitus, vt infrà in sexto capite dicetur, prohibitum nobis probatur. Bene autem simplex vtrinque promissio fieri potest: quòd frater scilicet fideliter in tali opere laborabit: & ille bona fide laborem benignè recompēsabit. Itaque solùm vtrinque naturalis non politica remanet obligatio. Et hæc expressè habentur à quatuor Magistris Hugone, & Pisano, & Petro Ioan. hîc & Seren. conscientia quæst. 71. Immo, & ex ipsa Regula idipsum habetur. Ait enim Pater sanctus. Quòd si nobis non fuerit data merces laboris, recurramus ad mensam Domini. Vnde est, vt nulla nobis detur actio ad mercedem laboris consequendam.

Quid poßit recipi pro mercede laboris.

12 QVæritur autem inter doctores; quid possint fratres, præter dena-

Quid sit recipiendum pro laboris mercede. Prima opinio.

rios, vel pecuniam, quæ ex Regula prohibentur, pro mercede laboris recipere? Quatuor Magistri, hîc dicunt, quòd neque aurum neque argentum, neque alia metalla, de quibus vasa aliqua fieri possunt, neque pelles, coria, lanam, & huiusmodi fratres recipere poterunt Nec vllam denique materiam appretiabilem, vt circa eam artificialiter laborent, & postmodùm illam elaboratam tradant, vel vendi faciant pro necessitatibus suis. Et hoc propter proprietatem, quæ huiusmodi acceptam, & distractam materiam, comitatur: dum recipitur vt vendatur, seu detur pro habendis necessariis. Materiam verò quæ nullius quasi pretii, seu valoris est, vt sunt Iunci, Vimina, & huiusmodi, ex quibus cistella, fiscella, quasillum, & id genus alia conficiuntur recipere vtique poterunt, ad conficiendum ex eis aliquod artificiale opus, quod pro necessariis postmodùm detur. Quia totum quod ex hisce rebus prouenit: pretium, ex arte potiùs, quàm ex materia ipsa, seu ex ipsius rei valore est. Auctor verò conformitatum, & Aluarus de planctu Ecclesiæ in Seren. conscientia. quæst. 71. & Barth. Pisanus hîc cap. quinto, generaliter dicunt: quòd nullam quæcunque illa sit, siue appretiabilis, siue nullius pretii, & valoris, poterunt fratres materiam recipere pro sui mercede laboris, ea intentione, & animo,

Secunda opinio.

vt ipsam iam per artificium alteratam commutent, vendant, seu distrahant pro aliis sibi necessariis. Quia huiusmodi distractio, nomine fratrum fieret, habetque proprietatem annexam: quod est eis ex sexto Regulæ capite interdictum. Quare secundùm hoc; suum laboritium ad consequenda necessaria, in alterius materia debent fratres exercere: non autem in materia eis præstita. Cordub. verò hîc, quæst. tertia, licèt eandem, quam Auctor conformitatum, & sequaces teneat sententiam; quòd nullam scilicet (quæcunque illa sit) materiam fratres recipere possint, vt illam alteratam vendi faciant pro sibi necessariis: non tamen eadem ratione hoc astruit, qua prædicti. Sed hoc ideò, quia hæc talis materia ea intentione accepta, vt vendatur, pecunia est; cuius fratres, vt patet ex quarto, cap. incapaces sunt, & hîc item specialiter eis prohibetur. Ideò non nisi tanquam vera pecunia acceptari potest; & vendi per substitutum ipsius dantis, & non fratrum. Et hoc etiam sentit Hugo in hoc passu Regulæ super hoc capitulo, & hæc de 5. cap. *Opinio Cord.*

QVOD FATRES NIHIL sibi approprient, & de eleemosyna petenda & de fratribus infirmis. CAP. VI.

FRatres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec àliquam rem.

Tex. 1



N hoc sexto cap. periculum, quod de bonorum appropriatione noscitur processisse, tertio loco Pater Sanctus excludit. Planissimum enim est in toto terrarum orbe maximum generari tumultum ob meum, & tuum. Et tutissimè, teste Seneca, viueretur, si hæc duo verba tollerentur. B. ergo Franciscus huic occurens periculo tanquam paupertatis Christi deuotissimus imitator; qui vbi reclinaret caput, non habuit: nec sibi, nec suis fratribus domum propriam, vel locum, nec aliquã voluit habere rem. Vnde de altissima in hoc capite Minoritana agit paupertate; cuius perfectio in omnimoda rerum omnium abdicatione consistit. De qua paupertate cùm egerit; de charitate postmodùm ad infirmos habẽda, nos instruit; quæ obligatoria ex ipsa Regula sunt, vt in primo cap. dictum est. Et rectè quidem,

quoniam venenum charitatis cupiditas est, profectus verò charitatis, est diminutio cupiditatis, & perfectio nulla cupiditas, vt ex Augustino habetur lib. 83. quæst. 4. Rectè, ergò Pater sanctus, priùs insistit circa totalem eradicationem diuitiarum, & cupiditatis earum: & deinde circa mutuam affectuosissimam charitatem habendam ad fratres.

Quid sit Euangelica paupertas, quam Minores fratres profitentur.

2 PRo quorum omnium declaratione maiori, videndum est ante omnia; quid sit Euangelica paupertas, quam Minoritana profitetur Religio. Scias ergò, quòd Euangelica paupertas secundùm sanctos, in duplici est differentia. Quædã enim est, quæ cum paupertate spiritus, nihil superfluum temporale, sed quod commodè necessarium est, retinet. Altera, quæ perfectior est, ea est, quæ cum paupertate spiritus, nec superfluum, nec, necessarium, tanquam proprium, sed simplicem vsum facti retinet, ex Dei pendens prouisione. Et hæc est paupertas, ad quam fratres Minores obligantur: quæ quidem virtus heroica est, quapropter Deum quis à se abdicat omne ius ciuile, viuens de non suo. Vnde fit, vt incapax sit quinque politicorum, seu ciuilium actuum: qui sunt; Dominium, Possessio, Proprietas, Vsusfructus, & Vsus iuris

Paupertas Euangelica est in duplici differentia.

Dominiū quid. politici Dominium, ius est habendi, possidendi, vendendi; donandi, distrahendi, &c. provt domino rei placuerit, secundùm modos à iure non improbatos. *Possessio quid sit.* Possessio, est temporalis rei retentio: & addit supra dominium, quòd non impediatur ab altero. *Proprietas.* Proprietas addit supra dominium, & possessionem, quòd rei dominus, secum parem non habeat in possidendo. *Vsufructus.* Vsus fructus, est ius vtendi, & fruendi rebus alienis, salua rerum substantia. *Vsus iuris.* Vsus iuris, seu ius vtendi, facultas, seu ius est rebus alienis vtendi tantùm. Et in hoc differt ad vsufructu: Quia Vsufructuarius pro se, & pro aliis fructus accipere potest, vendendo, donando, illosque distrahendo: Vsuarius verò, non nisi pro se solo potest fructus accipere.

Essentia Euangelicæ paupertatis in summo gradu. Essentia ergò Euangelicæ paupertatis prędictæ, in abdicatione horum quinque actuum, & omnis politici iuris consistit, tam quò ad rē, ad quā dominiū, possessio, & proprietas spectant: quàm quò ad rei vsum, quem alii duo actus, vsusfructus scilicet, seu vsus iuridicus respiciunt. Et solùm in simplici vsu facti, non iuris consistit, semper de non suo politicè viuens, ex quò mendicitatem, vt de eleemosynis viuat, habet annexam. Nec talis paupertas, in iudicio experiri, seu repetere tanquam sibi iure politico, debitas res vnquam poterit, siue iustè siue iniustè, ei tollantur.

3 Quòd autem hæc sit prædictæ Euangelicæ paupertatis essentia; patere potest ex verbis Domini, Matth. 19. Vbi dicit. Si vis perfectus esse vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Hoc enim non tantùm de mentali contemptu, nec solùm de particulari; sed insuper de vniuersali, & exteriori rerum omnium abdicatione, tàm in particulari, quàm in communi debere intelligi, ipsius literæ textus probat: Non enim partem, sed omnia eroganda esse vult. Quod verò venditur, & distribuitur; nec in particulari, nec in communi retinetur. Insuper, quòd nullum Dominium Euangelicæ paupertatis perfectio admittat, ex eo patet. Quia secundùm iura, tunc Dominium in bonis nostris habere intelligimur: quoties possidentes exceptionem; non possidentes verò, actionem, ad recuperandum habemus. At Euangelica perfectio nos docet; vt nullam exceptionem ad rem tuendam, nec actionem ad repetendam, prætendamus. Iuxta illa Domini verba. Mat. 5. Qui vult in iudicio tecum contendere, & tunicam tollere: præbe ei, & pallium, Et iterùm, Luc. 6. Ab eo, qui aufert tibi vestimentum, & tunicam noli pohibere. Et qui aufert, quæ tua sunt: ne repetas. Ex quibus verbis satis patet, quòd qui Euangelicæ paupertatis in supremo eius gradu profes-

Paupertas Euangelica quæ non admittit dominum.

sores esse volunt: nec rem qua vtuntur tueri possunt excipiendo contra eam prætendentes: nec actionem habere ad recuperandam ablatam. Quódque Christus, & S. Apostoli, hanc eandem ad tempus seruauerint paupertatem, & verbo, & exemplo docuerint: patet ex concilio Viennensi. Clem. n. V. vnanimi dicti Viennensis concilij consensu, hanc veritatem docet: quam antea Nicol. III. docuerat in Decretali Exijt qui seminat. de verb. signif. lib. 6. quam Decretalem ipse Clemens solemniter in dicto Concilio approbauit. Et id ipsum dicit S. Chrift. sup. Mat. c. 10. & Glossa super illud Ioan. 14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Et ratio hoc idem probat. Nihil enim Christus dominus docuit ad vitam pertinens Euangelicam, quod ipse non fecerit: vt actibus Apostolorum probatur c. 1. Cæpit Iesus facere, & docere. At Christus prædictam docuit paupertatem: ergò illam seruauit. Seruauerunt etiam Apostoli: quibus dictum est, Mat. 10. Nolite possidere aurum, neq; argentũ neq; pecuniã in zonis vestris. Vnde & ipsi dicebant, Mat. 19. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Et licèt ad tẽpus aliquando eis fuerit dispensatum, vt loculos pro seipsis licitè habere possẽt, durãte s. rabie persecutionis post mortẽ Saluatoris nostri: ordinariè tamen nihil pro seipsis habere voluerunt. Sed in ipsa Ves-

Christus quæ docuit, etiam seruauit.

Loculi aliquando dispensati Apostolis.

pera in qua Christus comprehendi voluit, dispensauit cum illis, dicens, Luc. 22. Quãdo misi vos sine sacculo, & pera, nũquid aliquid defuit vobis? Sed nunc, qui habet sacculum, tollat similiter, & peram. Et meritò, quoniam non eadem viuendi regula persecutionis, & pacis esse potest. Et licèt aliquando pro tempore in communi habuerint ad dispensandum multitudini: illam tamen dispensationem, tanquam Dei verbi impeditiuam, dimittentes, ad primariam reuersi sunt nuditatem, vt in actibus habetur. cap 4.

Num vsus aliquis haberi poßit sine iure aut dominio in re?

4 ET quoniam quidem duo ex prædictis necessariò sequuntur: vnum scilicet, quòd simplex facti vsus in rebus haberi possit, sine vllo ciuili iure in rebus ipsis, & in earum vsu. Alterum verò, quòd in rebus, quæ in ipso vsu consumuntur, vt sunt panis, vinum, oleum, &c. huiusmodi, quorum vsus non est, nisi ipsa rei consumptio; possit simplex ipsarum rerum vsus à dominio, & iure earumdem separari, & distingui. Arguunt contra hæc plerique, & præcipuè Florentinus 4. p. tit. 12. cap. 4. §. 9. contra primum sic. Si quis tantùm simplicem, alicuius rei vsum sine dominio, aut iure in re habet, vtitur vtique re aliena sine vllo iure; ergo iniustè, & illicitè.

ſicque iniuſtus, & illicitus talis vſus eſſe agnoſcitur. Impoſſibile enim eſt, habere vſum licitum, abſque vllo iure vtendi. Nam licèt haberi poſſit vſus licitus rei, abſque iure ſimpliciter in ipſa re, hoc eſt excluſa proprietate ſeu dominio rei, vt eſt, in conductoribus domorum ad habitandum, vel equorum ad equitandum, qui harum licitum tantùm vſum habent, ſaluo dominio remanente penes dominos eorum. Non tamen haberi poteſt, abſque dominio in ipſa re ſaltem ſecundùm quid, licèt non ſimpliciter. Quod eſt, habere ius in re, ſaltem quò ad illum actum vtendi ea. Quod idem eſt, quòd habere ius in vſu ipſius rei. Et ſic non eſt verum quòd haberi poſſit nudus facti vſus licitus, abſque vllo iure in ipſa re, vel in eius vſu. Contra ſecundum arguit ſic, in rebus, quarum vſus abſque conſumptione rei eſſe non poteſt, impoſſibile eſt, habere ius in vſu, ſine iure in re; aut licitè habere poſſe vſum, ſine proprietate in re. Patet quia ex quo res in ipſo vſu conſumitur, non erit ipſe vſus licitus, niſi vtens proprietatem habeat in re, quam vtendo conſumit. Nec enim in rebus vſu conſumptibilibus, vſus eſt abſque conſumptione proprietatis. Et ſic, nec vſus erit licitus abſque vllo iure in proprietate: nec vſus poteſt à dominio ſeu proprietate ſeparari, dum in ipſo vſu abſumentur.

Non ergò separari potest vsus ipsius rei, quæ in ipso vsu consumitur à domino; & iure eiusdem rei. Quod confirmari videtur per extra. Ad conditorem canonum, asserentem, quòd in rebus vsu consumptibilibus, non potest separari simplex vsus facti, à dominio, & proprietate rei. Arguit insuper, quòd nec in Euangelio talis reperitur paupertas, qualis descripta est; quód omne scilicet ciuile ius tam in particulari, quàm in communi à se abdicat, & quòd eam Christus docuit, & seruauit. Idque ex testimonio Euangelico comprobat, Ioann. 12. vbi legitur dominum loculos habuisse: ergò, & ipse Dominus, & Apostoli dominium, ius & auctoritatem ipsam dispensandi pecuniam, saltem in communi, habuerunt. Et hæc omnia confirmat per extrau. Ad conditorem canonum. de verbor. signif. & per Extrauagant. Cùm inter nonnullos, Ioann. 22. qui definiuit hæreticum esse dicere, Christum, & Apostolos nihil nec in communi, nec in particulari habuisse proprij. *Ioan. 22.*

5 Pro quorum primi scilicet, & secundi dubij solutione, scias duplex esse ius, quatenus ad rem spectat; aliud quidem diuinum naturale; aliud verò politicum, & ciuile, diuinum naturale ius, potestas, seu facultas quædam est, quæ proprietas, seu æquitas dici potest; ad aliqua vtendum re, absque vllo ciuili in ea iure, *Ius, aliud diuinum naturale, aliud politicum.*

Ciuile verò ius, est, quod execeptionem possidendo habet, contra agentes: & actionem non possidendo ad rem assequendam, (vt suprà dictum est) & annotatur in cap. omnes leges, dist. 1. Fas (dicitur ibi) lex diuina est; ius, lex humana. Fas seu æquum est, lege diuina naturali, comedere vuas in alterius vinea tempore veræ necessitatis: sed licèt fas: & æquum sit, ius tamen non est; quia non dat ciuilem actionem ad hoc, vt annotauit Glossa ibi. Hoc supposito facilis est, ad prædicta responsio.

Lex diuina dicitur fas, lex humana, ius.

Ad primum solutio. Paupertas Euangelica iure diuino naturali vtitur rebus.

Ad primum enim dicitur. Quòd licèt verum sit, quòd qui sine vllo iure vsum facti tantùm habet in re; hic vtitur re aliena, & per consequens iniustè, & illicitè vtitur: negatur tamen quòd professor perfectionis Euangelicæ paupertatis, qui tantùm simplicem facti vsum habet in rebus, sine vllo iure illis vtatur. Vtitur enim rebus, & si non iure politico, & ciuili, quia in eis nullum tale habet; diuino tamen, & naturali iure. Nam & iumenta, & volucres cœli licitè ad ducendam vitam rebus alienis vtuntur, & hoc absque vllo iure politico, sed tãtùm diuino, & naturali: ergò falsum est, quod supponitur, quòd sine vllo iure, & per consequens iniustè, huiusmodi perfectionis Euangelicæ professor rebus ad vitam necessarijs vtatur.

Ad 2. sol.

6 Ad secũdum dicitur, quòd licèt verum

sit; quòd in rebus, quæ in vsu consumuntur non possit haberi ius in vsu, sine iure in ipsis rebus; tamen bene potest haberi talium rerum simplex vsus facti, absque eo quòd habeatur proprietas, aut ius ciuile in ipsis rebus, & vsu earum. Quod satis exemplo volatilium, & iumentorum comprobatur: quæ licitè rerum ad vitam necessariarum, quæ in ipso vsu consumuntur, simplicem facti vsum tantùm, non tamen dominium, proprietatem, aut aliquod ciuile ius, quorum incapacia sunt, habere probantur. Et quamuis ex tali simplici vsu facti proprietas rerum prædictarum absumitur; non per hoc tamen sequitur, quòd ius ciuile aliquod aut dominium in eis, vtens habeat. Potest enim quis licitè simplicem facti vsum habere, & per talem nudum vsum facti, consumere ius, & proprietatem inseparabiliter annexam; licèt nullum habeat ius ciuile in re ipsa, & vsu eius. Quia cui cōceditur principale, scilicet consumptio rei per nudum vsum eius; conceditur item accessoriè inseparabiliter annexum; scilicet cōsumptio iuris, & proprietatis rei ũ, vt patet ex dictis. Vnde Florētinus, inquiens quòd non potest haberi ius in vsu alicuius rei, quæ in ipso vsu cōsumitur quin habeatur in ipsa re: si voluit dicere, quòd non potest haberi ius ciuile in vsu rei, quæ in vsu cōsumitur, quin in re ipsa habeatur, cùm eius vsus, ci⁹ cōsũptio

Simplex vsus facti stat sine proprietate in rebus & vsu.

Argumento c. cum quid, & c. Accessorium de reg. iur. lib. 6.

ſit ; vel non poteſt haberi ius naturale in vſu dictæ rei , quin in re ipſa habeatur, concedimus & nos. Sed ſi in iuris nomine æquiuocatur , quòd ſcilicet non poſſit haberi ius naturale in vſu rei , abſque iure ciuili in re ipſa , quæ in vſu conſumitur ; & ſic vſus ſimplex facti non poſſit in rebus , quæ vſu conſumuntur , à proprietate earum diſtingui, falſum ex dictis eſſe comprobatur . Nedum hæc veritas ex euidentia facti exemplo volatilium ; & ſimilium oſtenditur; ſed etiam auctoritate Nicolai III. per decretalem. Exijt, qui ſeminat, de verb. ſignif. libro ſexto . Cuius ſententiam poſtmodùm . ſecutus fuit Clemens quintus & generale Viennenſe concilum. Sic enim ipſe Nicolaus , inquit in dicta Decretali , Exijt. §. porrò. [Nam cùm in rebus temporalibus ſit conſiderare præcipuè proprietatem , poſſeſſionem, vſumfructum , ius vtendi , & ſimplicem facti vſum ; & vltimo tanquam neceſſario egeat , licèt primis carere poſſit vita mortalium ; nulla prorſus poteſt eſſe profeſſio, quæ à ſe vſum neceſſariæ ſuſtentationis excludat] & paulò infrà (Nec his obuiare dignoſcitur, quod ciuilis prouidétia in humanis rebus humanè, conſtituit; videlicet non poſſe vſum, vel vſumfructum à dominio perpetuò ſeparari; quæ, ne dominium domino ſemper abſcedente vſu , redderetur inutile ; temporale

tantùm in constitueudo prospiciens, ista decreuit. Retentio nàmque dominij talium rerum cum concessione vsus facta pauperibus, non est infructuosa domino; cùm sit meritoria ad æterna, & professioni pauperum opportuna,] hæc ibi. Vnde concluditur, quòd vsus simplex facti, distingui, & esse potest sine proprietate, & iure omni ciuili in rebus, quæ etiam in ipso vsu consumuntur. Et cum prædictis omnibus cõcordat Cardinalis Zabarella in Clem. Exiui, & Baldus in authentica ingressi. cap. de Sacrosanctis Ecclesijs.

7 Nec obstat Extrauagans prædicta, ad conditorem canonum, asserens, quòd in rebus vsu cõsumptibilibus non potest separari simplex, seu nudus vsus facti à dominio, & proprietate rei, quia fortè nihil aliud voluit ibi prædictus Ioannes dicere, nisi quòd nunquam licitè simplex facti vsus rerum vsu consumptibilium, sine aliquo iure, seu dominio earum haberi potest. Quod habet veritatem de iure, & dominio diuino naturali quod fas, seu æquitas ad vtendum aliqua re est, quod & nos iam concedimus. Quòd si aliud dicere voluit, prout ni fallor, eum dicere voluisse arbitror, scilicet quòd impossibile est, talẽ esse paupertatẽ, qua quis in rebus vsu consumptibilibus omni se possit abdicare dominio, solo vsu retẽto; ratio eius non conuincit, quæ talis

Declarantur verba. Ioan. 21.

est. Dominari, seu esse dominium, est, posse rem destruere, atqui impossibile est, rem posse vtendo destruere vt panem comedendo, vinum bibendo, & non esse illius rei dominum, Nihil enim hæc concludit ratio. Non enim ad verum dominium sufficit, vt quis possit rem consumere: sed requiritur prætetea, vt possit ipsam in omnem vsum absumere putà, donare, vendere commutare, vendicare in iudicio; &c. Potest ergo vt suprà diximus, simplex, & nudus facti vsus, rerum vsu consumptibilium, à vero earum politico dominio, & vsus earum separari & pro intelligentia extrauagantis prædicti Ioann. 22. & expositione difficultatis, quæ inde posset suboriri, videri potest Sot. de iust & iur. lib. 4. quest. 1. articul. 1. & Belarminus de Rom. Pontifice. lib. 4. cap. 14. Extat insuper pro nostra sententia, dicta constitutio Nicol iij. in dicto ca. Exiit; qui definit Christum, verbo, & exemplo docuisse perfectam paupertatem: quæ in omnium rerum abdicatione consistit, nullo dominio relicto, nec in parriculari, nec in communi. Quæ quidem constitutio præ Ioannis extrauagante verior, & magis in hoc rationi nitens videtur. Ex eo, quòd extrauagans prædicta, à plerisque summis Pontificibus dicti Ioannis successoribus nempe Martino IV. & V. Alexandro VI. Eugenio IV. Ca-

listo. III. & Sixto. IV. fuit abrogata, & Nicolai prædicta approbata constitutio. Dum ad seipsos, & ad Sedem Apostolicam, Dominium rerum omnium, quibus fratres minores vti possunt, assumpserunt. Quare Sotus de iust. & iur. eadem quæst. prima art. 1. pulchra circa hæc differens, idipsum hac ratione confirmat Si impugnatores, inquit ipse, huiusmodi paupertatis, fatentur posse Monachos habere proprium in communi, licèt nemo illorum illud habeat in particulari. Vnde particularis Monachus vesci omnibus potest, quamuis non sit particularis eorum Dominus. Quare ergo non poterit totus conuentus, & totus ordo eisdem vti rebus; tametsi omni careat dominio?

Status Apostolorũ dupliciter considerantur.

8 Nec item tertium obstat, quòd Dominum loculos habuisse legatur; & hæreticum esse iure decernatur, Christum, & Apostolos nihil proprii nec in communi, nec in particulari habuisse, asserere: Quia ad hoc dicimus, quòd Christus, & Apostoli in duplici (in quo fuerunt) statu, debent considerari. Fuerunt enim vniuersalis Ecclesiæ noui testamenti prælati; & sic considerati, aliqua ad dispensanda pauperibus, & aliis sibi commissis distribuenda, habuerunt: in quibus ius, & auctoritatem, saltem in communi; habuerunt: Et hoc negare,

plere circumeundo per castella, in mēsis alienis comedendo; vt sic perfectionem Euangelicæ paupertatis, perfectumque mundi contemptum nos doceret: egens, & mendicās, sicut de eo scriptum erat; Ego verò mendicus sum & pauper. Et licèt secundùm Gerson. part. 3. Alphab. 68. lit. C. Christus vt homo ab instanti incarnationis omne habuerit dominiū super omnem creaturam, & regna; huius tamen dominii executionem habere noluit; & ideò dicitur, quòd vt persona particularis dominium politicum non habuit. Patet ergò, quòd talis Euangelicæ pauperpatis perfectio: quæ omne abdicat domininm, & politicum ius, nullam habens in retinendo exceptionem, & actionem in repetendo: in ipso Euangelio reperitur expressa. Et hanc Christus, vt particularis persona exemplum perfectę abdicationis mundanorum tribuens, aliquando seruauit; vt illis script. testimoniis comprobatur. Matt. 8. Filius homnis non habet, vbi caput suum reclinet, & Luc 8. sequebantur eum mulieres, quæ ministrabant ei, de facultatibus suis, & ex prædicta decret. exiit, qui seminat. Et Apostoli id ipsum aliquando seruarunt. Nam licèt imminente Christi passione dispensatiuè pro seipsis vt particulares personæ, loculos habuerint, & vt prælati Ecclesiæ, multitudinis credentium bona, dispensauerint, habentes circa ea auctoritatem. Atta-

Psal. 39.

Perfectio paupertatis ex Euangelio est.

men missi ad prædicandum, vt particulares personæ Euangelicam perfectionem seruantes, verbo & exemplo eam docuerunt, carentes loculis, & omni dominio, & iure politico rerum omnium temporalium. Et demùm dispensationem, quam vt prælati Ecclesiæ bonorum temporalium receperant, tanquàm Dei verbi impeditiuam dimittentes; illam septem diaconibus committentes, ad primariam paupertatem, quam ad prædicandum missi, ante passionem seruauerunt, denuò redierunt vt patet actuum 6. cap.

Quæ sit paupertas, ad quam Minores fratres, tenentur.

10 QVòd autem Minores fratres ad prædictam Euãgelicæ paupertatis perfectionem, tam in communi, quàm in particulari ex vi Regulæ teneantur; Et solùm simplicem vsum facti, sine vllo iure politico circa ea, quibus vtuntur habere possint; patet ex S. Bonau. Super Regulam hîc. Inquit enim intentionem S. Franc. fuisse, vt fratres sui sicut serui vtantur rebus in aliena positis potestate. Et id ipsum expositores Regulæ omnes confirmant. Et patet ex respõso Apostolico Greg. ix. Ni. iij. & Clem. V. super Regul, ãomné proprietaté à fratribus tam in speciali, quàm *Paupertas Minorum quàm sit arcta.*

in communi excludentium: solùmque eos nudum seu facti vsum in vtensilibus, aut victualibus, &c. habere asserentium. Patet etiam ex ipsis verbis Regulæ, dicitur. n. ibi. [Fratres nihil sibi approprient] illa vox (fratres) non solùm sumitur hic distributiuè, sed etiam collectiuè & ideò, non dixit, (frater,) sed (fratres) Hoc enim plurale (fratres) fuit aptius ad exprimendum vtrunque, vt scilicet nec aliquis frater aliquid in particulari sibi appropriet, quod est omni Religioni commune, nec omnes simul aliquid sibi approprient in communi, quod Minoritanæ Religionis est proprium. Secundò patet, quia mox subdit, (nec domum, nec locum) hoc est, aliquem terræ fundum. Constat enim quòd horum vsus ad multitudinem pertinet, nec in Religionibus solent, vel bono modo possunt appropriari, nisi soli collegio in communi. Tertiò, quia subdit, (quòd sint in hoc sæculo tanquam peregrini, & aduenæ) manifestum autem est, quòd contra rationem perigrinationis est, appropriare sibi domum, & fundum. Regula enim ipsa non solùm respectu huius vel illius rei nos peregrinos esse mandat, sed respectu totius sæculi, vt nihil cum mundo habeamus. Ità, vt, tantùm simplex, & nudus facti vsus ad vitæ sustentationem, & executionem officiorũ, nobis sit concessus. Et ideò paupertas nostra altissima

Paupertas mino-

altissima dicitur: quia nulla maior abdicatio rerum esse potest, quàm vbi solùm simplex vsus facti necessariorum, tam in communi, quàm in particulari sine vllo iure politico relinquitur.

rum quare dicatur altissima.

11 Condecens enim fuit ei professioni quæ sponte Christum pauperem in tanta paupertate sectari deuouit; omnium abdicare dominium: & rerum sibi concessarum, necessario vsu fore contentam, qui est simplex, & nudus vsus facti vt in dicta Decretali Exiit, decernitur. Nam licèt mortalium vita, proprietate, possessione, vsufructu, & vsu iuridico carere possit, vsu simplici tamen facti necessariò eget. Nec propter hoc, quòd rei proprietatem, & vsus cuiusque dominium à se abdicasse videtur, simplici facti vsui renuntiasse conuincitur. Quia nulla potest esse professio quæ à se vsum necessariæ sustentationis excludat: vt in dicta decretali dicitur. Quare vsum tantùm nudum facti retinet. Qui sicut facti, & non iuris nomen habet, sic quod tãtum facti est, præbet vtentibus, & nihil iuris.

12 Nos enim fratres non imitamur Christum in habendo loculos, aut proprium; ex quo non succedimus ei, & Apostolis in dignitate Episcopali: sed eo modo, quo omnimodam mundi abdicationem, perfectámque omnium rerum expropriationem consuluerunt. Aliæ verò Religiones, quæ, vitam il-

Minores quare non habent loculos, vt Christus.

lam ſequuntur ſub Apoſtolis inſtitutam, pro illa multitudine fidelium, quibus omnia erant communia: meritò proprium in communi licitè habere poterunt. Nec obſtat, quòd dictus Ioan. 22. in prædicta extrauaganti, Ad conditorem, dicat; quòd dominium rerum aliquarum præcipuè vſu conſumptibilium, quæ fratribus conceduntur à deuotis, ipſe vtique in ſe non recipit; neque ad Eccleſiam Romanam pertinet, ſed ad fratres, qui eis vtuntur. Quandoquidem iſta ſunt inſtituta purè humana. Et ſicut vnus Papa vno inſtituit modo, poteſt alius Papa alio modo inſtituere, deſtituendo primum. Et quoniam alii Pontifices eius ſucceſſores approbauerunt quæ Nicolaus, & Clemens prædicti in ſuis declarationibus dixerunt, annulantes quod circa hoc determinauit dictus Ioannes 22. vt patet ex Matt. 4. & 5. Alex. 6. Eugen. 4. Caliſt. 3. & Siſt 4. meritò nullum habere ius ſeu dominium in quacunque re, ſiue immobili ſiue mobili, & earum vſu, etiam quòd res ſint, quæ ipſo vſu conſumuntur, fratres Minores conuincuntur. Sed quemadmodum (vt lepidè annotauit Sot.) dum quis amicos conuiuio excipit, minimè eos eſculentorum, & poculentorum, quibus menſa extruitur, facit dominos, vt de eis ad libitum faciant; ſed tantùm vt ſedentes veſcantur illis: eodem pene modo Papa quotidiè

Sot. vbi ſup. nu. 7.

inuitat Minores fratres, quibus tantùm edendi ac bibendi, vestiendi, &c. facultatem facit, nullo apud fratres politico existéte dominio in rebus, nec in earum vsu.

Dominium, seu ius rerum, quibus fratres Minores vtuntur, ad quem spectet ex iure.

13 ET quoniam ex dictis liquet, nullam habere posse fratres proprietatem, seu ius in vlla re, dicente Regula (fratres nihil sibi approprient:) vnde est, vt incapaces sint omnis ciuilis iuris seu proprietatis cuiusque rei corporalis, tam immobilis, vt viridarii, domus, fundi, &c. ra, quàm mobilis, vt vestis, librorum, &c. quàm etiam incorporalis rei, vt putà iuris acquirendi, petendi, alienandi, &c. Quærendum ergò est, ad quem prædicta iura pertineant? Et insuper, an contractus, qui proprietatem important, vt est emere, vendere, mutuum cõtrahere, locare, commutare, impignorare, commodare, & donare fratribus censeantur interdicti? Ad primum ergò respondet Summus Pontifex in dicta Decretali, Exiit. §. Ad hæc, hisce verbis, (Cùm fratres ipsi nihil sibi in speciali acquirere, nec eorum Ordini, possint etiã in cõmuni; & cùm aliquid propter Deũ ipsis offertur, cõceditur *Vsus rerum, quibus vtuntur fratres ad quem spectet.*

vel donatur,ea offerentis, concedentis, vel donantis, (si secùs non exprimatur.) verisimile fuisse credatur intentio, vt rem huiusmodi perfectè offerat, concedat & donet, & à se abdicet, & in alios transferat propter Deum; nec persona sit aliqua, in qua loco Dei congruentiùs huius rei dominium trāsferatur, quàm Apostolica Sedes vel persona Romani Pontificis, Christi Vicarii, qui Pater est omnium, & fratrum Minorum nihilominùs specialis: ne talium rerum sub incerto videatur esse dominium, cùm patri filius suo modo, seruus domino, & monachus monasterio, res sibi donatas acquirant. Omnium vtensilum, & librorum, ac eorum mobilium præsentium & futurorum, quæ & quorum vsum facti Ordini, vel fratribus ipsis licet habere; proprietatem, & dominium: quod etiam fælicis recordationis Innoc. Papa quartus prædecessor noster fecisse dignoscitur, in nos, & Romanam Ecclesiam Apostolica auctoritate recipimus, & ad nos, & ipsam Ecclesiam plenè, & liberè pertinere, hac præsenti constitutione in perpetuum valitura, sancimus. Præterea, loca empta de eleemosynis diuersis: & oblata, seu concessa fratribus, à diuersis pro indiuiso possidentibus, seu certas partes in ipsis locis habentibus, è quibus nihil sibi in oblatione seu concessione huiusmodi

reſeruauerunt; ſimiliter, & in ius, & dominium, ac proprietatem noſtram, & Eccleſiæ prædictæ eadem auctoritate ſuſcipimus. Loca verò, ſeu domos pro habitatione fratrum à ſingulari perſona, vel collegio ipſis fratribus ex integro concedenda ſeu etiam offerenda; ſi talia de voluntate conferentis fratres inhabitare contigerit; perſeuerante tantùm voluntate concedentis inhabitent. Ac illa liberè (præter Eccleſiam, & oratoria ad Eccleſiam deſtinata, & cæmeterium, quæ tam præſentia, quàm futura in ius, & proprietatem noſtram, & prædictæ Rom. Eccleſiæ ſimili modo & auctoritate recipimus) mutata concedentis voluntate, ac ipſis fratribus patefacta, dimittant. In quorum locorum dominio ſeu proprietate, nihil nobis, vel præfatæ ROM. Eccleſiæ retinemus omnino, niſi ea ſpecialiter de noſtro, ſeu ipſius Rom. Eccleſiæ recipiantur aſſenſu. Et ſi in eiſdem locis reſeruauerit ſibi dominium in concedendo concedens propter inhabitationem fratrum; tale dominium in ius Eccleſiæ prędictæ non trãſeat, ſed potiùs plenè liberum remaneat concedenti) hæc ibi.

14 Ex quibus liquet tam mobilia, quorum vſus fratribus licitus eſt, quàm immobilia, vt putà domus, & horti ex eleemoſynis diuerſis empta, ſeu fratribus conceſſa à diuerſis pro indiuiſo poſ- *Eccleſia dominatur rebus quibus fratres vtuntur.*

ſidentibus, ſeu certas partes In ipſis habentibus ad ipſum Summum Pontificem, ſeu Rom. Eccleſiam pertinere, & eorum dominium, & proprietatem in eos tranſire: niſi dantes in dando, in ſupradictis dominium ſibi reſeruauerint. Loca verò, ſeu domus, quæ à ſingulari perſona, vel collegio ipſis fratribus cõceduntur, ad Romanum Pontificem (præter eccleſiam, & oratoria ad eccleſiam deſtinata, & cœmeterium,) ſeu Romanam Eccleſiam, niſi de eius aſſenſu fuerint recepta, non pertinent. Et ſi in eiſdem locis, eccleſiis, oratoriis, & cæmeteriis dominium ſibi in concedendo concedens reſeruauerit, etiam ſi ex Romani Pontificis, ſeu Sedis Apoſtolicæ conſenſu fuerint conceſſa, in ius Eccleſiæ tale dominium non tranſit ſed liberum manet concedenti.

14 Idemque de rebus incorporeis, vt putà iure acquirendi, petendi, alienandi, dicendum eſt. Hæc enim ad Romanam pertinent Eccleſiam; cuius gratia à D. Nicolao ad alienandum nomine Eccleſiæ, quæ æſtimato pretio aliquando vendi contingat; & à Mart. 4. ad alios actus alienationis, petitionis, tranſactionis, &c. exercendos, ſyndicus inſtitutus eſt: vt ſuprà in cap. 4. dictum eſt.

Extrauagans Io. 22. annullata.

15 Et licèt Ioan. 22. in Extrau. Ad conditorem canonum, ſolùm in Eccleſiæ dominium recipiat, Eccleſias fratrum, ora-

toria, officinas, habitationes, vasa, libros & vestimenta diuinis officiis dedicata, quæ obtinuerunt, vel in futurum obuenient: alia verò fratribus concessa, nolit vt in dominium trāseant Ecclesię. Tamen (vt aliàs diximus) standum est declarationi D. Nicolai 3. & Clementis V. in hoc art. tangente paupertatem. Quia declaratio prædictorum sæpiùs postea per successores Ioannis 22. prædicti, fuit confirmata, & approbata. Vt patet per constitutiones Martinianas cap. 1. & per bullam Martini V. quæ incipit. Peruigilis more pastoris: & per aliam, quæ incipit. Amabiles fructus. Et per Alexand. 6. Eugen. 4. Calist. 3. & Sistum 4. Quare de dicta Ioannis 22. extrauaganti, non est curandum; cùm ab aliis Summis Pontificibus ipsi succedentibus, fuerit annullata. Quorum determinationes non aduertedo Ioannes Maior, 4. d. 38. q. 12. dixit contra veritatem quòd fratres Minores habent dominium rerum vsu consumptibilium.

Mart. Alex. Eugen. Calist. Sist.

Quę in se Ecclesia non recipiat.

15 Liquet item, quòd denariorū, pecuniarum, armorum, equorū, instrumentorū bellicorū dominium, ad Romanā Ecclesiam non spectant. Ipsa enim non omnium rerū fratribus concessarū domi-

Ecclesia non recip. vsum eorū quæ fratribus non licent.

nium in se recipit, sed tantùmmodo earum, quarum vsus facti licitus est eis. Atqui pecuniarum, & equorum vsus ex secundo, & quarto Regulæ cap. fratribus prohibetur: arma verò, & bellica instrumenta satis ex vsu eorum illicita cunctis Religiosis regulariter esse probantur. Et faciunt ad hoc cap. Clerici. de vit. & hon. clericorum, &. c. audientiam. de sent. excom. Attamen pecuniaria legata, quæ fratribus fiunt, eorùmque dominium, Romana in se Ecclesia recipit; si fratres illis indiguerint, saltem quò ad auctoritatem illa dispensandi. Vt ex bulla Mart. quarti patet. Ex quò, nomine Ecclesiæ, & eius auctoritate syndicus Papæ, ea potest recipere, petere, & expendere in fratrum necessitates, vt suprà cap. 4. dictum est.

Ecclesia an recipiat dominium rerum pretiosarum.

17 Dominium verò rerum pretiosarum, curiosarum, superfluarùmque quibus fratres de facto vtuntur; num ad Romanam pertineat Ecclesiam, an ne? non est eadem omnium sententia: Speculator negat ad Ecclesiam pertinere: & ratio eius est, quæ suprà dicta est. Quia, s. Nicolaus 3. & alii Pontifices non recipiũt in dominiũ Ecclesiæ, nisi res, quarũ vsum facti, fratres licitè habere possunt: sed talium rerum vsum, licitè fratres nõ possunt habere; ergò earum dominium non pertinet ad Ecclesiam. Cordub verò hîc, q. 2. talium rerum dominium ad Ecclesiam

pertinere contendit. Et eius ratio est, quia talium rerum vsus licitus est fratribus ratione materiæ, quamuis fiat eis illicitus ratione circunstantiæ; qualitatis. s. & quantitatis, hoc est pretiositatis, curiositatis, & superfluitatis. Vult enim Cordubensis, dictum Nicolai prædicti, quòd tantùm. s. dominium rerum, quibus licitè vti possumus in se, & in Ecclesiam recipit, debere intelligi, ratione materiæ: hoc est, quòd ea in suum dominium non recipit, quæ ex materia ipsa fratribus probantur illicita, sicut vsus pecuniarum, armorum, & cætera. Quare generaliter concludit ipse, quòd dominium omnium rerum, quarum vsus Ordini nostro in sua materia aliquo modo licitus esse potest, ad Papam, & Ecclesiam Romanam pertinet; licèt respectu circunstantiarum, scilicet pretiositatis, curiositatis, &c., ipsis fratribus sit illicitus. Et è contrà dominium rerum, quarum vsus nullo modo ratione materiæ fratribus licitus esse potest; ad Papam, & Romanam Ecclesiam non pertinet. Et hæc sententia videtur esse probabilior. Quoniam si secùs esset, sequeretur, quòd omnes res quibus ex aliqua circunstantia illicitè vtimur, vt putà propria auctoritate, absque Prælati consensu, vel malo animo, seu fine, non pertinerent ad Papam; quod nullus sanè admitteret. Et insuper, quia licèt aliqua huic

loco ratione superfluitatis illicita cõuincantur; si per alia loca distribuantur, illicita non erunt, quia non erunt superflua; & sic dominium eorum erit Ecclesiæ. Quare sic semper videtur esse dicendum; quòd vbi vsus non est fratribus illicitus respectu materiæ, sed circunstãtiæ: harum rerum dominium ad Ecclesiam pertinet.

Cõtractus proprietatis sunt illiciti fratribus.

18 Ex dictis etiam colligi potest, quid de prædictis contractibus sit tenendum; Vbi enim omnis rei proprietas tollitur, omnis contractus proprietati obnoxius, remouetur. Si quidem, voto vno nihil habendi; omnia ipsi voto incompatibilia abdicantur, vt est posse habere aliquid. Et quoniam qui ius emendi habet, vendendi, mutuandi, permutandi, dandi, & huiusmodi, aliquid sibi acquirere, & alienare de iure potest, quod voto, nihil habendi, non consonat, sequitur ergo, quòd Ordo fratrum Minorum à iure omni vendendi, emendi, commutandi, & generaliter ab omni iure obligandi, quo cuiuslibet rei proprietas acquiri, vel alienari potest, penitus arcetur.

Num fratres possint emere?

Emere quomodo prohibeatur fratribus.

19 Singulariter verò dicimus Minores fratres propriè emere non posse. Nam ille propriè emere dicendus est, qu

ad pretium pro re empta dandum, ex ipso emptionis contractu obligatur. Hoc verò facere non potest, nisi qui dominium, aut ius in pecunia, seu pretio habere potest, quod fratribus est interdictum. Si autem emere largo accipitur modo, vt est, de re emenda pretio conuenire, & exclusa obligatione soluendi pretium, bona fide promittere, quòd pretium pro re empta procurabunt, hoc fratribus licere, omnes consentiunt. Ex natura enim rei, seu contractus, emptionis facto se obligant ementes venditori eo ipso, quo emunt, si rem venditam, obligatione non exclusa, recipiunt. Sicut enim conducens remanet operario ad soluendum obligatus, pro laboris mercede, ex ipso tantúmodo conductionis actu, nisi obligatio manifestè excludatur: sic vendenti emptor ex ipso emptionis, & venditionis contractu. Itaque fratres in emendo ita se gerere debent, vt scilicet soluendi obligationem excludant. Vel emptionem per pecuniæ depositarium faciant, proprio ipsius depositarij nomine. Vel aliquem Ordinis deuotum præsentent, qui proprio, non fratrum nomine, pro solutione facienda se obliget venditori. Et hic scire debet fratrum gratia, non auctoritate id facere: & prædictos fratres sibi, vel alijs nulla posse obligatione teneri. Nam, si fratrũ auctoritate talis emptio fieret: tũc ad sol-

uendum tenerentur, & contra professionem suam facerent, vt annotauit Hugo hîc.

Num fratres valeant vendere.

Vendere quomodo liceat fratribus.

20 VEndere item fratres non possunt, quia vendere idem est, quòd rem propriam in alienum dominium pro pretio trãsfundere, cuius rei fratres incapaces sunt. Ideò in dicta decretali, Exijt; §. Quia verò, dicitur, quòd si res vendenda pertinet ad Ecclesiam, tunc de licentia Prouincialium, vel Custodum, & aliorum fratrum, quibus ipsi prælati commiserint per syndicum nomine Ecclesiæ Romanæ vendi poterunt. Et si pretium pecuniarium est, non nisi per dictum syndicum, vel de eius auctoritate per alium recipi, & in fratrum necessitates expendi poterit. Quòd si pecuniarium non sit, sed res, qua fratres indigeant: bene fratres poterunt talem rem recipere per seipsos, ad vtendum ea. Res autem per syndicum vendenda, etsi per Nicol. tertium in dicta Decretali Exijt, non nisi mobilis esse possit, ex Martino tamen quarto, & Leone x. etiam immobilia ad Ecclesiam ipsam spectantia, per syndicum vendi poterunt. Quòd si res vendenda ad dominum ipsius rei, qui illam fratribus concessit, sibi dominium

reſeruando pertineat; tunc de voluntate, & auctoritate ipſius domini, & non aliter vendi poteſt. Ita quòd æſtimatio rei. & tranſlatio domini in ementem, & receptio pretij pecuniarij, eiuſque expenſio per ipſum rei vendendæ dominum, vel alios quoſlibet ab eo inſtitutos, fiat. Nec per alios à prædictis, licet vendere vel emere etiam cum licentia prælatorum: quia ſic eſſet per interpoſitam perſonam accipere, & dare pecuniam contra Regulam, & declarationes Pontificum. Nam qui per alium facit per ſe facit de reſtit. ſpoliat. capite, cùm veniſſet. Et quia emptio, & venditio, ſine pretio non procedunt, vt habetur. l. 2 ff. de empt. & vendit. & inſtit. eod. tit §. Item pretium, tales contractus ad veros dominos, & proprietarios ſolùm pertinent, vt dixit Aluar. in Seren. conſc. quæſtione 74. Immò nec vllo modo per fratres vendi res poſſet; etiam ſi ipſis fratribus ab ipſo rei domino ad id fuerit facta facultas: vt inquit ſpeculator, & communiter Doctores hìc. Eſſet enim hoc attenta eorum profeſſione inhoneſtum, & turpe; & ideò ab huiuſmodi actibus arcentur Et licèt Codub. hìc q. 3. dicat, quòd quamuis ſit purius, & honeſtius, quòd conuentio, & æſtimatio pretij rei vẽdendæ, eiuſq; traditio per ſyndicum D. Papæ aut per amicum ſpiritualem auctoritate Domini rei fiat, & non per fratres, non tā

Vendere quomodo licitum fratribus ſecundùm Cordub.

men dogmatizandum est, quòd sit necessarium. Quoniam nulla videtur esse ratio, qua id fratres facere non possint de licentia syndici Ecclesiæ Romanæ, vel Domini ipsius rei: cùm nec ex Regula, nec ex declarationibus Pontificum id videatur esse prohibitum, sed tantùm pecuniæ receptio, & expensio. Vnde si caueatur scandalum sine strepitu Iudiciali, & ciuili obligatione, & omni alia circunstantia vitiante actum, poterunt fratres, secundùm ipsum, personaliter talem rem vendere æstimando pretium, eámq; tradendo de auctoritate syndici, vel Domini ipsius rei. Attamen quia raró huiusmodi venditio fieri posset absque admiratione, & dedecore Ordinis, vel strepitu iudiciali & obligatione ciuili, & regulæ sunt dandæ, de his, quæ vt plurimùm, & non raró accidunt: meritó cum communi tenendum est, à prædictis actibus, fratres arceri. Immò si verum est, vt ipse Cordu. tenet c. 4. q. 1. quòd pecunia est, non solùm quod accipitur vt detur loco denariorum pro alia re assequenda; sed etiam quod accipitur vt vendatur, & eius pretium habeatur: erit hoc fratribus interdictum non tantùm propter dedecus Ordinis, sed etiam ex Regula ipsa, & declarationibus Pontificum sicut & quæcunque alia pecuniaria administratio. Nec vrget, quod ipse dicit hoc verum esse de re quæ à principio, eo animo petitur: vt venda-

Auctoris opinio.

tur; non autem de ea re, qua fratres vsi sunt, & ea ampliùs non indigentes, vendere volunt: quia hoc nulla ratione dicitur. Nam sicut res quæcunque, ea ratione pecunia dicitur, quia in pecuniam conuertitur; sic ista pecunia erit, dum in pecuniam commutatur. Nec per hoc fit, vt pecunia non sit, dum venditur; quia fratres ea vsi sunt, sicut nec quæuis res, qua dominus vsus est, dum venditur, pecunia esse desinit. Ideò simpliciter dicatur, quòd fratres ad id inhabiles sunt.

An liceat fratribus commutare?

11 NEc item fratribus Minoribus licet propria auctoritate rem aliquam, quam ad suum habent vsum, pro alia re commutare, distrahere, seu alienare: sed totum fieri debet auctoritate ipsius domini rei datæ, si fortè dominium sibi in re ipsa seruauit. Quoniam cùm fratres nullum ius, aut dominium habeant in tali re, non possunt de ea disponere, nisi de voluntate domini expressa, vel probabiliter præsumpta, quando expressa commodè haberi non valeat. Vt dicunt hîc 4. magistri, & Hugo, & Serc. conf. q. 78. Si verò res commutanda ad Ecclesiam pertinet: sufficit, quòd fiat de licentia Generalis Ministri, vel prouincialium, in suis administrationibus, modò, quòd sit res mobilis. Et hoc ex concessio-

Commutare non est licitum fratribus.

ne Papæ, vt patet ex dicta Decretali Exijt §. Quia verò. Et potest dicta commutatio fieri pro alijs eiusdem, vel diuersæ speciei quibuscunque rebus, quibus fratres licitè vti possunt, Itá tamen vt nulla interueniat consideratio pretij, hoc est vt detur pro pretio alterius rei: quia tunc verè esset venditio, & emptio quæ fratribus prohibetur. Et per syndicum, vel à domino rei substitutum, deberent expediri.

Cord.q.3. & 4. & in cap. 4. q. 16. Si verò res commutanda adhuc in fratrum vsu non fuerit; sed petitur, seu recipitur animo, & intentione eam commutandi extra ordinem pro alia re fratribus necessaria; tunc domini rei pro tali commutatione facienda, requiritur voluntas. Non enim prælatorum Ordinis sufficit: cùm in Ecclesiæ dominium, adhuc res non transierit. Nam Papalis constitutio, ea Ministris commutare posse concedit, quæ in fratrum vsu sunt, & ad aliorum dominium non spectant. Vt patet ex dicto cap. Exiit. §. Quia verò. Res autem, quæ commutanda requiritur, dominium domini rei spectat, nec in vsū fratrū trāsiuit: Ergò ex Papalis constitutionis indulto, cōmutari non potest; sed domini rei volūtas necessariò habēda est expressa, vbi haberi poterit: vel saltē probabiliter præsumpta, vbi haberi expressa commodè non poterit. Cùm fratres nullum in commutanda re, ex se ipsis ius

habeant. Immo hoc eis expreſsè prohiberi videtur, ex eodem cap. Exiit. Vbi nedum fratribus prohibetur, quid ad ſuperfluitatem, diuitias copiam, ſeu theſaurizationem accipere: verùmetiam nec animo diſtrahendi, ſeu vendendi acipere: commutare verò diſtrahere eſt. Dum ergo fratribus inhibetur, rem poſſe ſuſcipere animo diſtrahendi: clarum eſt eis eſſe interdictum, rem poſſe recipere animo commutandi eam. Niſi tu velis decretalem prædictam, de ſuperfluis habere ſermonem. Si autem res in Ordine, nec extra eum commutanda requiritur; de Miniſtrorum licentia ſaltem probabiliter præſumpta, poterit Guardianus, ſeu alius frater ſubditus de mandato Guardiani, aliquas res ſeu lanam, oleum, procurare, ad commutandum intra ordinem pro aliis neceſſariis rebus: quando aliàs commodè conuentus, & fratrum neceſſitatibus mendicando minimè prouidere potuerint. Et ratio eſt, quia cùm res ad vſum Ordinis recipiatur. Et qui eam dat, ſi secùs non exprimat, à ſe dominium abdicet: in dominium tranſit Sedis Apoſtolicæ, à qua Miniſtri habent facultatem commutandi res ad Sedem Apoſtolicam pertinentes. Et ſi in eadem Prouincia hæc fieret commutatio; non aliud cenſenda eſt, quàm quædam diſpoſitio vſus, harum, illarúmque rerum: has illi conuentui aſſi-

§ Adhac ver. Inſuper nec vtenſilia.

agendo, illam autem huic monasterio. Idémque dicendum est, si in diuersis Prouincijs ordinis fiat: cùm de licentia Generalis Ministri probabiliter, saltem præsumpta, fit. Eius enim est: prout fratrum necessitatibus viderit expedire aliqua procurari facere, vt commutentur intra ordinem. Vt sic vna prouincia carēs hac vel illa re; per eam quæ iis affluit, subleuetur; sicut illa, per istam, in rebus sibi necessariis. Distributio enim quædam hæc est à Generali facta, de rebus ad Ordinis necessitates subleuandas petitis: huic vel illi Prouinciæ (prout opportunum duxerit) assignando. Notanter dixi, (si secùs Dominus rei non exprimat.) Quia penitùs tunc in fratrum vtilitatem rem donasse censetur, & à se penitùs abdicasse dominium: Vt ex cap. Exiit, extat determinatum. Sed si exprimat in hoc tantùm loco velle rem concessam manere, & in horum fratrum necessitates absumi, absque ipsius dantis licentia, minimè posset commutari. Quia liberè rem haud donauit: sed sibi potiùs in re illa dominium, videtur seruasse, donec in illius Monasterii necessitates sit consumpta. Notanter etiam pluries repetij (pro necessitatibus fratrum) quoniam non nisi pro necessitatibus veris aliquid peti vel recipi potest; non autem ad superfluitatem: vt professio ipsa altissimæ paupertatis conuincit, & determinatur

expreſsè. in dicto. §. Ad hæc. Ver. Inſuper & vtenſilia.

An liceat fratribus impignorare?

22 IDem dicendum eſt, de impignoratione, quòd fratres Minores rem aliquam vt ſuam alteri obligare non poſſunt; cùm nullum ius in aliqua re habeant. Auctoritate verò domini rei, poterunt eam pro ſibi neceſſariis obligare, & tradere. Impignorare autem in propoſito eſt rem ſcilicet ad vſum fratrũ cõceſſam, pro magis neceſſariis rebus ad tempus alicui obligare, & tradere; vt quatuor Magiſtri. Hugo & Barth. Piſanus hic, & Seren. conſc. q. 79. dicunt. Idque intelligi debet, quando res non eſt impignoranda ciuiliter: quia tunc neque nomine proprio, neque nomine, & auctoritate domini impignorandæ rei, tanquam actores illius, id facere poſſent. Quia ſic haberent auctoritatem miniſterialem, contrahendo, ſeu obligando ſe, vel alium ciuiliter, ad tradendam rem: quorum actuum fratres non ſunt capaces, cùm actus proprietatis ſint. Ideò ſi talis res impignoranda, pertinet ad Eccleſiam; tunc eius ſyndicus poterit, non fratres, talem obligationem facere. Si verò pertinet ad dominum ipſius rei, tunc ipſe dominus, vel eius aliquis ſubſtitu-

Impignorare quare non liceat fratribus.

tus, modò non sit frater; idipsum facere poterit. Et fratres tantùm poterunt rem ipsam impignoratam tradere, & cōsignare, & non amplius. Quòd si talis res non est impignoranda ciuiliter, pro qua scilicet possit agi in iudicio: sed quòd tantùm fratres promittant bona fide tradere rem pro pignore; tunc bene poterunt fratres per seipsos de licentia Domini talis rei, eam impignorare, vel de licentia syndici, si res impignoranda pertinet ad Eclesiam. Et ratio est, quia nullus in hoc interuenit proprietatis actus, aut obligatio ciuilis, quorum fratres incapaces sunt. Et prædictorum voluntas rationabiliter præsumpta, quando expressè haberi non potest, sufficiet ad impignorandam absque vlla obligatione ciuili, vt est dictum. Et sicut nos non possumus ciuiliter res aliquas impignorare; sic nec & pignora pro rebus venditis ciuiliter recipere possumus. Sed eo modo, quo possumus dare seu alteri in pignus tradere: sic absque vlla ciuili nobis applicanda obligatione, recipere valemus. Quoniam omnis ciuilis iuris, vt sæpius dictum est, incapaces sumus.

Mutuare nullo modo fratribus licitum est.

An fratres poßint mutuare, vel mutuari?

23  Vtuare autem, seu mutuari (loquendo de vero mutuo) penitus

fratribus est interdictum, quia contractus proprietatis est. Mutuare enim propriè, est de meo tuũ facere, & mutuari de tuo, meum fieri. Et qui hoc modo mutuat, rem alteri appropriat, & illum ad restituendum sibi obligat. Et qui mutuatur, rem sibi appropriat mutuam; & ad faciendam solutionem, se astringit. Quorum omnium cùm penitùs fratres incapaces sint, meritò nec mutuare, nec mutuari propriè poterunt. Mutuari autem largo modo mutuo sumpto, rem scilicet ad simplicem vsum facti absque aliqua proprietate recipere, & seclusa omni restituendi obligatione politica, solùm promittẽdo fideliter laborare pro solutione facienda; licitum est fratribus, vt patet, ex dicto cap. Exiit. §. Ad hæc. Mutuare autem, omni obligatione politica sibi applicanda seclusa; poterunt fratres de licentia Domini cuius res est, & non aliter; cùm in re mutuanda nullum habeant ius in alios dominium transferendi. Et fortè ad hoc sufficiet licentia probabiliter præsumpta, dum commodè expressa nequeat haberi.

Num fratres possunt commodare, seu commodari?

Commodare quid sit, & an liceat fratribus.

24 INsuper quia commodare (quod est rem aliquam eandem numero restituendam alterius fidei ad vtendum ad tempus cōmittere; vt sunt vestes, libri, &c.) propriè obligationem ciuilem ex natura rei in commodatario ad restituendam rem commodatam, importat; meritò huiusmodi commodatarij fratres esse non possunt, cùm se ciuiliter nequeant obligare. Est enim commodare, rem aliquam alterius fidei ad vtendum ad tempus gratis concedere: eandem numero restituendam. Vt sunt vestes, libri &c. huiusmodi. cap. vnico, de commod. Commodatarij autem absque vlla obligatione ciuili, sed solùm bona fide promittentes bonam ipsius rei accommodatæ habere custodiam, eámque restituere: bene vtique (secundùm omnes hîc) esse possunt.

Aduertant tamen fratres, ne existiment in huiusmodi contractibus verbum, & actum inordinatum per intertionem, vel quandam verborum inuolutionem, quã homines, cum quibus agitur, non intelligunt; ad obligationis exclusionem sufficere. Refertur enim (vt ait Hugo (obligatio, ad simplicem distrahentis, mutuan-

tis, & accomodantis intentionem in re sua; cùm etiam sine verbis, eo ipso quo quis rem accipit, obligatur. Cùm ergo accomodatum, sicut & mutuum de sua natura obligationem importet: non video ad præsens quòd sola occulta intentio factum ordinatum excuset, sed realem obligationem arbitror excludendam. Hæc Hugo. sequitur Cordub. in hoc cap. quæst. 5 Et sicut fratres ciuiliter commodari non possunt, sic nec, & aliis cum obligatione politica de restituendo poterunt accommodare, quia vt pluries dictum est, nullum ad rem ciuiliter repetendam possunt habere ius. Infra ordinem verò benè possunt fratres sibi inuicem commodare, & inuicem accipere commodata, quia actus est charitatis, & est cauendum oppositum, vt annotarunt Hugo, & Pisanus hîc. cap. 6. super Regulam.

25 Id tamen quod suprà dixi, vbi ex natura rei, & ex ipso facto oritur obligatio, solam occultam intentionem ementis, mutuatarii, & commodatarii non sufficere ad excludendam obligationem, sed expresè in huiusmodi contractibus esse excludendâm: intelligendum esse puto, quando huiusmodi contractus cum his aguntur, qui nostræ professionis ignari sunt. Nam cùm ipsi ignorant, nos ciuiliter obligari non posse, dum obligationem prædictam expresè non

Nota valdè.

Obligatio ciuilis nullo modo licet fratribus.

men dogmatizandum est, quòd sit necessarium. Quoniam nulla videtur esse ratio, qua id fratres facere non possint de licentia syndici Ecclesiæ Romanæ, vel Domini ipsius rei: cùm nec ex Regula, nec ex declarationibus Pontificum id videatur esse prohibitum, sed tantùm pecuniæ receptio, & expensio. Vnde si caueatur scandalum sine strepitu Iudiciali, & ciuili obligatione, & omni alia circunstantia vitiante actum, poterunt fratres, secundùm ipsum, personaliter talem rem vendere æstimando pretium, eámq; tradendo de auctoritate syndici, vel Domini ipsius rei. Attamen quia rarò huiusmodi venditio fieri posset absque admiratione, & dedecore Ordinis, vel strepitu iudiciali & obligatione ciuili, & regulæ sunt dandæ, de his, quæ vt plurimùm, & non rarò accidunt: meritò cum communi tenendum est, à prædictis actibus, fratres arceri. Immò si verum est, vt ipse Cordu. tenet c. 4. q. 1. quòd pecunia est, non solùm quod accipitur vt detur loco denariorum pro alia re assequenda; sed etiam quod accipitur vt vendatur, & eius pretium habeatur: erit hoc fratribus interdictum non tantùm propter dedecus Ordinis, sed etiam ex Regula ipsa, & declarationibus Pontificum sicut & quæcunque alia pecuniaria administratio. Nec vrget, quod ipse dicit hoc verum esse de re quæ à principio, eo animo petitur: vt venda-

Auctoris opinio.

tur; non autem de ea re, qua fratres vsi sunt, & ea ampliùs non indigentes, vendere volunt: quia hoc nulla ratione dicitur. Nam sicut res quæcunque, ea ratione pecunia dicitur, quia in pecuniam conuertitur; sic ista pecunia erit, dum in pecuniam commutatur. Nec per hoc fit, vt pecunia non sit, dum venditur; quia fratres ea vsi sunt, sicut nec quæuis res, qua dominus vsus est, dum venditur, pecunia esse desinit. Ideò simpliciter dicatur, quòd fratres ad id inhabiles sunt.

An liceat fratribus commutare?

21 NEc item fratribus Minoribus licet propria auctoritate rem aliquam, quam ad suum habent vsum, pro alia re commutare, distrahere, seu alienare: sed totum fieri debet auctoritate ipsius domini rei datæ, si fortè dominium sibi in re ipsa seruauit. Quoniam cùm fratres nullum ius, aut dominium habeant in tali re, non possunt de ea disponere, nisi de voluntate domini expressa, vel probabiliter præsumpta, quando expressa commodè haberi non valeat. Vt dicunt hîc 4. magistri, & Hugo, & Serc. conf. q. 78. Si verò res commutanda ad Ecclesiam pertinet: sufficit, quòd fiat de licentia Generalis Ministri, vel prouincialium, in suis administrationibus, modò, quòd sit res mobilis. Et hoc ex concessio-

Commutare non est licitum fratribus.

ne Papæ, vt patet ex dicta Decretali Exijt §. Quia verò. Et potest dicta commutatio fieri pro alijs eiusdem, vel diuersæ speciei quibuscunque rebus, quibus fratres licitè vti possunt, Itá tamen vt nulla interueniat consideratio pretij, hoc est vt detur pro pretio alterius rei: quia tunc veré esset venditio, & emptio quæ fratribus prohibetur. Et per syndicum, vel à domino rei substitutum, deberent expediri.

Cord. q. 3. & 4. & in cap. 4. q. 16.

Si verò res commutanda adhuc in fratrum vsu non fuerit; sed petitur, seu recipitur animo, & intentione eam commutandi extra ordinem pro alia re fratribus necessaria; tunc domini rei pro tali commutatione facienda, requiritur voluntas. Non enim prælatorum Ordinis sufficit: cùm in Ecclesiæ dominium, adhuc res non transierit. Nam Papalis constitutio, ea Ministris commutare posse concedit, quæ in fratrum vsu sunt, & ad aliorum dominium non spectant. Vt patet ex dicto cap. Exiit. §. Quia verò. Res autem, quæ commutanda requiritur, dominium domini rei spectat, nec in vsũ fratrũ trãsiuit: Ergò ex Papalis constitutionis indulto, cõmutari non potest; sed domini rei volũtas necessariò habẽda est expressa, vbi haberi poterit: vel saltẽ probabiliter præsumpta, vbi haberi expressa commodè non poterit. Cùm fratres nullum in commutanda re, ex se ipsis ius

habeant. Immo hoc eis expreſsè prohiberi videtur, ex eodem cap. Exiit. Vbi nedum fratribus prohibetur, quid ad ſuperfluitatem, diuitias copiam, ſeu theſaurizationem accipere: verùmetiam nec animo diſtrahendi, ſeu vendendi acipere: commutare verò diſtrahere eſt. Dum ergo fratribus inhibetur, rem poſſe ſuſcipere animo diſtrahendi: clarum eſt eis eſſe interdictum, rem poſſe recipere animo commutandi eam. Niſi tu velis decretalem prædictam, de ſuperfluis habere ſermonem. Si autem res in Ordine, nec extra eum commutanda requiritur; de Miniſtrorum licentia ſaltem probabiliter præſumpta, poterit Guardianus, ſeu alius frater ſubditus de mandato Guardiani, aliquas res ſeu lanam, oleum, procurare, ad commutandum intra ordinem pro aliis neceſſariis rebus: quando aliàs commodè conuentus, & fratrum neceſſitatibus mendicando minimè prouidere potuerint. Et ratio eſt, quia cùm res ad vſum Ordinis recipiatur. Et qui eam dat, ſi secùs non exprimat, à ſe dominium abdicet: in dominium tranſit Sedis Apoſtolicæ, à qua Miniſtri habent facultatem commutandi res ad Sedem Apoſtolicam pertinentes. Et ſi in eadem Prouincia hæc fieret commutatio; non aliud cenſenda eſt, quàm quædam diſpoſitio vſus, harum, illarúmque rerum: has illi conuentui aſſi-

§ *Adhuc ver. Inſuper nec vtenſilia.*

agendo, illam autem huic monasterio. Idémque dicendum est, si in diuersis Prouincijs ordinis fiat: cùm de licentia Generalis Ministri probabiliter, saltem præsumpta, fit. Eius enim est: prout fratrum necessitatibus viderit expedire aliqua procurari facere, vt commutentur intra ordinem. Vt sic vna prouincia carés hac vel illa re; per eam, quæ iis affluit, subleuetur; sicut illa, per istam, in rebus sibi necessariis. Distributio enim quædam hæc est à Generali facta, de rebus ad Ordinis necessitates subleuandas petitis: huic vel illi Prouinciæ (prout opportunum duxerit) assignando. Notanter dixi, (si secùs Dominus rei non exprimat.) Quia penitùs tunc in fratrum vtilitatem rem donasse censetur, & à se penitùs abdicasse dominium: Vt ex cap. Exiit, extat determinatum. Sed si exprimat in hoc tantùm loco velle rem concessam manere, & in horum fratrum necessitates absumi, absque ipsius dantis licentia, minimè posset commutari. Quia liberè rem haud donauit: sed sibi potiùs in re illa dominium, videtur seruasse, donec in illius Monasterii necessitates sit consumpta. Notanter etiam pluries repetij (pro necessitatibus fratrum) quoniam non nisi pro necessitatibus veris aliquid peti vel recipi potest; non autem ad superfluitatem: vt professio ipsa altissimæ paupertatis conuincit, & determinatur

expressè.in dicto.§. Ad hæc.Ver. Insuper & vtensilia.

An liceat fratribus impignorare?

22 IDem dicendum est, de impignoratione, quòd fratres Minores rem aliquam vt suam alteri obligare non possunt; cùm nullum ius in aliqua re habeant. Auctoritate verò domini rei, poterunt eam pro sibi necessariis obligare, & tradere. Impignorare autem in proposito est rem scilicet ad vsum fratrũ cõcessam, pro magis necessariis rebus ad tempus alicui obligare, & tradere; vt quatuor Magistri. Hugo & Barth. Pisanus hîc, & Seren. consc. q. 79. dicunt. Idque intelligi debet, quando res non est impignoranda ciuiliter: quia tunc neque nomine proprio, neque nomine, & auctoritate domini impignorandæ rei, tanquam actores illius, id facere possent. Quia sic haberent auctoritatem ministerialem, contrahendo, seu obligando se, vel alium ciuiliter, ad tradendam rem: quorum actuum fratres non sunt capaces, cùm actus proprietatis sint. Ideò si talis res impignoranda, pertinet ad Ecclesiam; tunc eius syndicus poterit, non fratres, talem obligationem facere. Si verò pertinet ad dominum ipsius rei, tunc ipse dominus, vel eius aliquis substitu-

Impignorare quære non liceat fratribus.

tus, modò non sit frater; idipsum facere poterit. Et fratres tantùm poterunt rem ipsam impignoratam tradere, & cōsignare, & non amplius. Quòd si talis res non est impignoranda ciuiliter, pro qua scilicet possit agi in iudicio: sed quòd tantùm fratres promittant bona fide tradere rem pro pignore; tunc bene poterunt fratres per seipsos de licentia Domini talis rei, eam impignorare, vel de licentia syndici, si res impignoranda pertinet ad Ecclesiam. Et ratio est, quia nullus in hoc interuenit proprietatis actus, aut obligatio ciuilis, quorum fratres incapaces sunt. Et prædictorum voluntas rationabiliter præsumpta, quando expresse haberi non potest, sufficiet ad impignorandam absque vlla obligatione ciuili, vt est dictum. Et sicut nos non possumus ciuiliter res aliquas impignorare; sic nec & pignora pro rebus venditis ciuiliter recipere possumus. Sed eo modo, quo possumus dare seu alteri in pignus tradere: sic absque vlla ciuili nobis applicanda obligatione, recipere valemus. Quoniam omnis ciuilis iuris, vt sæpius dictum est, incapaces sumus.

Mutuare nullo modo fratribus licitum est.

An fratres poßint mutuare, vel mutuari?

23  Vtuare autem, seu mutuari (loquendo de vero mutuo) penitus

fratribus est interdictum, quia contractus proprietatis est. Mutuare enim propriè, est de meo tuũ facere, & mutuari de tuo, meum fieri. Et qui hoc modo mutuat, rem alteri appropriat, & illum ad restituendum sibi obligat. Et qui mutuatur, rem sibi appropriat mutuam; & ad faciendam solutionem, se astringit. Quorum omnium cùm penitùs fratres incapaces sint, meritò nec mutuare, nec mutuari propriè poterunt. Mutuari autem largo modo mutuo sumpto, rem scilicet ad simplicem vsum facti absque aliqua proprietate recipere, & seclusa omni restituendi obligatione politica, solùm promittẽdo fideliter laborare pro solutione facienda; licitum est fratribus, vt patet, ex dicto cap. Exiit. §. Ad hæc. Mutuare autem, omni obligatione politica sibi applicanda seclusa; poterunt fratres de licentia Domini cuius res est, & non aliter; cùm in re mutuanda nullum habeant ius in alios dominium transferendi. Et fortè ad hoc sufficiet licentia probabiliter præsumpta, dum commodè expressa nequeat haberi.

Num fratres possunt commodare, seu commodari?

Commodare quid sit, & an liceat fratribus.

24 INsuper quia commodare (quod est rem aliquam eandem numero restituendam alterius fidei ad vtendum ad tempus cōmittere; vt sunt vestes, libri, &c.) propriè obligationem ciuilem ex natura rei in commodatario ad restituendam rem commodatam, importat; meritò huiusmodi commodatarij fratres esse non possunt, cùm se ciuiliter nequeant obligare. Est enim commodare, rem aliquam alrerius fidei ad vtendum ad tempus gratis concedere: eandem numero restituendam. Vt sunt vestes, libri &c. huiusmodi. cap. vnico, de commod. Commodatarij autem absque vlla obligatione ciuili, sed solùm bona fide promittentes bonam ipsius rei accommodatæ habere custodiam, eámque restituere: bene vtique (secundùm omnes hîc) esse possunt.

Aduertant tamen fratres, ne existiment in huiusmodi contractibus verbum, & actum inordinatum per intertionem, vel quandam verborum inuolutionem, quã homines, cum quibus agitur, non intelligunt; ad obligationis exclusionem sufficere. Refertur enim (vt ait Hugo (obligatio, ad simplicem distrahentis, mutuan-

tis, & accomodantis intentionem in re sua; cùm etiam sine verbis, eo ipso quo quis rem accipit, obligatur. Cùm ergo accomodatum, sicut & mutuum de sua natura obligationem importet: non video ad præsens quòd sola occulta intentio factum ordinatum excuset, sed realem obligationem arbitror excludendam. Hæc Hugo. sequitur Cordub. in hoc cap. quæst. 5 Et sicut fratres ciuiliter commodari non possunt, sic nec, & aliis cum obligatione politica de restituendo poterunt accommodare, quia vt pluries dictum est, nullum ad rem ciuiliter repetendam possunt habere ius. Infra ordinem verò benè possunt fratres sibi inuicem commodare, & inuicem accipere commodata, quia actus est charitatis, & est cauendum oppositum, vt annotarunt Hugo, & Pisanus hîc. cap. 6. super Regulam.

25 Id tamen quod suprà dixi, vbi ex natura rei, & ex ipso facto oritur obligatio, solam occultam intentionem ementis, mutuatarii, & commodatarii non sufficere ad excludendam obligationem, sed expresse in huiusmodi contractibus esse excludendam: intelligendum esse puto, quando huiusmodi contractus cum his aguntur, qui nostræ professionis ignari sunt. Nam cùm ipsi ignorant, nos ciuiliter obligari non posse, dum obligationem prædictam expresse non

Nota valdè. Obligatio ciuilis nullo modo licet fratribus.

excludimus, non erimus (ex sola intentione nos non obligandi) à culpa fraudulentæ obligationis immunes, Quia sola intentio non potest actum illicitum, seu ex sua natura obligatorium, licitum, & non obligatorium facere. At si cum his tractantur, qui nostrum institutum & professionem bene cgnoscunt: non est cur huiusmodi obligationis exclusio expressè fieri necessariò debeat, cùm illi calleant fratres ex sua professione ciuiliter se obligare non posse. Quare instruendi aliqui sunt nostræ Religionis deuoti, nullatenus posse fratres ex quacumque causa ciuiliter se obligare; vt postmodùm in nostris necessitatibus ad hos tuta conscientia recurrere valeamus, vt annotauit Hugo in 4. capitulo. Illis verbis, [Sunt etiam multiplicandi, & cum magna vbique diligentia prouidendi amici spirituales; ad quos de incõpossibili fratribus obligatione instructos secura conscientia recurratur. Nota tamen quòd neque nos aliis, neque alii nobis ciuiliter pro aliqua re temporali obligari possint: nam ciuilis obligatio hæc duo necessariò dicit; nempè quòd vnus teneatur ciuiliter ad id, ad quod se alicui obligauit; & alius prædictã habeat obligationem, seu ius aduersus illũ: quorum actuũ fratres incapaces sunt: Attamen largo modo de obligatione loquendo, prout pro quadam æquitate, seu naturali obligatione

tione sumitur, bene poterunt alii ipsis fratribus obligari, & ipsi fratres aliis.

An liceat fratribus aliquid intra, vel extra ordinem donare, vel donata recipere.

26 Donare autem fratres non posse ex eo constat; quoniam donare actus proprietatis est; nec aliquis donare verè potest, qui in alium dominium transferre non valet, Atqui fratres omnis dominii, & politici iuris incapaces sunt, ideò secundùm omnes Regulæ expositores, intra vel extra ordinem aliquid donare non possunt, nisi de licentia habita, vel probabiliter præsumpta, vbi expressa commodè haberi non potest, dominorum rei donandæ. Vnde scias (ad huius rei tam necessariæ euidentiam) quòd petere, vel recipere aliquid animo, & intentione alicui alteri extra ordinem donandi; actus proprietatis est, si propria auctoritate absque licentia ipsius dantis donetur Quia cùm res hæc ad Ecclesiam non pertineat, & per consequens eius dispensationis auctoritas ad prælatum non spectet, necessariò ipsius dantis licentia ad donandum requiritur Prælatus enim in his tantùm dispansandi habet facultatem, quæ in Ecclesiæ dominium transierunt:

cuiuſmodi minimè ſunt, quæ petuntur & recipiuntur, vt extra Ordinem donentur. Quòd ſi intra Ordinem alicui, cuius cura, ad eum non ſpectat donare propria auctoritate voluerit; proprietarius vtique erit. Nullus enim frater abſque licentia eius, ad quem diſpenſandi facultas ſpectat, (cuiuſmodi in hoc caſu dominus rei, & prælatus amborum eſſe poterit, cuius eſt, res indifferenter oblatas intra Ordinem diſpenſare,) aliquid donare poterit, quin actum proprietatis incurat. Idémque dicendum eſt, ſi res donanda extra ordinem ad vſum aliquando fuerit fratrum, ſi dominus in ipſa re dominium ſibi reſeruauerit. Tunc enim abſque ipſius Domini licentia expreſſa, vel ſaltem (quando expreſſa haberi non poteſt) probabiliter præſumpta, dari nequaquam poterit; quin actus proprietatis incurratur. Et idem eſſe exiſtimabis, ſi intra Ordinem ſit donanda; quando alicui fratri, vel loco determinatè ſit conceſſa. In his enim caſibus ipſius rei domini neceſſariò auctoritas ad donandum, requiritur. Nec prælatorum ſufficit, cùm in Eccleſiæ dominium, (illud ſibi domino reſeruante) non tranſierit. De rebus verò ad Eccleſiam pertinentibus, extat determinatio in dicta Decretali Exiit. §. cæterùm. Dicitur enim ibi. (De vilibus autem mobilibus

vel parum valentibus, liceat ex præſenti noſtra conſtitutione fratribus, pietatis ſeu deuotionis intuitu, vel pro alia honeſta, & rationabili cauſa, obtenta ſuper hoc priùs ſuorum ſuperiorum licentia: iuxta quod inter fratres in Generali ſeu in prouincialibus Capitulis tam de ipſis rebus vilibus, ſeu parum valentibus, & earum valore, quàm præfata licentia, ſcilicet à quibus, & qualiter ſit habenda, extiterit ordinatum intra, & extra Ordinem, aliis elargiri,) Ex quibus verbis patet quòd quatuor requiruntur conditiones, vt tuta conſcientia fratres donare poſſint. Vna eſt, vt res donanda ſit vilis, & parui valoris; ſecundùm quod Capitulum Genenerale, vel prouinciale de huiuſmodi vilitate & exiguo valore determinauerit. Quod ex conceſſione Leonis X. extra prædicta Capitula; Generales, Prouinciales, Cuſtodes, eorùmque commiſſarii arbitrari poterunt. Secunda eſt, quòd de prædictorum Superiorum licentia talis donatio fiat. Ex quo infertur, quòd Guardiani ex vi ſui officii præfatam impartiri licentiam non poſſunt, niſi eis à prædictis Prælatis, vel à conſuetudine fuerit conceſſum. Sicut hodie eo ipſo, quo Guardiani inſtituuntur; conceſſum eis eſſe videtur. Sine præfata verò licentia, licèt valeant fratres ad inuicem res aliquas, vt libros,

Conditiones requiſitæ vt fratres poſſint donare.

Prima cõditio.

Secunda conditio licentia prælati.

vestes, sudariola, &c. inter se ipsos accommodare; rem tamen aliquam donare, aut recipere inter se inuicem non possunt, vt aiunt communiter Doctores hîc. Quia licèt res communes sint ad vsum; dispositio tamen huius vsus pertinet ad prælatos; vt eorum auctoritate vnicuique prout opus fuerit, dispensetur. Vt hîc annotauit Hugo, & Auctor conformitatum, in Serena conscientia quæst. 81. Quod sub Apostolis pro illa multitudine videtur fuisse seruatum. Licèt enim omnia illis essent communia, non tamen pro voluntate ea sibi quisque vendicabat, quæ voluisset, sed à sanctis Apostolis diuidebantur, prout cuique opus erat.

V. Licentia generalis pro dandis minimis.

Pro minimis verò, & sæpe necessariis secundùm Hugo. & Pisanum hîc, vt pro penna, acu, filo, & huiusmodi: licentiam sufficit generalem habere. Et videtur licentia interpretatiua esse sufficiens; hoc est, quando prælati id sciunt, & libenter permittunt. Si autem de contraria voluntate præsumeretur, scilicet, quòd ipsi prelati, si id permittunt, indignè tamen tolerãt ad euitandam subditorum proteruiam, & non prohibent. ne aliud sequatur maius malum: tunc talis tolerãtia non est pro licentia censenda; neque subditi, si id scirent, & darent, ab omni culpa excusarentur. Ex quo patet, quòd res alicui à fratribus intra, vel extra Ordinem donata, (dummodò de prædictis

minimis non ſit)abſque prædictorum ſuperiorum licentia; reſtitutioni eſt obnoxia quoùſque prelatus in detentione conſentiat, quandoquidem non aliter, quàm ex licentia prælati rem poſſe donari Papa concedit. Ignorantia tamen probabili durante, poſſet à culpa excuſari. Tertia eſt quòd res donanda ſit res mobilis; quare rem immobilem, vt putà de horto, vel domo, nec palmum fratres donare poterunt. Et ſi de facto dederint, actum proprietarium exercuerunt, & donatio ipſa eſt nulla; cùm nullum ad hoc ius habeant: ſed ſolùm per ſyndicum Eccleſiæ, ſi id fratribus iudicauerit expedire, fieri poteſt. Quarta eſt, quòd res donanda nullatenus ſit pecunia, quia cùm pecuniæ vſus nobis ex Regula ſit interdictus, nec Papa illam in ſuum dominium recipiat, ſed ſemper donec expendatur, ipſius dantis ſit, non niſi per ipſum dantem, vel de eius auctoritate donari poterit. Quare nec Generalis, nec totus Ordo vnum quidem denarium donare poſſet amore Dei, propria auctoritate: cùm nullum, (vt dictum eſt) in pecunia ius habeant. Nec ipſius domini auctoritate id facere poſſent: cùm fratres (vt ſuprà in quarto capite dictum eſt) adminiſtratores ſeu pecuniarum diſpenſatores loco domini eſſe non poſſint. Nec de tali pecunia fratres aliquid emere

Tertia cõditio.

Res mobiles poſſunt dari.

Quarta conditio, pecunia nullo modo poteſt dari.

possunt ad aliis dandum, quorum cura ad eos non spectat: cùm tantùm pro ipsorum propriis aut sibi commissorum necessitatibus, (vt dicto quarto capite est dictum) ad requirendam, seu expendendam pecuniam fratribus ex Regula facultas fiat.

Dubium difficile.

Pars legati à fratribus non potest dari hæredi.

27 Et ex hoc patet responsio ad id, quod dubitari solet: Num poterunt fratres, si eis putà centum fuerint legata, mortuo ipso testatore, ad hæredum preces aliquam dicti pecuniarii legati eis partem dimitere; Dico quòd non; quia cùm domini talis legati non sint: non possunt aliquid de eo dare, vel remittere. Sed si quæras, num syndicus Papæ id facere possit? Dico, quòd Salmanticæ, ad hoc dubium negatiuè fuit responsum, quòd scilicet non possint. Quia licèt in bulla syndicatus contineatur quòd syndicus potestatem habeat remittendi, refutandi, &c. hoc tamen intelligitur, quando id in fratrum vtilitatem fit: putà quia sequeretur litigium, vel solutio multùm differretur. Quare, vbi fratrum vtilitas hoc exigit, talem poterit syndicus remissionem facere non secùs. Vbi tamen scandalum oriretur, quia forte non crederent hæredes, quòd talem remissionem facere non possumus, sed quòd potiùs talia fingimus ob auaritiam; licitè possent fratres, immò deberent rogare syndicum, vt aliqualem dicti legati remissionem faceret. Quia vtilius

in hoc prouidetur fratribus, cauendo scandalum; quàm si cum scandalo totum legatum consequerentur. Quòd si syndicus talem remissionem facere nollet, & scandalum immineret; melius esset fratribus omnino ab illo cauere legato, quàm cum scandalo recipere.

Num fratres valeant recipere?

Recip quom era liceat odo fra- tribus.

28 Recipere verò nullus frater potest sine suorum prælatorum licentia etiam à quocunque potente donare. Ratione enim voti paupertatis (vt ait Gerson) nihil subditus etiam in vsu, sine licentia prælati expressa, vel saltem probabiliter præsumpta, quando commodè expressa haberi non potest; retinere valet. Quod Hugo, & Auctor conformitatum, in serena conscientia, vt suprà diximus nu. 26. annotarunt. Idque patet ex dicta Decretali, Exiit. §. Insuper, nec vtensilia. Vbi dicitur, quód disponere de vsu rerum, ad solos Ministros, & Custodes pertinet. Ex quibus verbis, licèt appareat, quòd Guardiani (qui alii per ipsum Nicolaum in dicta Decretali, à Ministris, & Custodibus censentur) ex sui Guardinatus officio, licentiare fratres subditos non possint, ad retinendum vsum rerum particularium ad tempus; præter id, quod requiritur ad vsum Regularem victus, & ve-

ſtitus: & ſic nec ad habendum vſum plurium tunicarum præter id, quod ex Regula conceditur. Tamen ex conſuetudine videtur id eis eſſe conceſſum, ſaltem in caſu manifeſtæ & vrgentis neceſſitatis. Vt dictum eſt ſuprà capite ſecundo num.100. Et licèt aliquis frater poteſtatem habeat ad donandum aliquid fratribus: ille tamen frater, cui res donanda eſt, non poteſt illam accipere abſque prælatorum licentia; niſi fuerit ſpecificata prælato perſona fratris, cui donanda eſt res. Sicut frater non poteſt à ſæculari potenti donare, aliquid recipere. Vnde generaliter dic, quòd licèt quis habeat licentiam à ſuo prælato generalem ad aliquid dandum, non tamen eo ipſo quilibet alius frater habet facultatem recipiendi oblatum abſque ſui prælati licentia. Scias autem, quòd licèt illi prælati, qui ad donandum licentiare poſſunt, ad recipiendum etiam poſſint facere facultatem: vt patet ex dicta Decretali, Exiit. Vult tamen Nicolaus, vt prædicta ſic faciant; vt in eis, & eorum actibus paupertas ſancta reluceat; prout eis in eorum Regula videtur indicta: habita conſideratione ad qualitatem perſonarum, ad tẽporum varietatem, locorum conditionem, & alias circunſtantias prout plus, vel minùs, ac aliter prouideri requirant. Ideò ſi aliter attentarent concedere, nihil (vt ait Speculator)

Prælatus qui licentiat dare, licentiat recipere.

eorum concessio, seu dispositio valeret: cùm contra facultatem eis à Summo Pontifice factam, disponat.

Quæ conditiones requirantur, vt vsus rerum concessarum sit licitus.

29 Conditiones autem, quæ vsum rerum concessarum licitum reddũt, eæ sunt. Vt vsus, paupertatem non excedat: & quòd talis vsus sit reuocabilis, & determinatus. Reuocabilis, inquam, quia voluntas subditi Religiosi debet semper prælatorum suorum voluntati esse subiecta: vt quandocunque ipsi prælati mandauerint rem concessam resignet. Ideò, inquit Ioannes Pirrinus in tractatu de dispensatione fratrum Minorum, conclusione 2. corol. 2. Vsus securus, & certus, qui per prælatum reuocari non possit; cuicunque Religioso concedi non valet, & multò minùs fratri Minori; quia in tali vsu esset ius, & proprietas contra votum paupertatis. Determinatus insuper, quia res vtibilis debet determinari pro hoc, vel illo licito, & honesto exercitio; seu aliqua necessitate, statui, officio, seu personæ, cui fit concessio expedienti, & non generaliter. Quare concedere alicui fratri, quòd sibi vsum quarumcunque rerum acquirere possit; & ad libitum de eis, prout voluerit, & prout

Vsus rerum quibus conditionibus sit licitus.

ſibi bene viſum fuerit, diſponere, illicitum comprobatur. Tum, quia eſſet occaſio propinqua, multarum tranſgreſſionùm: & maximè proprietatis intrinſecæ; licèt ore tenus diceret frater, ſe ſemper fore paratum ad reſignandum omnia manibus prælatorum. Tum etiam quia in fratre ſic diſpenſato vix deeſſe poſſet peccatum auaritiæ, & viſcoſitatis, & occaſio theſaurizationis, & proprietatis; vt dictum eſt. Et ideò talis facultas indeterminata pro neceſſitatibus in generali, non poteſt licitè concedi: ſed debet determinari cauſa, ſeu neceſſitas particularis. Et prælatus qui ſic generaliter diſpenſaret, eſſet infidelis, & iniuſtus; abutens poteſtate ei tradita in ædificatione, in deſtructionem. Et multò minùs poteſt concedi quò ad con quirendam pecuniam; quoniam, vt dici Aluarus in Sere. conſc. quæſtione dec maquinta, peccant mortaliter prælat & præuaricatores Regulæ ſunt, & occa ſio peccati mortalis ſubditorum; ſi ali ter, quàm per Nicolaum III. eſt de terminatum, facultatem faciunt ſubdi tis, ad aliquam pecuniam procurandam Et ſicut ipſi prælati, abſque manifeſta ne ceſſitate imminente, pecuniam (vt dictun eſt) pro ſe, & ſuis ſubditis procurare no poſſunt; multò minùs ad id poterunt al cui fratri facultatem facere; quin eis co ſtet de ſpeciali ipſius neceſſitate. Et ſup

hoc videri poterit Syluest. titul. Religio 8. §. quinto, & titul. Abbas quæstione 3. Talibus enim conditionibus qualificata concessione: licitus erit fratribus, vsus rerum sibi concessarum.

30 Nec obstat, quòd in Serc. conscientia dicitur, q. 2. quòd B. Pater Franciscus nolebat aliquam rem, nisi breuiaria ad vsum specialem alicuius fratris haberi; quod & Bartho. Pisanus hîc confirmat. Quoniam hoc est consilium, non obligatorium ex Regula. Et vsus particularis rerum, vt inquit Ioannes Pirinus, dummodò paupertatem non excedat, reuocabilis simul, & determinatus sit; licitus fratribus comprobatur ex dicta Decretali, Exijt. §. Insuper & vtensilia. *Vsus rerũ debet esse reuocabilis, & determinatus.*

Quomodo peccatur in dando, & recipiendo:

31 ET pro clariori simplicium intelligentia dicimus, quòd qui absque licentia suorum prælatorum, ad suum vsum aliquam rem recipit, vel alteri dat; peccabit aliquando mortaliter, aliquando venialiter, aliquãdo nullũ peccatũ admittet. Qui enim aliquam rem, eiusdéq; vsum sibi retinere, vel alteri donare prælato renitente, & contradicente, voluerit; mortaliter vtique peccabit: & contra votum obedientiæ, dum suo superiori non *Dare, & recipere quale sit peccatum.*

vult obedire; & contra votum paupertatis de non habendo proprium, dum sibi propria auctoritate aliquam rem habere vult, vel alteri donare. Nisi paruitas materiæ excuset à mortali.

Proprietas multipliciter potest incurri.

32 Si verò id facit, prælato nesciente, & per consequens expresſè, nec consentiente, nec contradicente; & tali animo, & intentione rem sibi à quocúnque accipit, etiam à communitate, & ad vsum suum detinet, vel donat, vt prælatus omnino id nesciat ne ab eo impediri possit; mortaliter vtique peccabit, crimine proprietatis: dum sibi, vel alteri aliquam rem habere vult, asque voluntate sui superioris, quam suæ putat esse contrariam. Similiter proprietatis crimen incurrent, qui tales res abscondunt, & furtiuè eas retinent; ne videantur, & capiantur à suis superioribus. Similiter, etiam qui furtiuè quod alterius fratris deputatum est vsui, contra eius voluntatem, & sui superioris surripit: fur vtique, & proprietarius conuincitur. Vt bene hîc Hugo annotauit.

Dans non concedente, sed cognoscente prælato, quãdo non est securus

33 Si autem rem recipit, & tenet, vel alteri dat agnoscente prælato, non tamen concedente, nec tamen contradicente, sed tantùm tolerante, aut dissimulante, propter cauendum aliquod malum, seu turbationem fratrum; hic quidem sine merito obedientiæ est: sed fortè non peccabit, nisi venialiter tantùm:

Peccaret autem mortaliter si de contraria prælati voluntate præsumens; rem sibi, vel alteri contra dicti prælati præsumptam voluntatem, habere vellet.

34 Quòd si prælatus scit, & videt, & liberè asque vllo turbationis, seu alterius mali timore tacet, non contradicens; tunc consentire videtur. Et tunc subditus de beneplacito prælati probabiliter præsumens, nullum incurret peccatum, cùm sibi, vel alteri aliquam rem vult habere.

Num fratres poßint habere priuilegia?

35 ET quoniam ex dictis liquet, quòd fratres ad eorum vsum habere licitè non possunt, nisi quæ eorum statui conueniunt, & paupertati non derogant: priuilegia ergò ad litigandum, vel ad aliquod ius pro rebus temporalibus habendum, penitùs fratribus illicita, & ex Regula prohibita cõuincuntur. Vt habetur in expositione Patrum Ordinis, capite sexto. Et asserit Aluarus in Sere. consc. quæstione decimaquarta & communiter Doctores hîc. Quoniam fratres, vt dictum est, cuiusque dominij, iuris, vel actionis pro bonis temporalibus, incapaces sunt. Priuilegia autem pro exemptione à iurisdi-

Priuilegia non semper sunt licita fratribus.

ctione, & subiectione ordinariorum, & alijs exemptionibus: nullo videntur iure nobis esse prohibita, neque contr nostram esse professionem. Et ratio huius est, quia dispositio subiectionum, & iurisdictionum de lege humana positiua est: & Summus Pontifex potest i1 hoc disponere, vt vult, vt isti scilicet, vc illi, his, vel illis subijciantur. Cùm ergò fratres, neque ex Regula, neque e3 alio iure diuino, vel naturali, istis, vc illis ordinarijs, magis quàm alij Ecclesiastici, aut Religiosi, teneantur esse subiecti; poterunt meritò per priuilegia, licitè ab horum, vel illorum ordinariorum eximi subiectione, sicut & alij Religiosi. Nec tale ius priuilegij repugnat paupertati nostræ, cùm ad bona temporalia assequenda non sit. Verùm quia nostra professio in magna humilitate fundatur; nisi causa rationabilis ad talem exemptionem assequendam appareat, & verè adsit: dissona vtique, & minùs licita nomini, & professioni Minorum fratrum, talis exemptio censebitur. Debent enim fratres Minores, tanquam Euangelici viri omni humanæ creaturæ esse subiecti; & maximè prælatis, propter Deũ. Quare licèt ex Regula, talia non videantur nobis priuilegia esse interdicta, nec alio aliquo iure: vbi tamen aliquod adesset scandalum, illicitum fortè esset huiusmodi habere priuilegia. Priui-

regia verò respectu bonorum spiritualium, vt sunt indulgentiæ, seu concessiones pro absolutionibus à peccatis, censuris, & alis spiritualibus actibus, licitè vtique haberi, & impetrari poterunt ab eis, quibus secundùm statuta Religionis conuenit impetrare, vt hîc bene annotauit Cordub. q. 8.

Fratres nec vsum rei sibi appropriare possunt.

36 ET sicut cuiusque rei corporalis, seu incorporalis proprietas, omnis-ve contractus proprietatem importans, fratribus omnibus prohibetur: sic etiam appropriatio in vsu rei, illicitus ipsis probatur ex Regula, dum fratribus inhibet, nil sibi posse appropriare. Quare nullus sibi frater vsum rei sic vendicare debet; vt per hoc voluntariæ superioris dispositioni, vel fraternæ, vt charitas exigit, communicationi præiudicet. Sed pendere semper debet à voluntate prælati, vt liberum illi sit, quandocunque voluerit, rem ad vsum sibi concessam iterum repetere. Et attendere debet, quòd maior est fructus charitatis in cõmunicatione rerũ; quàm cupiditatis in appropriatione. Quare libros, vel alia ad vsum propriũ cõcessa; nisi tunc forte, vel statim illis fratres vsuri necessariò sint, alijs requisi-

Proprietas etiam in vsu illicita est fratribus.

Proprietas prouinciarum pestifera.

ti denegare non debent. Et super omnia caueant, ne aliquando Religionem pestis illa ingrediatur; vt specialia loca, seu custodias, aut prouincias sibi fratres vsurpent: vt vix extra ea ferri patiantur, nec alios ad ipsa venire sustineant. Hæc enim pestis charitatem fraternam expellit, & fratres prouinciarum, suos, appropriato nomine appellat; alios verò, extraneos reputat, & hospites. Sed vna omnium nostrorum obendientia, sub vno capite; vnum ex omnibus nobis collegium facit, & fratres constituit omnes. Sed appropriatio non patitur vnitatem; suos curat, alios expellit, & fugat: ideò tanquam lethali pesti ostium ei occludendum est, ne aliquando (quod absit) Ordinem ingrediatur. Vbi enim hæc pestis præualet, multa zelo patriæ in præiudicium charitatis, communitatis, pacis, & puritatis contingunt. Libertas item, & disciplina Ordinis impeditur: vt vix extra patriam quis sine graui scandalo, & confusione possit transmitti. At secundùm Regulã viuentes, se vbique preregrinos; sicut eos Regula vocat, & aduenas esse in hoc sæculo considerantes; cœlestem sibi patriam, non terrenam vendicare contendunt: hîc tanquam in aliena terra, humiliter conuersantes. Nam licèt domorum, & aliarum rerum vsus nobis licitus sit: tamen tam domorum, quàm rerũ om-

nium & ipsarum vsus, nobis appropriatio vitiosa est, & ex Regula prohibita.

37 Tu tamen caue ne fortè aliquando putes, quòd fratres in locis Ordinis sibi ex obedientia deputatis, commorantes, eorum sibi approprient vsum, contra præceptum Regulæ de nihil sibi appropriando, ac per hoc debeant semper ire de domo in domum nunquam stabilem mansionem, vt peregrini habentes. Quia ille sibi vsum appropriat, qui non ex prælati obedientia, sed contra eius voluntatem, vult vsum sibi habere. Sed S. Franciscus nos peregrinos appellando, instruere nos voluit, vt domos in quib⁹ habitamus, nec vt proprias diligamus, sed velut peregrini, qui nec propriã habent domũ, nec vt propriã amãt, solũ ad necessitatẽ vtamur rebus, vt alienis sicut verè aliorum non nostræ sunt, vt nec in rebus, nec in ipsarum rerum vsu proprietatem nobis vendicemus. Et vt clariùs innotescat quot modis proprietarius sit frater censendus, pro simplicium vtilitate hîc subnectitur.

Peregrini cur appellemur.

Qui verè actus proprietatis censeri poterunt.

38 PRimus, qui rem aliquam accipit, vel donat contra voluntatem expressam, vel probabilem sui superioris.

Secundus, qui contra talem prælati voluntatem, rem communem aliis fra-

Actus proprietatis qui, & quot, & quales sint.

tribus, in vſum ſibi ſpecialem aſſumit: ceu ſunt libri, veſtes, &c. vel alteri concedit.

Tertius, qui tempore infirmitatis, aut ſanitatis abſcondit clauem aliquam, vel res aliquas, ne prælatus aliquid ex eis tollat, & provt vult de eis diſponat.

Quartus, ſi prælato aliquid de rebus ad vſum alicuius particularem conceſſis tollente, & de eo ad libitum diſponente, contra eum frater turbatur, & obmurmurat. Hic peſſimus ſecundùm Sanct. Bernardinum proprietarius cenſendus eſt, ſi conſtans in propoſito, & voluntate permaneat, rem illam ſibi habendi contra prælati voluntatem, cùm ſolus prælatus poſſit de rebus loci diſponere, provt iudicauerit expedire.

Quintus, claues quorumcunque ſcriniorum, vel repoſitariorum vbi res ad communitatis neceſſitatem ſeruantur, ſecum extra Monaſterium deferre, & nolle prælato aſſignare, ne eis fratres vti poſſint cùm expedierit, vel prælatus poſſit de eis diſponere, cùm voluerit.

Sextus ſcienter, & in fraudem prælatorum cellam occludere, è Monaſterio recedendo ad aliquod tempus, ita vt aperiri non poſſit, ne prælatus de ea ad libitum diſponat.

Septimus, cum libros, vel res quaſcuque quibus frater non vtitur, nec neceſſarias ſibi nunc, vel infra aliquod te-

poris interstitium habet, ab aliis requisitus noluerit ad tempus concedere: hoc enim sibi vsum appropriare est. Nisi ad hoc Facultatem à suo habuerit superiori; Vel ex rationali causa eas denegauerit; vt putà, quia petens dilapidator est rerum sibi præstitarum.

Octauus, si quis corã superioribus suis de re aliqua cum aliquo fratre contendit, contra voluntatem ipsorum prælatorum. Quia cùm nec in re, nec in eius vsu aliquod habeat ius, eam suorum prælatorum dispositioni, & voluntati debet relinquere.

Nonus, qui frater propria voluntate, & importunitate contra agnitam sui superioris voluntatem in loco, vel cella aliqua vellet commorari. Et qui item vt in particulari loco permaneat; obedientiam ei præstitam ad alium locum habitandum, procurat ad preces quorumcunque, reuocari. Hic vtique proprietarius est loci; si ibi contra sui superioris voluntatem cognitam, permanere vult intuitu ipsius loci, putà quia alibi stare non vult.

Decimus, rem ad vsum particularem concessam, in alium sine debita licentia saltem probabiliter præsumpta, sed propria auctoritate commutare aut distrahere; & panem eleemosynarium, vinum, oleum, & huiusmodi in aliud propria auctoritate conuertere.

Vndecimus, vendere, seu vendi facere ligna syluæ, seu fructus, vel olera hortorum fratrum ipsorum nomine, & auctoritate; quia solùm ad nudum vsum, non ad dominium; hæc habere possumus.

Duodecimus, domos donatas, vel ad petitionẽ fratrum emptas, in quibus ipsi ordinariè non commorantur: proprio nomine, & auctoritate alteri locare.

Decimus tertius, res oblatas velle vi sibi acquirere, vel defendere: aut suo nomine, vel auctoritate exigere, vel exigi facere.

Decimusquartus, contractum quemcunque, seu pactum, cum obligatione ciuili cum alio contrahere. Siquidem voto vno, abdicantur omnia illi voto, incompossibilia: argumento cap. Cùm quid. de reg. iur. in 6. Atqui fratres ex promissa Regula incapaces sunt omnis iuris aliquid habendi: ergò nec ius emendi, vendendi, permutandi, dandi ac habendi habere possunt. Nam aliquod ius habere incompossibile est voto, nihil habendi proprij.

Decimusquintus, res quascùnque, præcipiente prælato in visitationibus vel extrà, omnia ad vsum fratrum concessa sibi ostendi, & præsentari; fraudulenter abscondere, & celare, ne ab eis tollantur.

Decimussextus, quodcunque temporale: pro labore in ordine, vel extra ordinem ex pacto præcedenti in iudicio, vel

extrà exigere, vel propria auctoritate recipere; vel pro quacúmque re temporali, in iudicio propria auctoritate, & nomine contendere.

Decimusseptimus, de damno in horto, vel alibi nobis facto, proprio nomine, & auctoritate, satisfactionem requirere, & repetere; vel requiri, & repeti facere.

Decimusoctauus, eleemosynas pecuniarias contra sui superioris voluntatem, deponi facere, vel expendi.

Decimusnonus, promissionem alicui facere, seu se alicui obligare ad aliquid faciendum: vel votum aliquod emittere, licèt de contraria sui superioris voluntate præsumat, actus proprietatis sunt, propriæ voluntatis. Sicut firmare propositum non obediendi superioribus, licèt contra votum paupertatis non sint. Et ad prædictos poterunt alij particulares casus reduci, qui in sanct. Bernardino poterunt videri, in fine tractatus de obedientia fratrum Minorum.

Qui vsus rerum fratrum sit licitus.

39 NEc putandum est, quòd vsus quarumcúnque, & quantarumcúnque rerum, ex Regul. fratribus conceditur; sed tantùm necessarium. Nam vt ex Decretali Exiit liquidò patet, omnis superfluitas fratribus interdi-

Vsus tantũ necessariorum licitus est fratribus.

tur in numero, in magnitudine, in sumptu, in decore. In numero; duo superfluunt, si vnum sufficit: In magnitudine magnum superfluit, si sufficit paruum: In sumptu, sumptuosum, si satis est vile. In decore, speciosum, si sufficit despicabile. Et, vt inquit Sanct. Bonauentura hîc; oportet quòd omnia, quæ in vsum fratrum, qui altissimæ paupertatis professores sunt, aliquando veniunt, habeant (prout est possibile) paupertatem, vilitatem, & asperitatem; quæ diuitum affluentiæ decori, & molliciei opponuntur. Et hoc satis probatur ex eo, quòd Sanct. Franc. voluit, vt fratres sui tanquam aduenæ, & peregrini Domino famulantes, suam babeant degere vitam ex eleemosynis mendicatis; sic enim ait.

Tex. *SEd tanquam aduenę, & peregrini in hoc sęculo, in paupertate, & humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemosyna confidenter.*

Mendici esse debent fratres.

40 ET quid monstruosius esse potest, quàm ex mendicitate viuere, & abundare velle? Altissimæ paupertatis professores velle haberi; & nullis necessariis rebus amore Christi, velle carere? Fædum enim, & profanum mendacium est, iuxta S Bonauent. paupertatis se professorem asserere, & rerum penu-

S. Bonau.

riam pati nolle. Interiùs, diuitum instar velle affluere; & exteriùs, more pauperis mendicare. Qualis ergò vſus nobis licitus probetur, ſatis ex Nicol. III. in dicta decretali Exiit, apparet. Vbi multis in locis, ait quòd Regula nunquam concedit, niſi neceſſarium rerum determinatarum vſum (ſemper ſit, inquit, quò ad dominium omnimoda abdicatio; & in vſu neceſſitas.) Satis item apparet ex verbis Regulæ prædictis, quòd nihil fixum, & ſtabile vnde viuant, fratres habere poſſunt; cùm tanquam peregrini, & aduenæ Domino famulari debeant. Nec abundantem, ſed pauperem rerum vſum habere poſſunt, cum tales pauperes, ex Regula eſſe debeant, quòd etiam ſint mendici. Aliàs nec ſummus Pontifex ferret, quòd ſub bulla ſua, hæc fratrum Minorum paupertas, prædicaretur altiſſima. Nam ſine vſu ſtricto rerum, (vt inquiunt quatuor Magiſtri, & cæteri expoſitores omnes hîc, & Vbertinus in Serena conſcientia. q. 9.) hæc commendatio falſa, & friuola appareret. Pro cuius veritatis maiori elucidatione: Videndum eſt primò, num fratres Minores reditus habere poſſint?

Num fratres reditus, seu possessiones licitè habere poßint?

Reditus, & possessiones illicitæ sūt fratrib.

41 Sciendum est, quòd licèt Mart. V. concesserit fratribus Minoribus, quòd per procuratoré Romanę Ecclesiæ licitè habere possint reditus, possessiones, vineas, & cætera id genus: vt patet per priuilegium. Ad statum Ordinis fratrum Minorum conseruandum, &c.

Sixt. IV. Quod & Sixt. IV. confirmauit per priuilegium. Dum fructus vberes. Nos tamen qui priuilegiis Regulam Relaxantibus renunciauimus, ipsam regulam in sua puritate, sicut à Papa Honorio fuit confirmata profitendo; Ex vi voti nostræ paupertatis, nec reditus, nec possessiones aliquas; ceu vineas ad colligendum vinum; agros ad habendum triticum; oliuas ad oleum assequendum, &c. habere possumus: licèt horum proprietas, non fratribus, sed dominis rerum sit reseruata vel ipsius sit Ecclesiæ Romanæ Et hoc expresse determinatur in dict. Decretali Exiit §. Ad hæc quia fratribus. Et huius ratio est; quia in prædictis omnibus aliquā thesaurizatio, & prouisio in futurum annexa est, quæ omnia nostro statui repugnant. Thesaurizatio enim & prouisio in futurum interdicta nobis, nedum ex Clement. Exiui. §.

Rur-

Rurſus: ſed ex ipſa Regula ſunt: dum nos tanquam pereregrinos, & aduenas, in hoc ſæculo eſſe vult. Peregrini enim nihil vbi peregrinantur, fixum, ſeu ſtabile habent. Nec Theſaurizationem, ſed tantùm neceſſaria curant, Sic ipſi, peregrinos cùm nos eſſe agnoſcamus, à noſtra vera patria in-præſentiarum diſtantes: neceſſariis tantùm contenti, ad eam toto affectu anhelare debemus. Et tanquam aduenæ, terram iſtam, quam incolimus, non naturalem nobis, ſed extraneam eſſe cognoſcentes; nihil temporale cum mundo hoc, velle debemus: Nihílque fixum, vel immobile poſſidentes ad eam, quæ ſurſum eſt Ieruſalem, ſuſpirantes; nec propriam alicubi habitationem habentes: pro prælatorum arbitrio quò iuſſerint transferamur. *Peregrini, & aduenæ dicimur.*

42 Quòd autem reditus formales, & propriè dictos (quod eſt ius, ſeu actio ad aliquid annuatim percipiendum) fratres nullo modo habere valeant: expreſſe declaratum habetur, in dicta Clementina Exiui. Ait enim ibi Clemens V (Cúmque annui reditus, inter immobilia cenſeantur à iure, ac huiuſmodi reditus obtinere, paupertati, & mendicitati repugnet: nulla dubitatio eſt, quòd fratribus prædictis, reditus quoſcúnque ſicut & poſſeſſiones vel eorum etiam vſum (cùm eis non reperiatur conceſſus) recipere, vel habere, eorum conditio- *Reditus formaliter & propriè quid ſint.*

ne confiderata, non licet.) Ex quibus verbis conftat, quòd nedum reditus, nec poffeffiones aliquas, fed nec horum vfum (licèt proprietas fit penes alios) fratres habere poffunt : nifi tantùm hortorum pro neceffariis hortalitiis, & ad eorum recreationem. Et domorum item, ad inhabitandum; dummodò fint competentes, & paupertatem noftram non excedant, vt in eadem Clem. apparet §. licèt verò.

Vfus hortorum, & domorum licitus eft.

43 Virtuales autem reditus, feu poffeffiones habere, quod idem eft, quòd vfum habere eorum, quæ ad horum fpeciem, & naturam appropinquant; omnino fratribus interdicitur: ex Decretali Exiit. §. Ad hæc, & Clementina Exiui. §. licèt verò. Quare horum vfum habere (licèt fit abfque vllo iure) quia virtuales eft reditus, & poffeffiones retinere: nobis inhibitum probatur. Ideò fi quis ordinauerit reditum perpetuum, quo in aliqua ciuitate, feu loco fuftentarentur fratres; hæredes in hoc grauando, vt quotannis neceffaria fratribus fubminiftrent. Vel fi reliquerit aliqua, territoria, vel vineas, de quorum fructibus per culturam, & induftriam, vel eorumdem fructuum pretio, fratrum neceffitatibus, per hæredes, fingulis annis prouideretur hæc penitùs fratribus interdicta probantur. Quia hæc habere, eft habere vfum redituum feu habentium fpe-

tiem, & naturam redituum, seu possessionum; vt ex dicta Clementina probatur, §. licet verò, quæ fratribus denegantur. Et hoc rationabiliter, quia vt dicitur in cap. Religionum. De Religiosis domib. in 6. Incerta debet esse mendicitas, quæ victum præbeat Religiosis Mendicantibus. Adeò vt, dum quandoque ex misericordia alicuius, horum subleuatur necessitas, quandoque verò negligitur; incertum mendicantium sit suffragium. Meritò ergò nobis altissimæ paupertatis professoribus, fixum, & stabile quid, ad vitæ necessaria recipere, tanquam illicitũ prohibetur, ceu sunt redditus, & possessiones, siue reales, siue virtuales illæ sint.

Mendicitas incerta.

44 Et nomine possessionum, non tantùm agri, vineæ, viridaria, & domus, sed omnia quæ successiuè fructificant, intelliguntur, vt armenta ouium, vaccarum, iumentorum, &c. vt habetur in tractatu decem plagarum plaga. 6. Vnde nec vaccas, nec oues, nec iumenta, nec sues, nec apes, nec columbas, nec gallinas, & cętera huius generis, fratres habere possunt. Siue ipsi hæc habeant, siue alii pro ipsis ad eorum subleuandas necessitates. Gallinas tamen aliquas nutrire, ad habenda pro infirmis oua recentia nostræ paupertati nõ videtur derogare. Dummodò moderata sit prouisio, hoc est, quód non ad supefluitatem, sed tantùm ad necessitatem fiat. Et ad tem-

Possessionis nomen ad quæ se extendit.

Gallinas licet nutrire ad tempus ad oua recentia habenda pro infirmis.

pus, durante scilicet legitima necessitate, quæ tunc legitima censebitur cùm commodè per mendicationem haberi non poterunt. Et quòd scandalum caueatur, vt dicetur in hoc eod. cap nu. 79.

Eleemosyna ciuiliter debita est illicita.

45 Et ex his liquet, non posse fratres pro suis necessitatibus petere, aut recipere eleemosynas frumenti, vini, olei, vestimentorum, & huiusmodi, & multò minùs pecuniarias; quas aliqui particulares seu confraternitates, aut communitates, & hospitalia tenentur quotannis facere ipsis fratribus, ita vt ciuiliter ad id cogi possint. Quoniam tales eleemosynæ naturam sapiunt redituum, & habent obligationem ciuilem annexam; quorum fratres incapaces sunt. Quare huiusmodi certam petere aut recipere eleemosynam ciuiliter debitam; fratres nullatenus poterunt, Quòd si fratres expressè protestentur purè eleemosynaliter absque vllo iure prædictam petere seu recipere eleemosynam; licitè poterunt illam habere: Cùm nullum in ea ius habeant, vt vult Cordub. super hoc capite, quæst. 10. artic. 4. Quod ego puto verum, si vltra protestationem prædictam, renuntiationis interuenerit actus, per publicum notarium alium-ve legitimum ministrum confectus: per quem fratres omni iuri super dictis legatis, seu eleemosynis eis quotannis dandis, renuntiant tanquam horum incapaces ex regulari pro-

fessione & declarationibus summorum Pontificum. Ac per hoc. qui fuerant grauati eleemosynas prædictas quotannis soluere :. liberi & absoluti ab hoc onere reddantur Nec vllo modo ciuiliter ad id compelli possint, sed in eorum sit arbitrio & libertate, eas dare fratribus merè eleemosynaliter & non dare; prout eis libuerit. Et insuper, quòd legata prædicta, in parua & non in magna sint quantitate relicta, vt per hoc mendicitas tollatur: sed tantùm quòd in aliquo subleuetur paupertas. Nam tunc recipi non possent, cùm status noster mendicitatem habeat annexam, vt ex ipsa Regula patet (sed tanquam aduenæ & peregrini in hoc sæculo, in paupertate, & humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemosyna confidenter.) & etiam ex declarationibus Nicol. I I I. & Clem. V. etiam pluries annotauit Barthol. in Minor. In primo, & secundo libro. & omnes Regulæ expositores super hoc 6. cap.

46 Si verò, aliquæ nobis singulis annis eleemosynæ à particularibus personis, confraternitatibus seu communitatibus &c. liberaliter donentur : vt purà vinum, vel oleum, vel pitantiæ, has posse fratres petere, vel recipere, nullo videtur iure esse prohibitum. Dummodò tam excessiuæ non sint, vt ipsa mendicitas pereat, sed quòd tantummodò

Eleemosyna quæ quotannis est licita.

Not.

in aliquo ſubleuetur. quoniam huiuſcemodi eleemoſynæ, certæ ciuiliter non ſunt, nec penitùs ſtabiles; cùm prædictorum voluntates poſſint in contrarium mutari. Et licèt prædictas eleemoſynas aſſequi poſſe ſperetur, dum eleemoſynaliter petuntur; illicitum nobis non probatur ab eo eleemoſynam mendicare, qui præ cæteris probabilius creditur daturus, ob deuotionem ad ordinem, vel aliam quamcunque legitimam cauſam; modò abſque obligatione ciuili id ſit.

NVm fratres poßint inſtitui hæredes .. &c.

47 VLtimarum item voluntatum non poſſe fratres hæredes inſtitui; omnes Reg. expoſitores perſuaſum habent. Nam licèt Sixtus Quartus in dicto priuilegio. Ad ſtatum Ordinis fratrum Minorum &c. hoc fratribus Minoribus conceſſiſſet; id tamen poſtmodùm reuocando per priuilegium Licèt nos dudum, de ſolis conuentualibus intelligendum fore declarauit. Quare qui Regulam Minoritanam ſecundùm ſuam puritatem profitentur, nullatenus inſtitui, vel eſſe poſſunt hæredes, aut ſucceſſores defunctorum: nec iure directo, nec iure fideicommiſſi. Idque expreſſè determinatur in dicta Clementina Exiui .§. quia igi-

Fratres nullo modo poſſunt inſtitui hæredes.

tur. Et eſt ratio : quia hæreditas eſt ſucceſſio iuris, ſeu iuridica, in bona defuncti, vt leg. Nihil, de verb. ſignif. Itaque non ſolùm vſus rerum, ſed dominium earumdem, ſuo tempore in hæredes tranſit. Atqui fratres incapaces ſunt, cuiuſcunque ciuilis iuris, vt nec ſibi ipſis in ſpeciali, nec Ordini in communi quicquam acquirere valeant; meritò nullatenus hæredes inſtitui poſſunt. Sed ſi de facto inſtituuntur; hæreditas pertinet ad cohæredem, vel ſubſtitutum, ſi habet; vel ad veniẽtes ab inteſtato. Vt iure cauetur C. de hæredibus inſtituendis l. prima & C. de caduc. toll. l. prima. §. 1.

48 De hæreditatibus autem, iure fidei commiſſi relictis, putà, quando alter inſtituitur hæres, ita tamen, vt hæreditaria bona transferat in ipſos fratres: idem per omnia dicendum eſt, quòd harum ſcilicet hæreditatum fratres incapaces ſunt. Quoniam natura huius ſucceſſionis eſt, vt ſe extendat ad omnia iura, & ad omnia mobilia, & immobilia, eſtque vniuerſalis ſucceſſio, & talis ſucceſſor eſt hæres cum effectu, vt ff. quòd cum eo, l. filius. Quæ omnia ſtatui noſtrò repugnant expreſſè. Et hoc determinatur per dictam Clementinam Exiui. Vbi dicitur. (Fratres ſucceſſionum, quæ ex natura ſui indifferenter ad pecuniam & etiam ad alia mobilia, & immobilia ſe extendunt; conſiderata ſui puritate voti, nullatenus

Fratres iure fidei cõmiſſi, hæredes eſſe non poſſunt ff. ad Trebell l. 1, & l, fin

ſunt capaces.] Sed quando alicui hereditas iure fidei commiſſi reſtituitur, ſucceſſio huiuſmodi eſt, vt iura prædicta probant, & habetur ff. ad Trebellianum, ergò talium ſucceſſionum fratres incapaces ſunt Et cum his omnibus concordant omnes expoſitores hîc. & Bartholus in Minorica. lib. 1. d. 1. cap. 2. & d. 2. cap. 1.

l. Reſtitutio. § fin.

Aeſtimatio hæreditatis non eſt licita fratribus.

49 Aſſerit tamen ipſe Eodem lib. 1. d. 2. cap. 2. harum hæreditatum æſtimationem ab adeuntibus hæreditatem ipſis fratribus inſtitutis deberi. Quoniam in iure cauetur, quòd quando quis non poteſt capere rem ſibi relictam propter qualitatem perſonæ ſuæ abſque ſuo delicto; tunc tenetur hæres ad æſtimationem. Vt de legatis primò l. apud Iulium. §. finali, cum lege ſequenti, & ibi notatis, de legatis 3 l. fidei-commiſſum. §. ſi ſeruo. Et ſic eſt in propoſito. Et idem dicendum eſſe putat, quando fratres inſtituerentur hæredes cũ clauſula; quòd ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, & omni modo quo valere poteſt. Tunc enim ille, ad quem deuoluitur hæreditas, tenebitur ad æſtimationem: quoniam prædicta verba hoc important de iure, vt inſtitutione irrita, videantur rogati per-fidei commiſſum hi, ad quos hæreditas deuenerit, reſtituere inſtitutis. Vt l. Eam, quam. C. de fidei commiſſis, & lege, Ex teſtamento, & ibi

notatis, &. ff. de vulgari, & pupillari substitutione. l. cohæredit. §. cùm filiæ. Quod tamen ipse limitat, & vult debere intelligi; vbi valor hæreditatum talium non sit tantus, nec tanta earum pars, quòd præsumi possit in fraudem esse paupertatis: hoc est, quòd quantitas non sit tanta, quòd magis Thesaurizationem, quàm pro imminentibus necessitatibus prouisionem sapiat. Nec dum asserit, teneri eum, ad quem hæreditas deuoluitur ad æstimationem fratribus institutis; per hoc aliquod vult ius fratribus esse acquisitum, cùm omnis iuris ex voto, & professione sua, sint incapaces: sed syndico potiùs Romanæ Ecclesiæ, vel Episcopis. Ego verò, saluo omni meliori iudicio, huiusmodi æstimationem fratribus non deberi, nec per eos vt debitam posse recipi, existimo: per illam vocem, (Nullatenus) quæ in dicto. §. Igitur, prædictæ Clementinæ Exiui, est apposita. Si enim vniuersalium successionum nullo modo fratres capaces ex dicto § declarantur; ergò nec æstimationis earumdem capaces esse poterunt. Nam vnus modus percipiendi successionem, est, eius æstimationem recipere; argumento legis, si domus. § confitetur. ff. de legatis primò, & l. non dubium. §. fin. de legatis 3. Quod idem Dominus Bartholus annotauit, dum de lega-

Quãtitas sit parua.

Auctoris sententia contra Barth.

Bartho. lib. 2. d. 2. cap. 2.

tis factis fratribus Minoribus in eadem Minorica differit. Quòd si fratres talium hæreditatum æstimationem recipere non possunt, quoniam nullatenus earum capaces sunt: nec ergò ad eam dandam tenebuntur hæredes; vel ij, ad quos hæreditas deuenerit.

Num poßint fratres institui hæredes cum causa apposita; quòd pro eorum necesßitatibus vendatur?

Pretium hæreditatis non potest acceptari à fratribus.

50 SEd si Minores fratres instituantur hæredes, apposita causa expressa, quòd scilicet dicta hæreditas vendatur, & in necessitates ipsorum fratrum conuertatur. Vult idem Barthol. libro primo, d. 5. capite 2. quòd talis dispositio defuncti, licèt non teneat quò ad institutionem hæredum, & habeatur pro non scripta, cùm talium institutionum fratres penitùs incapaces sint; tenet tamen, & validum est testamentum, quò ad causam piam ibi appositam, vt. s. vendatur, & conuertatur in necessitates fratrum. Nec obstat, quòd non subest persona, in qua ius, & nomen hæredis cadat, cùm persona (vt diximus) ipsorum fratrum subducatur, & pro non scripta habeatur. Vnde testamentum videtur non valere, & pro non scripto esse. Sicut quando instituitur hæres ille, qui iam est mortuus.

lege prima de caducis tollendis. l. & l. Nemo de regul. iur.

Quoniam in pijs causis, sufficit, quòd hæreditas ad piam causam relinquatur: vtputà pro redemptione captiuorum, pro Ecclesijs construendis, pro alimentis pauperum, & similibus, vt C. de Episcopis, & clericis.l. Si quis ad declinandam. Constat autem quòd fratres Minores pauperes in summa paupertate sunt. Ergò ad validitatem testamenti sufficit, quòd sit apposita causa pia. s. pro eorum necessitatibus, licèt eorum subducatur persona, & pro non scripta habeatur. Nec est verum, quòd non subest persona, quæ hæreditatem adeat; quia personam sustinebit Episcopus, vel Respublica, vt dicitur in dicta lege Si quis ad declinandam. Et pro hoc facit §. Si quis in nomine. Authentica de Ecclesiasticis. Vbi si quis instituit hæredem Sanctum, cuius Ecclesia non reperitur in illa ciuitate, nec in eius territorio: dabitur hæreditas Ecclesiæ illius ciuitatis, vbi testator habet domicilium. Et sic licèt Ecclesia illius Sancti instituti non adsit; testamentum tamen, cùm sit ad piam causam, subsistit, & valet. Et de necessitate intelligitur facta institutio in memoriam, & reuentiam dicti Sancti; hoc est, vt in honorem ipsius hæreditas expediatur, & Episcopus capiat hæreditatem. Nec obstare videtur, quòd obijcit Baldus in authēntica Ingressi de sacrosāctis Eccl. nu. 50. Quòd hæreditas est ius

Opinio singularis Bartho.

Respondet Baldo.

vniuersale, cuius Minores fratres incapaces sunt: & sic destructo principali, ipsa. s. hæredis institutione, destruitur & accessorium, scilicet causa adiecta, quòd hæreditas vendatur, & conuertatur in necessitates fratrum. Nam licèt verum sit, quod testamentum sit nullum, quò ad primum caput, hoc est, quò ad institutionem hæredis, quia instituti sunt incapaces; valet tamen testamentum ex secundo capite. s. quia relicta est hæreditas ad piam causam, & ipsa pia causa sustinet vicem hæredis: vt iura prædicta probant. Nec est verum, quòd destructo antecedenti, destruatur & consequens; quoniam hoc esset verum, quando vnum esset ad substantiandum, seu qualificandum alterum: sed in casu, neutrum est ad substantiandum alterum. Quoniam si testator omisso primo capite institutionis hæredis in personam fratrum, disposuisset de secundo, scilicet relinquo hæreditatem meam, vt vendatur, & conuertatur in necessitates fratrum Minorum; valida esset dispositio, vt dicitur in dicta lege, si quis ad declinandam. Ergò non est verum, quòd irrito testamento, quò ad institutionem hæredum, sit etiam irritum quò ad venditionem hæreditatis conuertendæ ad piam causam: quia ex pia causa, quæ sustinet vicem hæredis, validum fit testamentum.

Respondet obiectioni

C. de Epi. & cler.

51 Et si fortè dicas, quòd prædictis videtur obstare, quod dictum est suprà, quòd si fratres instituantur hæredes,non valet institutio; & tamen credi potest, quòd illa institutio non fuit facta ad alium finem, nisi quòd hæreditas in fratrum necessitates expendatur. *Obiectio.* Dico, quòd si talem testator habuit intentionem, quædam tantùm est præsumptio, non de necessitate intellecta, nec verbis expressa: ideò institutio hæredis, illa causa subintellecta non sufficit. *Solutio.* Quoniam debet testator,id quod continet institutio,propria voce exprimere. Vt C. de testamen. l. iubemus, & ff. de testam. l. hæredes palam. Sicut est in casu d. §. si quis in nomine, vbi de necessitate intelligitur hæreditas relicta ad memoriam, & reuerentiam Sancti; quia stultus aliàs fuisset testator, qui cogitasset Sanctum, qui est in vita æterna, hereditatem acceptare in terris. Sed quando instituuntur fratres Minores, posset testator aliter sentire: vt putà quòd fratres teneantur possidere vineas, seu agros ad colendum,domos ad locandum, & huiusmodi; quæ omnia statui fratrum Minorum repugnant, vt dicitur in dicta Decretali Exijt. §. ad hæc. Cùm ergò non necessariò inteligatur dicta causa, scilicet, quòd vendatur in necessitates fratrum: meritò testamentum non valet. Vbi verò causa est expressa, validum est testamentum, quia sufficit illa

pia causa, (vt dictum est) ad substantiandum illud. Et si instes, quòd in dicta Decretali Exjit. §. quia verò dicitur, quòd
Obiectio. si fratribus aliquid absque modi expressione legetur, quod intelligitur relictum sub modis licitis ipsis fratribus; & sic causa licita non est præsumpta, sed de necessitate intellecta, & habetur pro expressa, ex determinatione dicti iuris.
Solutio. Dico, quòd non sumus in eodem casu. Dicta enim Decretalis, Exiit, disponit hoc in legatis particularibus, nos autem loquimur in institutione vniuersali. In legatis, præsumptione dicti iuris habetur pro expressa causa iusta, licèt subticeatur in legato: quia aliàs suponit testamentum validum ex successione hæredis legitimi. Et sic, vt vides, dicta causa subintellcta iuris præsumptione, non est ad validandum testamentum; hîc autem in institutione vniuersali, causa sufficiens ad validandum ipsum testamentum, quod ex institutione hæredum est inualidum, optatur, & requiritur. Hæc autem causa oportet, vt necessariò, & non ex præsumptione intelligatur, vt in dicto §. si quis in nomine. Vel quòd sit expressa voce, vel scripto
Auth. de Eccl. tit. ipsius testatoris, vt C. de testat. lege, hac consultissima, & l. iubemus, & ff. de testa. l. hæredes palàm, vel saltem, quòd exprimatur nutu certo, secūdùm glossam, extra de testamentis, capite cùm tibi,

& in Authent. vt spon. larg. §. Quia verò. Licèt glossa in dicta lege Iubemus, hoc tantùm intelligat in legatis, & fideicommissis. Horum autem nullum est in casu nostro, quia causa nec necessariò intelligitur, nec voce, seu scripto, seu nutu certo exprimitur. Vnde concludit ipse D. Barthol. in dicta dist. 5. cap. 2. quòd vbi causa pia aliquo saltem prædictorum modorum exprimitur; sufficit ad validandum testamentum, aliàs inualidum ex institutione fratrum. Hoc tamen semper intelligit, vt dictum est suprà, quòd quantitas non sit tam magna, quòd videatur in fraudem facta paupertatis: sed quòd tantùm sit, ad subleuandas fratrum necessitates præsentes, vel imminentes, quia aliàs saperet thesaurizationem.

Autoris sententia contra Barthol.

52 Ego tamen eadem ratione, & censura, qua suprà, puto huius successionis fratres incapaces esse. Quia si generaliter in d. Clem. Exiui, §. Quia igitur, dicitur, quòd nullatenus talium successionum fratres sunt capaces, ergò nec cùm causa abiecta, nec sine causa. Nec videtur fuisse de mente Regulæ S. Fran. nec etiam conditorũ canonũ; ciuitates, Episcopos, syndicos, aliosue pro talibus hæreditatibus fratribus relictis, hæreditarijs oneribꝰ debere implicari, & in seipsos lites, & vexationes suscipere; quæ fortè, facta rerum distributione, inter fratres postmodùm

emergere poterunt. Et idipsum videtur sentire Petrus Ancharanus in dicta Clementina Exiui.

Pretium hęreditatis quādo possunt acceptare fratres. 53 Si verò fratres non instituantur hæredes, sed alter, qui ipsam debeat hæreditatem vendere, & eius pretium in fratrum necessitates expedire: nullo hoc videtur iure fratribus esse prohibitum. Quare licitè hoc poterunt acceptare, ex quo non succedunt in aliquo iure defuncti; modò quantitas non sit immoderata, & excessiua, sed moderata: ita vt in fraudem paupertatis non possit præsumi, vt suprà pluries est dictum.

Num Ecclesia fratrum posit institui hæres?

Ecclesiæ nomen dupliciter accipitur hic 54 CVm fratres Minores nec institui, vel substitui, nec directè, nec per fideicommissum hæredes possint; dubitatur, num eorum Ecclesia, vel altare institui valeat? Ad quod dico, quòd si Ecclesia accipitur pro collegio fratrum, vt C. de sacrosanctis Eccles. l. 1. institui non potest; quoniam fratres (vt dictum est) incapaces talium institutionum sunt. Si verò accipitur pro loco sacro muris circundato: tunc D. Barthol., dicit in Minorica libro primo distin. 4 cap. 1. quòd cùm hæc Ecclesia, seu locus non sit ipsorum fratrum, qui nihil proprij

habere possunt, sed Pontificis, seu Sedis Apostolicæ, vt indicio cap. Exiit, & in dicta Extrauag. ad conditorem, extat determinatum: remanet ergò in dispositione iuris communis. De iure autem communi constat, quòd Ecclesia potest institui, vt dicitur C. de sacrosanct. eccles. generali lege, ergò valida erit institutitutio ipsius Ecclesiæ. Et si obiicias cum Baldo in dicta Authent. ingressi. de sacrosanct. eccles. quòd sicut instituta ciuitate intelliguntur, & ciues instituti, vt de cond. & demonstr. l. ciuibus sic instituta ecclesia fratrum Minorum, videntur & ipsi fratres instituti. Dico, quòd hoc verum est respectu cæterorum religiosorum, & collegiorum, eò quòd habent ius in sua ecclesia seu domo, sicut ciues ius habent, & iurisdictionem in ciuitate: & ideò quod eorum ecclesiis conceditur, eorum videtur collegio concedi: sicut, quod ciuitati conceditur, ciuibus videtur concedi. At fratres Minores nullum ius in ecclesia, seu domo habent: ergò similitudo, seu æquiparatio nulla est. Nec illa vox (fratrum Minorum) apponitur in institutione ecclesiæ, vt scilicet eorum contemplatione facta institutio intelligatur, cùm ipsi incapaces successionum sint. Nec est credendum testatorem eos instituere velle quorum inhabilitate eius dispositio fiat irrita. Sed illa vox (fratrum Minorum

Obiectio.

Solutio.

apponitur, vt sciatur, quænam Ecclesia instituitur, & non vagetur in incerto. Et si instes, quòd dicta Clementina Exiui. §. porrò, videtur sentire eiusdem conditionis fore fratrum Minorum Ecclesias, sicut sunt fratres ipsi; & sicut fratres non possunt recipere pecuniam, sic nec in eorum Eclesijs vult offerri posse. Quòd si offerri non potest in Ecclesijs, ergò nec per institutionem poterit relinqui. Ad hoc respondet Bartholus, quòd id intelligitur de pecunia in Ecclesijs oblata in necessitates fratrum conuertenda: hoc enim penitùs per dictam Clementinam fieri posse prohibetur. Sed sibi offeratur pecunia in fabricam, seu Ecclesiæ necessitates conuertenda, ita vt fratres nihil in dicta pecunia se intromittant; sed à procuratoribus fabricæ, seu syndico Romanæ Ecclesiæ in beneficium expendatur Ecclesiæ; nullibi videtur esse prohibitum. His rationibus ergo concludit licitè Minorum fratrum Ecclesiam, posse institui.

Instantia.

Solutio. Barth.

Auctoris sententia contra Barth.

55 Verùm quia dicta Clement. Exiui, generaliter prohibet pecuniam in Ecclesia offerri, seu oblatam posse acceptari: & non distinguit inter pecuniam in fratrum necessitates conuertendam, & eam quæ in fabricam, seu aliud Ecclesiæ beneficium esset expendenda: ideò tutius erit, vt nec nos dinstinguamus. In his enim quæ Regulæ puram obser-

nantiā respiciūt; tutior semper eligenda est pars. Quare sicut in Ecclesia pecuniam offerens, in eam dominium, seu ius aliquod non transfert; sic nec per institutionem aliquod poterit in eam transferre ius, cùm nulla videatur ratio differentiæ inter relictum in testamento per institutionem, & liberaliter oblatum. Vnde Bal. in dicta Auth. ingressi, & Petrus Ancharanus in dicta Clement. Exiui, & Seren. consc. quæst. 17. & Cordub. hîc quæst. 11. expresse tenent, Ecclesias fratrum Minorum institui hæredes non posse: cùm in successionibus (vt suprà dictum est) dominium transferatur pecuniarum, & aliorum bonorum in hæredem. Et licèt Domini Bartoli opinio satis probabilis videatur; tutius tamen est pro puriori Regulæ obseruantia, negatiuam cum prædictis Doctoribus partem tenere. Et ita semper obseruauit & obseruat nostra fratrum Capuccinorum Religio; & patet ex nostris constitutionibus.

Baldus, Pet. Anc. Cordub.

Num fratres posint acceptare legata?

56 QVòd verò attinet ad particularia legata, quę fratribus relinquūtur; bene poterunt fratres huiusmodi legata, (si indigeant) acceptare. Est enim legatum

Legatum quid sit.

donatio, vel eleemosyna quædam à testatore relicta, & ab hærede, seu executoribus testamenti post mortem testatoris præstãda. Vt colligitur Instit. de leg §. 1. Modò si licitum est fratribus à viuentibus eleemosynas necessarias quærere, & recipere; licitum ergò etiam erit eis, eleemosynas à testatoribus relictas acceptare: dummodò talia eleemosynaria legata modo congruo, & licito nostro statui, & in quantitate moderata, relinquantur. Quia sicut in illis à viuentibus largitis eleemosynis; sic & in istis in vltimis voluntatibus relictis, nullum nobis ciuile ius acquiritur. Et quia quandocúnque fratribus legari fortè poterit pecunia, quandoque immobilia, quandoque alia quæ vsu consumuntur, & quandoque aliquid annuum; de singulis videre specialiter, non erit inutile.

Pecunia legata, potest acceptari à fratribus.

57 Vbi ergò pecunia legatur, licèt tale videatur non valere legatum, cùm in Regula sit expressum, vt fratres nullo modo per se, neque per interpositam personam denarios, vel pecuniam recipiant: Nicolaus tamen tertius in dicta decretali Exiit, §. cæterùm, talia valere legata declarauit. Modò per amicos spirituales in fratrum necessitates conuertantur; prout in eleemosynis pecuniariis, quæ à viuentibus largiuntur fieri potest: & quòd sint in quantitate moderata, & non in fraudem paupertatis, vt dixit Clement. V. in dicta

Clem. Exiui. Et licèt hæredes ad ista soluenda ex officio iudicis cogi possint: nullum tamen ius, seu ciuilis actio ipsis fratribus acquiritur; adeò vt nec per eos, nec eorum nomine ad illa soluenda cogi possint.

58 Et si quæras, Quis arbitrabitur quæ quantitas moderata sit censenda, vel excessiua? Dico, quòd cùm in omnibus, quæ fratribus eleemosynaliter, siue à viuentibus, siue à testatoribus dantur, omnimoda, quò ad dominium abdicatio, & in vsu necessitas apparere debeat, vt dicitur in dicta decretali Exiit. §. insuper nec vtensilia; quantitas moderata ab ipsa præsenti, vel imminenti metietur necessitate. Hæc autem necessitas secundùm exigentiam personarum, & locorum à Ministris, & Custodibus simul, & seorsum in suis administrationibus, & Custodiis cum discretione diiudicabitur. Nam de talibus interdum necessitatibus, personarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nõnullæ aliæ circunstantiæ, plus minúsve, ac aliter prouideri requirunt. Ista tamen sic fient, quòd semper in eis, & eorum actibus paupertas sancta reluceat, prout ipsis ex eorum Regula videtur indicta. Vt in d. §. insuper nec vtensilia, dicitur.

Dubium.

Solutio.

Quantitas moderata eleemosynæ qualis.

59 Ex quo sequitur, quod non potest Guardianus & Conuentus determinare, quæ sit quantitas moderata, si super hoc

Guardianus non statuit de quantita-

te moderata eleemosyna. tatio: sed ad Ministros hoc pertinet, & Custodes, vi dictum est. Sequitur item quòd tale relictum intelligitur factum pro præsentibus, & imminentibus necessitatibus; vt patet ex dicto §. in super, & §. ad hæc quia fratribus. Quare tunc quantitas moderata censebitur, quando solùm id acceptatur, quod imminens necessitas requirit, & non plus,

Dubium. Et si quæras, quid fiet de superfluo quantitatis relictæ, quod superest vltra imminentes fratrum necessitates? Respondet Barth. lib. 2. d. 1. c. 3. quòd fratres tale residuum nec petere, nec recipere possunt: donec noua emerserit necessitas. Ità vt nunquam recipi possit, si nunquam supervenerit necessitas; cùm pro sola necessitate, & non ad thesaurizandum possint fratres sibi relicta recipere. Et tunc noua emergente necessietate, illud superfluum petent eleemosynaliter tantùm, & non aliter: sequitur Seren, conscientia quæst. 18. hanc eandem esse inquiens opinionem Bald. & Frederici de Senis. Quod dictum intelliges, restringendo ad modicum tempus, non de tempore in tempus, prout requiret necessitas, sicut Baldus post ipsum Fridericum in consilio 22. expressè dicit. Nam si in perpetuum prouideretur necessitas, non solùm subleuaretur paupertas, sed etiam excluderetur quod est contra Regulam.

Superflui legati pecuniarij num possit recipi?

Bald. & Freder.

60 Sed quid dicendum de residuo eius, quod relinquitur ad certam causã; vt putà pro induẽdis fratribus, & huiusmodi & ad hoc non est necessaria tota pecunia relicta? Respondet Barthol. lib. 2 d. 3. cap. 2. quòd hoc in legatis non inuenitur expressum sicut in eleemosyna oblata inter viuos. Etenim si quid de ipsa pecunia oblata, expleta determinata necessitate supererit; non potest in aliam necessitatem expendi, nisi pecuniæ dominus consentiat, aliàs ei restituitur. Vt dicitur in dicto capite Exijt. §. quia verò puritatem. Ex quo videtur dicendum, quòd residuum legati remanere debet apud hæredem; si rogatus a fratribus, consentire noluerit, quòd in aliam necessitatem expendatur. Attamen contrarium habet veritas, nam licèt ille, qui pecuniam dedit, possit illam dum viuit, reuocare, & repetere dum expensa non est: vt ex dictis in cap. 4. patet, & ex dicto §. quia verò: hoc tamen hæredibus non permittitur, vt lege 4. ff. de seru. export. Et hoc etiam videtur declarari in dicta decre. Exiit. §. in eo vero casu. Quare concludit Barth. quòd si causa, propter quam legata est pecunia, sit finita: residuum expendetur, in aliam necessitatem præsentẽ, vel imminentem. Sequitur Bald. ibidem. Anchar. in dicta Clem. Exiui, & Sere. consc. q. 18. Non enim debet hoc accrescere hæredi,

Residuũ particularis legati num in aliam possit necessitatẽ expendi?

sed pro defuncti anima in aliam fratrum necessitatem conuerti debet. Vt de vsufr. leg. l. legatum,& ff. de operib. publ. l. finali.

Legata fratribus pro vna re, conuerti possunt in aliam rem,

61 Et idem dicendum est, quando legatum est relictum pro aliqua determinata causa seu necessitate, quæ licèt tunc non adsit in aliam tamẽ cõmutabitur causam, seu necessitatem per prædicta iura: quod etiam dictum est in cap. 4. num. 41. Quòd si res legata sit mobilis,& in propria specie ab ipsis fratribus vtibilis, vt est frumentum, oleum pannus, lana & huiusmodi: licitè à fratribus poterit (si ea indigeant) acceptari, sicut quæcunque aliæ non pecuniariæ eleemosynæ, quæ à fratribus mendicantur, seu liberaliter offeruntur.

De immobilibus relictis.

Legata immobiliũ.

62 SI verò quæ à fratribus legãtur, res immobiles sunt, vt domus ager, vinea, &c. considerandus est modus, quo talia legata sunt facta Nam si in legando testator modum congruum expresserit, vt scilicet per personas idoneas distrahantur, & earum pecunia in ædificijs, & aliis necessitatibus fratrum conuertatur: tunc bene poterunt huiusmodi legata fratres acceptare, eo modo, quo, & pecuniaria legata. Idémque dicendum est vbi

vbi indifferenter sine vlla expressione alicuius modi seu causæ, huiusmodi legata ipsis fuerint fratribus relicta: tunc enim modo congruo, & fratribus licito relicta intelliguntur. Sic enim dicitur in decretali Exiit. §. Ad hæc. (Si verò fratribus ipsis generaliter aliquid absque modi expressione legetur, hoc in legato sic indeterminatè relicto in omnibus, & per omnia intelligi, ac seruari volumus, & in perpetuum præsenti constitutione iubemus, quod suprà in pecunia seu eleemosyna fratribus indeterminatè oblata vel missa voluimus, ac expressimus obseruari. Videlicet, vt sub modo licito fratribus intelligatur esse relictum: ita quòd nec legans merito, nec fratres ipsi effectu relicti fraudentur) hæc ibi. *Legata sine modo intelligun tur cum modo licito.*

Quòd si modus incongruus à testatore exprimitur in legando. Ad hoc Nicol. tertius respondet per hæc verba, in eadem decretali Exiit. §. Ad hæc. (Quòd si testator modum exprimat in legando secundùm quem fratribus, eorum inspecta conditione, non liceret recipere, vt si legaret fratribus vineam, vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel similia verba in similibus proferret, quòd tunc à tali legato, & eius receptione per omnem modum fratres abstineant) hæc ibi. Ex quo patet, quòd nedum talia fratres legata recipere non poterunt, verùm etiam vt annota- *Legata modo incongruo, non licent fratribus*

uit Bartholus in Minorica lib. 2. d. 2. cap. 3. nec poterunt æſtimationem recipere. Nam modus vnus recipiendi legatum, eſt æſtimationem recipere. Vt. l. domus. §. Qui confitetur. ff. de leg. primò, & l. non dubium. §. fina. de leg. 3. Atqui per omnem modum fratres à talibus legatis abſtinere tenentur, ergò, & ab eorúmdem æſtimatione videntur arceri. Et cum eodem Bartholo concordat Baldus in dicta Authen. ingreſſi, & Petrus Anchar. in dicta Clem. & Seren. conſcien. quæſt. 22. Intantùm enim ſummus Pontifex odit eum, qui modum ſtatui Minorum fratrum repugnantem in legando præfigit, vt nullo modo velit a fratribus talem poſſe eleemoſynam acceptari.

Legata facta laico de libris.

63 Vtrum autem congruo intelligatur modo factum legatum, quo quis reliquit codicem Bibliorum, Miſſale, Breuiarium alicui fratri laico? Reſpondet Anchar. in dicta Clem. Exiui, poſt Baldum in dicta Authen. Ingreſſi, quòd tale legatum non valet, ex quo vſus ad quem tale legatum ordinatur & cauſa non cadit in illo laico legatario, qui eſt incapax talis vſus. Cordub. tamen hîc. q. 11. tenet, & bene, tale legatum valere, & licitè recipi poſſe, Quia licèt vſus talium librorum non ſit conueniens illi laico, conueniens tamen eſt conditioni, & ſtatui fratrum Minorum. Et Nicolaus prædictus ſolùm cauendum eſſe decreuit à legato, quando

modus sub quo legatur, statui fratrum, & conditioni generaliter inconuenit; non autem alicuius fratris particularis intuitu; vt prædicti videntur sentire. Et ex dicto. §. Ad hæc, videri potest.

64 Et tu generaliter dic, quòd secundùm iura, omnis de legatis subducitur impossibilitas; vt l. obtinuit de cond. & demonst, & C. de instit. & subst. l. reprehendenda. Et debet transmutari in alium modum possibilem, leg. legatum. ff. de vsufr. leg. Vnde quando aliquid legatur fratribus modo incongruo seu impossibili; aduertendum est (vt bene aduertit Bart. lib, secundo d. secunda, capite primo, & secundo,) si hic modus continet incongruitatem seu impossibilitatem vigore Regulæ, an aliunde habeat eam. Si enim impossibilitas, seu incongruitas est respectu status fratrum Minorum, hoc est, vigore Regulæ, vt putà, quia legatur vinea, seu ager ad colendum, domus ad locandum, & cætera huiusmodi, non subducitur à dicto legato prædictus modus illicitus per dictum §. Ad hæc. Quia Summus Pontifex ita huiusmodi legata odit; vt nullo modo velit, quòd à fratribus acceptentur. Si verò incongruitas, seu impossibilitas non ex ipsa Regula, & respectu status fratrum Minorum, sed aliunde adueniat: tunc subducitur dicta incongruitas,

Modus legandi incongruus quando reducitur ad congruum.

Not.

ſeu impoſſibilitas, & reducitur ad modum licitum, vt prædicta iura dicunt. Quidquid dicat Bald. in dicta Autent. Ingreſſi nu. 59. quem Anchar. ſequitur. in dic. Clem. Exiui, meo iudicio abſque vlla ratione. Quoniam per illum. §. Ad hæc, non omne legatum incongruo modo relictum fratribus, recipi prohibetur: ſed illud tantùm, quod ipſis fratribus Minoribus incongruit, conſiderato eorum ſtatu: hoc eſt, ex ratione qua fratres Minores ſunt, & non ex alia cauſa, vt ex dicto. §. probatur. Quare quò ad huiuſmodi legata, quæ modo incongruo fratribus legantur; non quatenus fratres Minores ſunt & talis modus ſpecialiter eis prohibetur, ſed quia ſic eſſet in quolibet Religioſo: diſpoſitioni iuris communis eſt ſtandum, vt bene dixit Bart. in dicta diſt. 2. cap. 1.

Bald. *Ancha.*

Nota pulchram diſtinctionem.

Vnde pro ſimplicibus dico: Si legatur fratribus Minoribus, vinea ad colendum &c. vel tanta pecunia, vt ex ea emant paramenta ſuperflua, ſeu vaſa ſuperflua pro ſeruitio Eccleſiæ, vel quòd ex ea ædificetur fratribus domus ſuperflua & curioſa, &c. huiuſmodi: legatum tale non valet penitùs: quia hæc habere, ſtatui fratrum Minorum, & Regulæ repugnat. Si verò aliqua pecunia legatur, pro paramentis, & Eccleſiæ vaſis, vel pro induendis fratribus, quibus rebus fratres non egeant; tenet

legatum. Non enim expressit testator modum illicitum ex ipsa Regula; licitum enim est fratribus, vasa, & paramenta pro Ecclesiæ seruitio, & indumenta ad vestiendum habere. Et quia modus expressus in legato, illicitus, & impossibilis redditur ex eo tantùm, quia fratres prædictis rebus non indigent: Ideò secundùm præallegata iura suprà nu. 64. tollitur impossibilitas à legato, & commutatur in alias fratrum necessitates. Et idem puto esse dicendum, cùm aliquod relinquitur fratribus ædificium pro loco construendo ipsis fratribus; quo loco fratres non egent. Licèt enim fratres non indigeant loco, quia illum habent; hîc talis modus impossibilis, in aliam mutabitur caussam fratribus necessariam: vt memoria, & salus animæ defuncti seruetur. l. legatum. ff. de vsufr. leg. Non enim hic modus expressus in legato continet impossibilitatem ratione status, & Regulæ fratrum Minorum, possunt enim fratres Minores habere loca: sed impossibilitatem habet aliunde, ex eo scilicet, quia fratres habent locum, & non indigent alio: & ideo in aliam commutabitur necessitatem ipsorum fratrum. Nec formo casum sub ea consideratione, quia fratribus non licet noua recipere loca sine summi Pontificis licentia speciali; vt de excessibus prælatorum.

Impossibilitas legatorum quando commutari potest.

cap.1. in 6. Sicut consideratur, & disputatur à Bartholo, & Baldo in locis præallegatis lib. 2. d. 2. c. 1. & 2. Authent. Ingressi. Et quod non potest, nisi per solum Papam expediri, de iure reputatur impossibile, vt l. apud Iulium. §. fin. de leg. primo. Et notatur per Glossam primam. ff. de verbo, oblig. l. continuus §. cùm quis. Quia hodie cessat ista ratio, quandoquidem de licentia Episcoporum in eorũ diœcesibus possunt mendicantes monasteria ædificare, absque alia summi Pontificis licentia vt decernitur per Conc. Trident. sess. 25. c. 3. Et nos ex priuilegio Sixti iv. Iulii ij. & & Leonis x. habemus non solùm noua posse loca recipere: sed etiam Generalis Ordinis potest accepta derelinquere, prout viderit expedire. Ipsáque ædificia seu omnem prædictorum locorum, quæ dimittuntur, materiam, ad alia loca transferre, ac edificia ipsa cum solo, & aliis ad eadem loca pertinentibus, præter Ecclesias per personas ad hoc à Sede Apostolica deputatas, vel syndicos, vendere ipsorúmq; pretium in aliorum locorum, ad quæ dicti fratres se transferunt ædificationem, seu aliam eorum vtilitatem conuertere. Immo idem Leo x. concessit vt locus prioris Ecclesiæ derelinquẽdæ, reduci possit ad vsus prophanos, dummodò ædificiorum materia, in alia ponatur Ecclesia vt patet in compendio priuilegiorum tit. ædificare. nu. 7. & sequẽti. Quod ego pu-

Generalis ministri authoritas circa loca.

to esse hodie intelligẽdum, modò in vsus non sordidos, cõmutetur, & crux ibi erigatur: iuxta Concil. Trid. sess. 21. cap. 7. Et ex priuilegio Greg. xiii. quod Romæ in Archiuio nostro seruatur, nedum noua loca, sed etiam nouas prouincias recipere possumus. Quare cessat ratio dubii, quæ inter Barth. & Bald. controuertitur. Et adhuc si prædictæ Tridentini Concilii, & priuilegiorum concessiones non existerent, Bartholi opinionem puto veriorem, scilicet quòd talis impossibilitas subducetur à legato, & in aliam necessariam causam ipsorum fratrum cõmutabitur. Quoniam tale legatum non continet impossibilitatem vigore Regulæ, seu ea ratione, quia sunt fratres Minores, cùm hoc idem ipsum in quolibet reperiatur mendicante vt patet in dicto cap. primo de excessibus prælatorum, ergò iuris communis stabitur dispositioni.

65 Sed quæres, per quẽ fiet hæc transmutatio in aliã necessariã causam? Dico quòd fiet de consensu vtriusque partis, hæredis, scilicet, & Prouincialis seu Custodis, vt idem Barthol. vbi suprà cap. 3. dicit, per dictam legem, legatum. ff. de vsufr. legat. Vbi enim aliquod adest impedimentum iuris, vt illud quod testator iussit, de iure fieri non possit, vel facti, vt est in casu, quia fratres non indigent monasterio, seu loco, sufficit mutuus vtriusque partis consensus. Secùs autem si

Dubium. transmutatio vnius in aliam necessitatem, à quo fieri potest

licitè fieri de iure, & de facto posset id quod testator iussit; quia tunc in aliam non posset necessariam causam fieri trāsmutatio, sine permissione Pontificis, seu principis, vt dixit Barth. in dicto lib. secundo. Minoric. dist. secunda. capite tertio, per legem primam, & legatum in principio de administratione rerum ad ciuitatem pertinentium, & per caput primum de relig. domi. in Clem. Quòd si discordes erunt, Iudex erit medius, cuius auctoritati est standum. arg. C. de nuptiis. l. prima, & l. in conuentione. Qui Iudex magis eius voluntati fauebit, cui relictum est legatum, quam eius, a quo est legatum præstandum vt dicta l. legatum §. si verò plures, de vsufr. legat. Tu verò ne putes, quòd Minister Prouincialis seu frater aliquis quicunque, heredem poterit in iudicium prouocare; sed quando hæres fortè ab aliquo Episcopo, scilicet vel syndico in iudicium prouocaretur, poterit tunc Minister, seu Custos suam iudici voluntatem declarare, & non ampliùs.

Quid si aliquid annuum fratribus relinquatur?

Legata. & annui reditus an possint acceptari à fratrib.

66 SI verò aliquid annuum: seu aliqui reditus, fratribus relinquantur. Dico quòd reditus inter immobilia com-

putantur, vt C. de sacrosanctis Ecclesijs. l. Iubemus & dicta Clem. Exiui. §. Annui reditus: Et quando aliquod immobile, vtputà vinea, seu ager, &c. absque alicuius modi particularis expressione fratribus legatur; licitè in eorum necessitates præsentes, seu imminentes vendi poterit per Decretalem Exijt, §. Ad hæc. Sic & hoc annuum, seu huiusmodi reditus in fratrum necessitates vendi poterunt; si absque modo illicito fratribus relinquantur. Legatum enim annuum, seu reditus, non interdicitur fratribus, per Clement. Exiui. §. Annui reditus, ratione rei legatæ, sed ratione modi à testatore expressi: vt putà quòd annuatim fratribus persoluatur. Hîc enim modus expressus, Regulæ, & conditioni fratrum Minorum repugnat: ideò nec legatum, nec eius æstimationem petere aliquando poterunt. Si verò talis reditus simpliciter fratribus legetur, absque eo modo quòd annuatim soluatur; solùm percipiendi ius videtur fratribus relictum: quod vendi potest, & in fratrum necessitates præsentes, seu imminentes conuerti. Et hæc est Domini Bartholi sententia, Minori. lib. 2. dist. 6. c. 1. quam sequitur Anchar. in dicta Clem. Exiui. licèt Bald. in dicta Anthen. Ingressi. aliter ipsum Bartholum referat, sed non verè. Et fortè, (vt idem dicit Ancharanus) quia aliter in suo codice

ſcriptum reperit.

Legatum perpetuum interdici-tur fratri-bus.

67 Idémque dicendum per omnia ſecundùm prædictos, ſi relinquatur aliquid perpetuum, diurnum vel menſtruum, vel annuum: vel per aliquas diuiſiones temporum: vt de triennio in triennium, & ſimilibus, vt ff. de tranſac. l. cùm hi. §. Si cui, & ff. de alime. & ciba. legatis l. libertis quos. Si enim perpetuum erit legatum, vt ſingulis diebus, ſeu menſibus, ſeu annis, vel per aliquas diuiſiones temporum perpetuò ſoluatur; ex noſtra regulæ profeſſione prohibitum, fratribus Minoribus comprobatur. Sic enim expreſsè definitur per dictam decretalem Exijt. §. Ad hæc quia. Et dixit D. Barthol. libro 2. Minor. diſtin. 6. capite 2. Et quia Summus Pontifex ibi dicit, quòd per omnem modum fratres Minores ab huiuſcemodi legatis ſe debent abſtinere: Inde eſt, quòd etiam æſtimationem dicti legati recipere non debent. Vt Barthol. loco citato annotauit. Nam vnus modus recipiendi legatum eſt, eius æſtitimationem recipere. ff. de legat. 1. leg. ſi domus. § qui conficietur. Et de legat. 3. leg. non dubium. §. fin.

Legatum ad certum tempus an valeat.

68 Si verò aliquid annuum non perpetuum; ſed vſque ad certum tempus, fratribus fuerit legatum: Dominus Barthol. vbi ſuprà diſtin. 6. cap. 3. aſſerit ab huiuſmodi legato, debere fratres penitùs ab-

ſtinere. Quia hoc eorum ſtatui repugnat: quanquam propter limitationem temporis, non videatur quid annuum fuiſſe legatum, ſed cenſeatur quid legatum, ſoluendum ad tantum tempus: Quod idem eſt, quòd vna in plures ſolutiones diuiſa præſtatio. Non enim viuerent ſimpliciter in ſpe Dei, ob certam ſpem, quam in illo ſibi facto legato ad tantum tempus haberent: quam ſequitur Seren. conſcientia q. 19 inquiens, (ſed malè) hoc idem tenere Baldum in dicta Authent. Ingreſſi.

Fredericus autem de Senis conſilio praeallegato, quem ſequuntur Baldus, & Anchar. & Zabarella vbi ſuprà, & Cordub. q. 12. dicit, tale legatum valere, eiuſdémq. fratres eſſe capaces, ſi ad modicum tempus ſit factum: quia potiùs ſumma quædã dilata cenſetur legata, quã aliquod annuum: Nec per hoc videtur mendicitas tolli, ſed aliquo modo ſubleuari. Secùs autem ſi ad longum tempus fieret legatum: quia ſic inter immobilia computaretur, & fratres illud non poſſent recipere. Et prædicti doctores talem putant æquitatem eſſe dicti. §. Annui reditus, aliàs recipere tres denarios vſque ad tres annos, annui reditus, dicerentur, & inter immobilia cõputarẽtur, quod abſurdũ eſſe videtur. Modicum autem tẽpus, prædicti omnes eſſe putãt, ſi infra decẽ annos, & non vltrà, fiet legatum. Vnde ſi quid *Conſ. 12.* *Legata ad modicum tempus qualia ſunt.*

Auctoris sententia. fratribus decem per annos singulis infra dictum tempus annis præstandum legaretur; valere, & licitè à fratribus recipi posse, astruunt. Ego verò credo verum esse, si quod singulis annis infra dictum decennium est præstandum, quid minimum sit: secùs autem si magna esset quantitas; ita vt ipsorum fratrum necessitatibus posset per tale legatum per dictum decennium prouideri. Tunc enim per illud præfinitum tempus non viuerent simpliciter in spe Dei; propter spem, quam in illo legato habent, quod contra statum Minorum fratrum, qui mendicitatem in spe Dei profitentur, esse conuincitur: Et sic puto intelligendum fore Bartholum, & esse tenendum.

Anniuersaria defunctorum an sint nobis licita? 69 Ex quibus colliges, quid tenendum sit de anniuersarijs defunctorum. Si enim certa eleemosyna, pro dicendis Missis, annuatim præstanda relinquitur in perpetuum, vel ad longum tempus, non valet; nec eam fratres licitè accipere poterunt. Si autem ad breue tempus, & quid exiguum fuerit; nullo videtur iure prohiberi; licèt nostra Capuccinorum congregatio hactenus hæc non admiserit. Et idem per omnia dicendum est, si aliquid annuum indirectè fratribus relinquatur: vtputà quia grauatur hæres, vt quotannis fratres talis loci vestiat, vel aliquid aliud annuum ipsis soluat. Hoc enim non licet fratribus reci-

pere; nisi quid exiguum sit, & ad breue tempus relictum; quia aliàs in fraudem factum esse censetur. vt ff. de donationibus causa mort. leg. quod conditionis, & ff. de condit. & demon. leg. Mæuius. Nisi eo modo & forma quibus suprà in hoc cap. dictum est nu. 45. & annotauit Barth. dicto lib. 2. dist. 6. cap. 4. & Seren. conscien. quæst. 19.

70 Fredericus tamen prædictus conf. 22. & cæteri in locis præallegatis, quos, & Cardinalis Zabarella in dicta Clem. Exiui, & Sere. conscientia. quæst. 20. sequuntur; volunt quòd si quid annuum perpetuum ad diuinum cultum sit relictum; vtputà, quòd Sortes hæres institutus, soluat quotannis vinum pro sacristia, farinam pro hostiis, oleum pro lampadibus, ceram pro candelis, &c. licitè à fratribus recipi possit, etiam quòd in perpetuum sit. Non enim per tale legatum, tollitur mendicitas Fratrum, nec eorum prouidetur necessitatibus; sed Ecclesiæ. Neque in huiusmodi legatis aliquid videtur esse excessus. *Legata Pro rebus Ecclesiæ an liceant.*

71 Quod ego puto verum, si nullum ius, aut ciuilis actio prætendatur, sed humiliter, & eleemosynaliter recipiantur. Quoniam hæc, annui redditus sunt, vt iam ex dictis patet; & monasteria Capuccinorum S. Francisci, & eorum, qui Minorum de Obseruantia vocantur, immobilia, inter quæ ipsi reditus (vt toties dictũ

Nota. est) computantur, ex Concilio Trident. sess. 25. c. 3. habere non possunt.

Fraus in acceptandis legatis quæ potest esse. 72 Tu tamen memoriæ semper habeto: quòd in omnibus legatis, de quibus hactenus diximus, siue pecuniaria illa sint, siue immobilia, siue mobilia, siue reditus; vt ea fratres licitè consequi possint; necessariò est semper attendendum (vt aliàs diximus) quòd in fraudem non sint. In fraudem verò esse scias, (vt annotauit Barthol. in Minorica. lib. 1. d. 2. capite. 1. & libro secundo, d. 1.) si quantitas ita excessiua sit, quòd paupertati derogare videatur; & magis sapiat Thesaurizationem, quàm pro necessitatibus imminentibus receptum. Quòd per Clementinam Exiui, expresse videtur determinatum. §. quia igitur: Dicitur enim ibi. [Nec licet eis valorem hæreditatum talium, vel tantam earum partem, quòd præsumi possit in fraudem fieri, sub modo, & forma legati dimitti sibi facere; vel sic dimissa recipere: quin potiùs ista sic fieri ab ipsis simpliciter prohibemus.] Ex quibus verbis, duo fratribus prohibentur. Vnum scilicet ne sibi hæreditatem, vel tantam quantitatem sub nomine legati dimitti procurent, quòd thesaurizationem sapiat: alterum verò ne sic sponte relicta recipiant. Vnde vnus tãtùm casus licitus remanet fratribus: vbi scilicet eis aliquid de hæreditate legatur, quòd non est tãtum, quòd thesaurizationẽ sa-

piat, & in fraudem præsumi possit. Vt dixit Bartholus in Minorica. lib. 1. dist. 1. capite 1. & lib. 2. d. 1. cap. 1. & Zabar. in Clement.

Quis expediat legata fratribus relicta?

73 Sed quæres, quis talia legata, quæ à fratribus licitè acceptari possunt, in eorum expediet necessitates? Dico quòd fratres nullum (vt toties dictum est) ius habent in rebus sibi relictis; & dominium talium rerum apud hæredes remanet, donec per eos soluantur: vt annotauit Bartholus libro secundo, d. 4. cap. secundo Quoniam secundùm iura, tunc dominiũ rei legatæ recta via transit in legatarium, cùm nominatur expresè, & est capax rei relictæ. In eum verò, cui legatur per consequentiam (vt est Ecclesia Romana, cui nobis licitè relicta, acquiruntur) non trãsit, nisi per hæredem tradatur. Ergò talia legata per hæredes in fratrum necessitates poterũt expediri; vel per executores testamẽtorũ. Vt dixit idem Bart. vbi suprà. c. 3. & habetur expressum in decret. Exijt. §. Ad hæc, vbi dicitur. [Ad quæ legata soluenda, tam hæredes testatorum, quàm executores, se liberales exhibeant.] Quòd si prædicti fuerint circa hæc negligentes, poterunt Episcopi ratione generali, quàm habent in relictis ad pias causas, & Iudices sæculares ex mero officio suo procurare præcedente mora hæredis, seu exe-

Hæredes expedient legata facta fratribus, aut alij.

Episcopus. Iudex.

cutoris testamentorum; putà, si bis fuerint admoniti, & neglexerint, vt in Authentica de Ecclesiast. tit. §· si quis autem: vt talia legata soluantur, & voluntas testatoris adimpleatur, vt dicitur in eadem decretali §. ad hæc. Immò, vt dicit

Ciuitas. Barth. lib. 2.d.7.c.3 ipsa ciuitas, seu syndicus illius, hæc facere potest; licèt ipsius ciuitatis nomen non sit in testamento insertum. Quoniam quando aliquid pauperibus pro eorum necessitatibus relinquitur, toti videtur ciuitati relictum, cuius interest, vt pauperibus alimenta non deficiant. Quòd habetur. leg. ciuitatibus ff. de legatis primò, & C. de sacrosanct. Eccles. l. in priuilegio. Atqui Minores fratres in summa sunt paupertate constituti, prædictæ ergò ciuitati obligabitur hæres ciuiliter, & naturaliter, & contra eum habebit ciuitas actionem, vt

Quilibet de populo. prædicta legata soluat. Ex quo etiam sequitur, quòd quilibet de populo petere poterit prædictum hæredem seu testamẽti executorem condemnari, ad prædicta legata soluenda, legitimæ personæ ad hoc deputatæ. Quod tenet Collector priuilegiorum. titul. hæreditas, & cæteri, quos ipse refert, & Sere. consc. q. vltima alphabetica lit. 2. Ea per prædictos sicut repeti, sic etiam talia in fratrum necessitates conuertenda legata, vendi poterunt, quando vendenda sunt; seu veriùs, per alios ab eis constituendos, Idémq; etiam per syndicũ

Romanæ Ecclesiæ indubitanter fieri potest, vt suprà in cap. 4. latiùs, dictum est. Licèt exéplarius esset, quòd nô syndicus, sed Episcopus, vel Iudex ex officio suo, aut alius nomine populi, id exequi procuret.

74 Caueant tamen fratrès ne hæc petentibus assistant; hoc enim eorum statui repugnat. Quia sicut in iudicio tanquam actores experiri non possunt, cùm nullam aduersus aliquem, actionem habere valeât, sic nec in curiis prædicta petentibus licitè assistere poterunt, vt dicitur in Clem. Exiui, versiculo, Amplius cùm non solùm. Nullo enim modo huiusmodi voti, & Reg. professores debent se talibus litigiosis actibus immiscere: vt testimonium habeât ab his, qui foris sunt, & puritati satisfaciant voti sui, ac per hoc scandalum proximorum euitetur. Immo Ioan. Philip. dicit art. 3. quòd licèt possint iudices ex officio suo, seu alii (vt dictum est) côpellere hæredes, vt adimpleant prædicta legata; non tamen possunt fratres directè, seu indirectè talem compulsionem procurare. Quod intelliges: non posse id cum auctoritate scilicet, & rigore à fratribus procurari; vt ipsemet ibidem videtur sentire. At simpliciter, & dulciter ipsos rogare hæredes, vt talia soluant legata; vel ipsis nolentibus. Episcopo, vel prædictis aliis, defuncti, & propriam iniuriam ex-

Fratres caueant à curiis pro legatis recuperâdis.

per fratres fit electio personarum. Baldus tamen in Authent. Ingressi, Ancharanus, & Zabarella super dicta Clementina Exiui, tenent oppositum. Et horum opinio securior, & probabilior mihi probatur: Tum quia hoc officium de facili trahi posset ad quæstum pecuniarium; cùm in orbe non desint multi, qui fraudulenter aliquos nominant, cum quibus participant in pecunia. Vnde, si hic posset esse frater Minor, non vtique esset abstractus, & liber à cogitatione temporalium; quod est contra mentem Regulæ. Tum quia electio est pars executionis, quæ officium de iure ciuili est; quod cadere in fratrem Minorem non potest. Tum etiam quia standum est literæ, dicti §. Annui reditus, quæ generaliter prohibet, ne Minores fratres executionem vltimarum voluntatum suscipiant. Et licèt rationes dicti §. cessent in sola nominatione personarum; dictum tamen generalius est; & ratio non arctat dictum. Vt l. prima §. sessum. ff. de postula. Nec ista fuit sola ratio prohibendi, ne fratres vltimarũ voluntatum executores sint; ne s. sint in iudicio, & ne contrectent pecuniam: sed etiam subest ratio generalis. ne s. auocentur à spiritualibus laboribus, quibus quotidie se debent occupare; vt in Regula dicitur. [Attendant super omnia habere Spiritum Domini, & sanctam eius operationem; orare semper ad Deum puro

Fratres quare non possunt exequi vltimas voluntates.

corde,&c.] Vnde generalis conclusio est, quòd minores fratres negotium alienum non possunt facere suum, cura, & solicitudine, & officii gestione. In his autem consilia dare (secundùm omnes) fratribus non est interdictum: per hoc enim nihil habent officii, seu iuris. Et hoc expressè determinatur in dicto §. Annui reditus. Quod tu verum esse intelligas, quando persona, quæ à fratribus consilium petit, non esset ipsorum fratrum Ordinem ingressura; quandoquidem nostrum ingressuris Ordinem, circa eorum bona consulere non possumus, vt patet ex 2. cap. Regulæ; & expressè extat determinatum in dicta clementina Exiui. §. Cæterùm.

Epilogus.

Habes ergò ex prædictis, eam esse Minorum fratrum paupertatem, vt nedum hæreditatum, possessionum, & redituum incapaces sint; verùm nec legata aliàs licito eis modo relicta, acceptare possint, nisi in parua sint eis quantitate legata, & quòd illis indigeant pro præsentibus, vel imminẽtibus necessitatibus. Quãdoquidẽ cùm ad vsus moderatos, & ad mendicitatem in spe Dei teneamur ex Regula, acceptare non possumus oblata, per quæ mendicitas tolleretur, vel prouisio fieret in futurum notabiliter.

scriptum reperit.

Legatum perpetuum interdicitur fratribus.

67 Idémque dicendum per omnia secundùm prædictos, si relinquatur aliquid perpetuum, diurnum vel menstruum, vel annuum: vel per aliquas diuisiones temporum: vt de triennio in triennium, & similibus, vt ff. de transac. l. cùm hi. §. Si cui, & ff. de alime. & ciba. legatis l. libertis quos. Si enim perpetuum erit legatum, vt singulis diebus, seu mensibus, seu annis, vel per aliquas diuisiones temporum perpetuò soluatur; ex nostra regulæ professione prohibitum, fratribus Minoribus comprobatur. Sic enim expresse definitur per dictam decretalem Exijt. §. Ad hæc quia. Et dixit D. Barthol. libro 2. Minor. distin. 6. capite 2. Et quia Summus Pontifex ibi dicit, quòd per omnem modum fratres Minores ab huiuscemodi legatis se debent abstinere: Inde est, quòd etiam æstimationem dicti legati recipere non debent. Vt Barthol. loco citato annotauit. Nam vnus modus recipiendi legatum est, eius æstitimationem recipere. ff. de legat. 1. leg. si domus. § qui conficietur. Et de legat. 3. leg. non dubium. §. fin.

Legatum ad certum tempus an valeat.

68 Si verò aliquid annuum non perpetuum; sed vsque ad certum tempus, fratribus fuerit legatum: Dominus Barthol. vbi suprà distin. 6. cap. 3. asserit ab huiusmodi legato, debere fratres penitùs ab-

ſtinere. Quia hoc eorum ſtatui repugnat: quanquam propter limitationem temporis, non videatur quid annuum fuiſſe legatum, ſed cenſeatur quid legatum, ſoluendum ad tantum tempus: Quod idem eſt, quòd vna in plures ſolutiones diuiſa præſtatio. Non enim viuerent ſimpliciter in ſpe Dei, ob certam ſpem, quam in illo ſibi facto legato ad tantum tempus haberent: quam ſequitur Seren. conſcientia q. 19 inquiens, (ſed malè) hoc idem tenere Baldum in dicta Authent. Ingreſſi.

Fredericus autem de Senis conſilio præallegato, quem ſequntur Baldus, & Anchar. & Zabarella vbi ſuprà, & Cordub. q. 12. dicit, tale legatum valere, eiuſdémq. fratres eſſe capaces, ſi ad modicum tempus ſit factum: quia potiùs ſumma quædã dilata cenſetur legata, quã aliquod annuum: Nec per hoc videtur mendicitas tolli, ſed aliquo modo ſubleuari. Secùs autem ſi ad longum tempus fieret legatum: quia ſic inter immobilia computaretur, & fratres illud non poſſent recipere. Et prædicti doctores talem putant æquitatem eſſe dicti. §. Annui reditus, alias recipere tres denarios vſque ad tres annos, annui reditus, dicerentur, & inter immobilia cõputarẽtur, quod abſurdũ eſſe videtur. Modicum autem tẽpus, prædicti omnes eſſe putãt, ſi infra decẽ annos, & non vltrà, fiet legatum. Vnde ſi quid

Conſ. 12.

Legata ad modicum tempus qualia ſunt.

Auctoris sententia. fratribus decem per annos singulis infra dictum tempus annis præstandum legaretur; valere, & licitè à fratribus recipi posse, astruunt. Ego verò credo verum esse, si quod singulis annis infra dictum decennium est præstandum, quid minimum sit:secùs autem si magna esset quantitas; ita vt ipsorum fratrum necessitatibus posset per tale legatum per dictum decennium prouideri. Tunc enim per illud præfinitum tempus non viuerent simpliciter in spe Dei; propter spem, quam in illo legato habent, quod contra statum Minorum fratrum, qui mendicitatem in spe Dei profitentur, esse conuincitur: Et sic puto intelligendum fore Bartholum, & esse tenendum.

Anniuersaria defunctorum an sint nobis licita? 69 Ex quibus colliges, quid tenendum sit de anniuersarijs defunctorum. Si enim certa eleemosyna, pro dicendis Missis, annuatim præstanda relinquitur in perpetuum, vel ad longum tempus, non valet; nec eam fratres licitè accipere poterunt. Si autem ad breue tempus, & quid exiguum fuerit; nullo videtur iure prohiberi; licèt nostra Capuccinorum congregatio hactenus hæc non admiserit. Et idem per omnia dicendum est, si aliquid annuum indirectè fratribus relinquatur: vtputà quia grauatur hæres, vt quotannis fratres talis loci vestiat, vel aliquid aliud annuum ipsis soluat. Hoc enim non licet fratribus reci-

pere; nisi quid exiguum sit, & ad breue tempus relictum; quia aliàs in fraudem factum esse censetur vt ff. de donationibus causa mort. leg. quod conditionis, & ff. de condit. & demon. leg. Mæuius. Nisi eo modo & forma quibus suprà in hoc cap. dictum est nu. 45. & annotauit Barth. dicto lib. 2. dist. 6. cap. 4. & Seren. conscien. quæst. 19.

70 Fredericus tamen prædictus consf. 22. & cæteri in locis præallegatis, quos, & Cardinalis Zabarella in dicta Clem. Exiui, & Sere. conscientia. quæst. 20. sequuntur; volunt quòd si quid annuum perpetuum ad diuinum cultum sit relictum; vtputà, quòd Sortes hæres institutus, soluat quotannis vinum pro sacristia, farinam pro hostiis, oleum pro lampadibus, ceram pro candelis, &c. licitè à fratribus recipi possit, etiam quòd in perpetuum sit. Non enim per tale legatum, tollitur mendicitas Fratrum, nec eorum prouidetur necessitatibus; sed Ecclesiæ. Neque in huiusmodi legatis aliquid videtur esse excessus. *Legata Pro rebus Ecclesiæ an liceant.*

71 Quod ego puto verum, si nullum ius, aut ciuilis actio prætendatur, sed humiliter, & eleemosynaliter recipiantur. Quoniam hæc, annui redditus sunt, vt iam ex dictis patet; & monasteria Capuccinorum S. Francisci, & eorum, qui Minorum de Obseruantia vocantur, immobilia, inter quæ ipsi redditus (vt toties dictũ

Nota. est) computantur, ex Concilio Trident. sess. 25. c. 3. habere non possunt.

Fraus in acceptandis legatis quæ potest esse.

72 Tu tamen memoriæ semper habeto: quòd in omnibus legatis, de quibus hactenus diximus, siue pecuniaria illa sint, siue immobilia, siue mobilia, siue reditus; vt ea fratres licitè consequi possint; necessariò est semper attendendum (vt aliàs diximus) quòd in fraudem non sint. In fraudem verò esse scias, (vt annotauit Barthol. in Minorica. lib. 1. d. 2. capite. 1. & libro secundo, d. 1.) si quantitas ita excessiua sit, quòd paupertati derogare videatur; & magis sapiat Thesaurizationem, quàm pro necessitatibus imminentibus receptum. Quòd per Clementinam Exiui, expresè videtur determinatum. §. quia igitur: Dicitur enim ibi. [Nec licet eis valorem hæreditatum talium, vel tantam earum partem, quòd præsumi possit in fraudem fieri, sub modo, & forma legati dimitti sibi facere; vel sic dimissa recipere: quin potiùs ista sic fieri ab ipsis simpliciter prohibemus.] Ex quibus verbis, duo fratribus prohibentur. Vnum scilicet ne sibi hæreditatem, vel tantam quantitatem sub nomine legati dimitti procurent, quòd thesaurizationem sapiat: alterum verò ne sic sponte relicta recipiant. Vnde vnus tãtùm casus licitus remanet fratribus: vbi scilicet eis aliquid de hæreditate legatur, quòd non est tãtum, quòd thesaurizationẽ sa-

piat, & in fraudem præsumi possit. Vt dixit Bartholus in Minorica. lib. 1. dist. 1. capite 1. & lib. 2. d. 1. cap. 1. & Zabar. in Clement.

Quis expediat legata fratribus relicta?

73 SEd quæres, quis talia legata, quæ à fratribus licitè acceptari possunt, in eorum expediet necessitates? Dico quòd fratres nullum (vt toties dictum est) ius habent in rebus sibi relictis; & dominium talium rerum apud hæredes remanet, donec per eos soluantur: vt annotauit Bartholus libro secundo, d. 4. cap. secundo Quoniam secundùm iura, tunc dominiũ rei legatæ recta via transit in legatarium, cùm nominatur expresse, & est capax rei relictæ. In eum verò, cui legatur per consequentiam (vt est Ecclesia Romana, cui nobis licitè relicta, acquiruntur) non trãsit, nisi per hæredem tradatur. Ergò talia legata per hæredes in fratrum necessitates poterũt expediri, vel per executores testamẽtorũ. Vt dixit idem Bart. vbi suprà. c. 3. & habetur expressum in decret. Exiit. §. Ad hæc, vbi dicitur. [Ad quæ legata soluenda, tam hæredes testatorum, quàm executores, se liberales exhibeant.] Quòd si prædicti fuerint circa hæc negligentes, poterunt Episcopi ratione generali, quàm habent in relictis ad pias causas, & Iudices sæculares ex mero officio suo procurare præcedente mora hæredis, seu exe-

Hæredes expedient legata facta fratribus, aut alij.

Episcopus. Iudex.

cutoris testamentorum; putà, si bis fuerint admoniti, & neglexerint, vt in Authentica de Ecclesiast. tit. §· si quis autem: vt talia legata soluantur, & voluntas testatoris adimpleatur, vt dicitur in eadem decretali §. ad hæc. Immò, vt dicit
Ciuitas. Barth. lib. 2. d. 7. c. 3 ipsa ciuitas, seu syndicus illius, hæc facere potest; licèt ipsius ciuitatis nomen non sit in testamento insertum. Quoniam quando aliquid pauperibus pro eorum necessitatibus relinquitur, toti videtur ciuitati relictum, cuius interest, vt pauperibus alimenta non deficiant. Quòd habetur. leg. ciuitatibus ff. de legatis primò, & C. de sacrosanct. Eccles. l. in priuilegio. Atqui Minores fratres in summa sunt paupertate constituti; prædictæ ergò ciuitati obligabitur hæres ciuiliter, & naturaliter, & contra eum habebit ciuitas actionem, vt
Quilibet de populo. prædicta legata soluat. Ex quo etiam sequitur, quòd quilibet de populo petere poterit prædictum hæredem seu testamẽti executorem condemnari, ad prædicta legata soluenda, legitimæ personæ ad hoc deputatæ. Quod tenet Collector priuilegiorum. titul. hæreditas, & cæteri, quos ipse refert, & Sere. consc. q. vltima alphabetica lit. 2. Ea per prædictos sicut repeti, sic etiam talia in fratrum necessitates conuertenda legata, vendi poterunt, quando vendenda sunt; seu veriùs, per alios ab eis constituendos, Idémq; etiam per syndicũ

Romanæ Ecclesiæ indubitanter fieri potest, vt suprà in cap.4. latiùs, dictum est. Licèt exéplarius esset, quòd nō syndicus, sed Episcopus, vel Iudex ex officio suo, aut alius nomine populi, id exequi procuret.

74 Caueant tamen fratrès ne hæc petentibus assistant; hoc enim eorum statui repugnat. Quia sicut in iudicio tanquam actores experiri non possunt, cùm nullam aduersus aliquem, actionem habere valeāt, sic nec in curiis prædicta petentibus licitè assistere poterunt, vt dicitur in Clem. Exiui, versiculo, Amplius cùm non solùm. Nullo enim modo huiusmodi voti,& Reg. professores debent se talibus litigiosis actibus immiscere: vt testimonium habeāt ab his, qui foris sunt, & puritati satisfaciant voti sui, ac per hoc scandalum proximorum euitetur. Immo Ioan. Philip. dicit art.3. quòd licèt possint iudices ex officio suo, seu alii (vt dictum est) cōpellere hæredes, vt adimpleant prædicta legata; non tamen possunt fratres directè, seu indirectè talem compulsionem procurare. Quod intelliges: non posse id cum auctoritate scilicèt, & rigore à fratribus procurari; vt ipsemet ibidem videtur sentire. At simpliciter, & dulciter ipsos rogare hæredes, vt talia soluant legata; vel ipsis nolentibus. Episcopo, vel prædictis aliis, defuncti, & propriam iniuriam ex-

Fratres caueant à curiis pro legatis recuperādis.

tra iudicium patefacere, vt ipsi prout eis placuerit ad talium legatorũ executionẽ procedant; nullo videtur iure fratribus prohiberi. Sed licitè id facere poterunt, vt dixit Sanct. Bonauent. & omnes alij expositores hîc, & Bartho. in Minorica lib. 2. d. 7. c. 7. Quomodo enim hæredes ad prædicta soluenda legata compelli possent; nisi præfati iudices id resciuerint? Quomodo autem agnoscent nobis non esse legata soluta secundùm voluntatem testatoris, nisi à nobis, qui id certiùs cæteris scimus, id eis significetur? Securè ergò procurare poterunt fratres, vt talia eis facta legata adimpleantur, modò absque vllo iure, seu rigore, cauendo à scandalis, litigiis, & assistentia in curiis, id faciant.

Num fratres possint esse executores vltimarum voluntatum?

Fratres nõ possunt exequi vltimas voluntates.

75 VLtimarum autem voluntatum executores esse; expressè fratribus prohibetur, per dictam Clem. Exiui. §. Annui redditus, ver. verùm etiam. Dicitur enim ibi. [Cúmq; dicti Ordinis professores pro nulla re temporali possint in iudicio experiri; prædictis fratribus non licet, nec competit, quin potiùs considerata sui puritate status, debent sibi scire interdictum, quòd huiusmodi executio-

nibus, & dispositionibus se exponant, cùm hæc sæpius absque litigio, & contrectatione, vel administratione pecuniæ, nequeant expediri.] Ex quo patet, quòd vbi executores vltimarum voluntatum vicem hæredis tenent: & ipsi habent actionem mouere, & in iudicijs respondere: in tali casu, executoris officium, ipsis fratribus est penitùs interdictum.

76 Idémque dicendum est, vbi aliqua res vendenda esset, vel distribuenda pecunia; licèt ipse executor, nec vicem hæredis sustineat, nec aliquod timendum esset litigium: quoniam omnis pecuniæ administratio: ipsis fratribus prædictis verbis interdicitur.

77 Num autem executores esse possint, quando sola personarum electio per eos facienda est? Vt puta committitur fratribus executionis officium, in quo nec vicem hæredis sustinent, nec litigium vllum, nulla pecuniæ exactio, seu administratio interueniunt: sed decem, puta, relinquuntur floreni decem pauperibus singuli singulis distribuendi; ita tamen quòd pauperes eligantur, & nominentur à fratribus. Barthol. lib. 3. d. 1. cap. 4. in Minorica, tenet. quòd sic, quia hîc cessant rationes quibus prohibetur ne fratres vltimarum voluntatum executores sint. Nec hîc aliqua fit pecuniæ distributio à fratribus, cùm ab ipso testatore sit distributa, sed tantummodò

Fratres nũ non sint electores pauperum quib. est facienda eleemosyna.

per fratres fit electio personarum. Baldus tamen in Authent. Ingressi, Ancharanus, & Zabarella super dicta Clementina Exiui, tenent oppositum. Et horum opinio securior, & probabilior mihi probatur: Tum quia hoc officium de facili trahi posset ad quæstum pecuniarium; cùm in orbe non desint multi, qui fraudulenter aliquos nominant, cum quibus participant in pecunia. Vnde, si hic posset esse frater Minor, non vtique esset abstractus, & liber à cogitatione temporalium; quod est contra mentem Regulæ. Tum quia electio est pars executionis, quæ officium de iure ciuili est; quod cadere in fratrem Minorem non potest. Tum etiam quia standum est literæ, dicti §. Annui reditus, quæ generaliter prohibet, ne Minores fratres executionem vltimarum voluntatum suscipiant. Et licèt rationes dicti §. cessent in sola nominatione personarum; dictum tamen generalius est; & ratio non arctat dictum. Vt l. prima §. sessum. ff. de postula. Nec ista fuit sola ratio prohibendi, ne fratres vltimarũ voluntatum executores sint; ne s. sint in iudicio, & ne contrectent pecuniam: sed etiam subest ratio generalis. ne s. auocentur à spiritualibus laboribus, quibus quotidie se debent occupare; vt in Regula dicitur. [Attendant super omnia habere Spiritum Domini, & sanctam eius operationem; orare semper ad Deum puro

Fratres quare non possunt exequi vltimas voluntates.

corde, &c.] Vnde generalis conclusio est, quòd minores fratres negotium alienum non possunt facere suum, cura, & solicitudine, & officii gestione. In his autem consilia dare (secundùm omnes) fratribus non est interdictum: per hoc enim nihil habent officii, seu iuris. Et hoc expressè determinatur in dicto §. Annui reditus. Quod tu verum esse intelligas, quando persona, quæ à fratribus consilium petit, non esset ipsorum fratrum Ordinem ingressura; quandoquidem nostrum ingressuris Ordinem, circa eorum bona consulere non possumus, vt patet ex 2. cap. Regulæ; & expressè extat determinatum in dicta clementina Exiui. §. Cæterùm.

Habes ergò ex prædictis, eam esse Minorum fratrum paupertatem, vt nedum hæreditatum, possessionum, & redituum incapaces sint; verùm nec legata aliàs licito eis modo relicta, acceptare possint, nisi in parua sint eis quantitate legata, & quòd illis indigeant pro præsentibus, vel imminētibus necessitatibus. Quādoquidē cùm ad vsus moderatos, & ad mendicitatem in spe Dei teneamur ex Regula, acceptare non possumus oblata, per quæ mendicitas tolleretur, vel prouisio fieret in futurum notabiliter. *Epilogus.*

Num congregationes in futurum fratribus sint probibitæ?

Congregationes in futurum quare pro hibeãtur.

79 HInc etiam est, quòd congregationes in futurum, Minoribus fratribus prohibitæ conuincuntur. Et dictus Clemens V. §. Rursus, decernit. [S. Franciscus (inquit ipse) tam exemplis vitæ, quàm verbis Regulæ ostendit se velle, quòd sui fratres, & filii, diuinæ Prouidentiæ innitentes, suos in Deum iacerent cogitatus, qui volucres cæli pascit, qui non congregant in horrea, nec seminãt, nec metunt. Vnde non est verissimile voluisse eos habere cellaria, vel granaria vbi quotidianis mendicationibus deberent sperare, posse trãsigere vitam suam.] hæc ibi. Vnde vt omnes Regulæ expositores dicunt: contra votum paupertatis est, prouisiones, seu congregationes frumenti, vini, olei, &c. facere in futurum: vbi probabiliter speratur de quotidianis mendicitatibus fratres posse, secundùm suum statum, agere vitam. Quoniam paupertati Euangelicæ altissimæ, quam nos profitemur, est annexa mendicitas. Vnde in Euangelio dicitur, Matth. 6. Nolite solliciti esse in crastinum. Et iterum. Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, &c. Et ideò ad eam pertinet carere

prouiſionibus in futurum, & ſoli Deo confidere. Nec per hoc dicere volo, quòd non liceat mendicare, niſi quod pro vna tantùm die ſufficit, vt ex illis verbis Euangelii. [Nolite ſolliciti eſſe in craſtiſtinum] aliqui dicere voluerunt. Nam, vt Sanct. Bonauent. dicit q. 7. ſuper Regul. per illa verba non prohibetur rationabilis, & debita prouiſio, ſed immoderata: ſeu veriùs indebita ſollicitudo, quæ habet annexam curæ anxietatem, illicitam conquiſitionem, auaram, & ſuperfluam prouiſionem. Et licèt priorum fratrum puritas pro maioris perfectionis ardore, pauciora quàm nunc, conſueuerit ad victum neceſſaria colligere, ex quo populus talem opinionem concepit, quòd nil nobis licet præſeruare in craſtinum: tamen nec tunc, nec nunc neceſſaria ad plures dies mendicare, aliquo nobis prohibitum eſt ſtatuto. Sed tantùm longas ad menſes, vel per annum prouiſiones facere, ex Regula, & declaratione Pontificia nobis prohibitum eſſe probatur, vbi ſcilicet ex quotidianis mendicationibus vitam tranſigere poſſumus. *Mendicare licet ad modicum tempus.*

80 Vbi verò valdè credibile eſſet, quòd vitæ neceſſaria ex quotidianis mẽdicationibus cõmodè inueniri nõ poſſent: licitũ eſſet tũc fratrib⁹ cõgregationes in futurũ rerum neceſſariarũ facere, frumenti ſcilicet, vini, olei, leguminũ, &c. dũmodò ta- *Congregare in futurũ quãdo liceat.*

les prouiſiones moderatæ in diuturnitate, & quantitate fiant, cauendo ſemper ſcandalum. Idque ſatis ex verbis dictæ Clement. Exiui, probatur prohibentis cellaria, & granaria, vbi ſperatur poſſe vitam quotidianis mendicationibus tranſigere: ergò vbi rationabiliter, & probabiliter timetur contrarium, talia nobis nedum non prohiberi, ſed concedi, conuincitur. Et licèt dicta Clem. Exiui, tantùm de congregando vino, & frumento loquatur: eadem tamen eſt ratio de ceteris rebus ad vitæ ſuſtentationem neceſſariis: de ſimilibus enim idem eſt iudicium. Et Ioan. 22. in ſua extrauaganti, Quorundam exigit, ſatis hoc comprobat, illis verbis. [In prædictis congregationibus frumenti, vini, & in aliis ſimilibus, &c.] & de omnibus neceſſariis, Regulæ expoſitores omnes loquuntur. Et quòd talis rationabilis prouiſio vbi neceſſitas id exigit, licitè fieri poſſit, ratio ſatis aperta eſt: quia Regula in caſu neceſſitatis probabiliter imminentis, non arctat nos, quòd abſtineamus à congregationibus rerum neceſſariarũ ad commodam vitæ ſuſtentationem, & executionem officiorum Ordinis. Quia eſſet prohibere neceſſaria; quod nemo ſanæ mentis admittet. Et cum prædictis concordat Zarabella in Clem. Exiui.

Prouiſio debet eſſe rationabilis.

Cauſa prouiſionis in futurum.

81 Notanter tamen dictum eſt; vbi probabiliter creditur per quotidianas mendicationes

dicationes vitam non posse transigere. Quia timor leuis non excusat ad tales prouisiones faciendas; sed tunc tantùm fieri poterant, cùm expertis valde probabile est, quòd sine talium prouisione non possent vitæ necessaria inueniri, Dictum est item, quòd prouisiones fiant moderatæ: quia non conceditur vitium superfluitatis vllo modo; sed solùm prouisio debitæ necessitati secundùm statum nostrum. Ad necessitatem enim est mendicandum; & non ad superfluitatem; quia sic, esset accipere alienum. Vt inquit Auctor conformitatum in Ser. consc. quæst. 83. & omnes Regulæ expositores Et secundùm prædicta, est intelligendus Sanct. Bon. hîc, & quæst. sept. super Reg. dicens. Quòd vbi congruè possumus sine iactura nostra, & aliorum, debemus tempore opportuno nobis de necessariis prouidere. Similiter, & Hugo inquiens, quòd minutorum prouisio, vt fabarum, cicerum, & huiusmodi leguminum, & fructuum, propter eorum modicum pretium, vel raritatem in anno semel venientium, potest pro necessitatibus nostris fieri in futurum. Quod item asserunt quatuor Magistri Vt. s. intelligatur, vbi ex quotidianis mendicationibus non possent eiusmodi inueniri; sicut in dicta Clem. extat determinatum. Ante cuius editionem ipsi ad aliud sæculum euolarunt, & quòd in mode-

Leguminum prouisio licita quando est

rata quantitate, & non ad superfluitatem, fiant.

Iudicium de prouisionibus, ad quos pertineat.

82 De prædictis autem iudicare, quando & quales faciendæ sint prouisiones? Ministrorum, & Custodum simul, & separatim in suis administrationibus, cum consilio, & consensu Guardiani, & duorum discretorum sacerdotum, & antiquorum fratrum in Ordine, iudicio, & determinationi reliquitur; eorum conscientiis specialiter oneratis. Vt patet per Clem. Exiui. §. Rursus; & ex dicta Extrauaganti. Quorumdam exigit. Alii verò fratres subditi, dictorum prælatorum iudicium humiliter sequentes, tuti in conscientia erunt; si modò ipsi in culpa non sint. Nam si ipsi nollent paucis contentari, & eorum gratia congregationes indebitæ per prælatos fierent: omnes tunc in culpa inuoluuntur & maculantur. At vbi talibus congregationibus causam non præstant: tuti in conscientia erunt, prælatorum iudicium sequentes: ac illis parere per omnia tenentur. Vt expressè determinatur per dictum Ioan. 22. in dicta extrauaganti, Quorumdam exigit. Quod infrà num. 95. latiùs dicetur.

Num fratres ad vsum arctum, seu tenuem teneantur?

83 QVoniam omnibus semper persuasum fuit, ad necessitatem tantùm,

non autem ad ſuperfluitatem, eſſe mendicandum: meritò maxima ſemper extitit controuerſia, & dubitatio inter fratres vſque ad tempora Clem. V. An ſ. ex profeſſione huius Regulæ Minoritanæ obligetur frater Minor, ad arctum, & tenuem, ſiue exilem vſum rerum? An verò ad vſum tantùm moderatum? Petrus Aureolus in tractatu de paupertate, & vſu paupere, dicit: quòd ex vi voti paupertatis Euangelicæ à nobis in Regula promiſſæ; non tenentur fratres eſſentialiter ad aliquos vſus pauperes, ſiue arctos, ſiue moderatos: ſed ſolùm ex condecentia. Et nota, quòd vſus arctus, ſeu tenuis, ſeu exilis; & vſus moderatus propriè de eis loquendo, valde differunt: licèt quandoque à Doctoribus confundantur. Vſus enim arctus exilis, tenuis, ærumnoſus, & penurioſus, quod idem ſunt; pro quadam ſpeciali accipiuntur parcitate in excellenti, & notabili gradu pauperis vſus, ſecundùm ſtatum ipſius vtentis. Vſus verò moderatus, accipitur pro quodam vſu rerum temperato, virtute, temperantiæ: attentis debitis circunſtantiis perſonæ, ſtatus, temporis, &c. vt patet ex dicta Clem. Exiui. §. Et ex præmiſſis. Et nos ſecundùm propriam acceptionem vtendo eis, ad tollendam æquiuocationem de medio: proſequimurque ſitum. Ratio autē ipſius Aureoli eſt, quia

Opinio Aureoli.

Differentia inter vſum arctum, & moderatum.

Ratio ſubtilis Aureoli.

de ratione intrinseca, seu essentiali paupertatis formaliter, & directè, solùm est abdicatio iuris ciuilis, dominii, & actionis cuiuscunque politici: vt dictum est suprà in initio huius capituli. In arctatione autem seu limitatione vsus, essentialiter & directè prędicta Euāgelica paupertas nō consistit: sed talis limitatio vsus, accidentaliter, & ab extrinseco à virtute. s. temperantiæ ipsi accidit paupertati. Patet, quia esse in extremo pauperem, & nihil habere, idem sunt; non enim quis pauperior illo esse potest, qui omnino nihil habet. Sed qui de facto caret proprietate, omnique politico iure in re, & vsu rei, quantumcunque ex concessione domini vtatur cibo pretioso, &c. verum est dicere de illo, quod est pauper in extremo, cùm omnino nihil iuris in aliqua re habeat, qua vtitur: ergò paupertas extrema dominium, & ius omne politicum abdicat, vsum autem non moderatur ipsa, sed moderantiæ virtus. Idque confirmat ex declaratione Nicol. 3. in Decretali, Exiit. §. Porrò, vbi dicitur, quòd abdicatio omnium rerum tam in speciali, quàm in communi sanctissima eit; quām Christus docuit & obseruauit. Et vbi de vsu moderato agit, nil dicit; an ad paupertatem Euangelicam pertineat, vel non. Cui consonare videntur verba cap. Exiui, §. Et ex præmissis. Vbi dicitur, quod assere-

re, ſicut aliqui aſſerere perhibentur, hæreticum eſſe, tenere, vſum pauperem includi, vel non includi ſub voto Euangelicæ paupertatis, præſumptuoſum, & temerarium eſt. Patet etiam ex Regula noſtra c. 6. vbi dicitur, (fratres nihil ſibi approprient.) Et ſubditur. (Hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis.) Et tamen ibi nulla fit mentio de vſu taliter vel taliter limitato. Et hoc ideò, quia virtus huius Euangelicæ paupertatis eſſentialiter conſiſtit in quodam exteriori, priuatuio, ſ. in abdicatione omnis dominii, & iuris ciuilis cuiuſque rei: & in quodam interiori poſitiuo. ſ. in firmo propoſito non habendi prædicta Vnde exilis, aut accommodus vſus non videtur ingredi eius eſſentiam; ſed accidit ei, & multùm iuuat ad conſeruationem eiuſdem. Et vrgentiſſima ratione probatur, quia Chriſtus altiſſimam vtique Euangelicam paupertatem conſuluit, eámque in ſummo habuit gradu: & tamen vſum pauperem in ſummo gradu, quò ad cibum, veſtitum, domum, &c. minimè habuit. Immo Ioannem Baptiſtam arctiorem vſum ex Euangelio habuiſſe conuincitur: cui erat cibus locuſta, & mel ſylueſtre; veſtitus tunica de pilis camelorum; & erat ei pro domo, deſertus, & aqua potus. Ex quo ſatis patet, vſum arctum taliter vel taliter limitatum, non eſſe de ratione eſſentiali Euangelicæ paupertatis.

Paupertas Euangelica in quo conſiſtat.

Vouens vnam virtutem, an teneatur ad annexa virtuti illi

84 Indirectè tamen, & occasionaliter, ad eam pertinere dignoscitur: quia eam lædere, & conseruare potest sicut accessorium ad illam. Et ideò licèt non ex se, ex alia tamen virtute, scil. temperantiæ, vsum sic, vel sic modificatum, ex decentia, habet annexum. Qui enim in aliquo statu aliquam virtutem vouet, ex condecentia obligatur ad actus aliarum virtutum, illi virtuti, seu statui annexarum. V. g. vouens castitatem, tenetur ad ieiunium, ad eam conseruandam opportunum: & fugere consortia, aspectus, & verba lasciua. Sic vouens paupertatem, ad eas tenetur virtutes, quæ paupertati connectuntur: vt est humilitas, vitæ parsimonia, sufficientia seu moderantia. Tenetur enim ex condecentia ad humilitatem, vt. s. vilibus induatur. Ad parsimoniam, seu austeritatem, vt nolit lautis assiduè epulari. Ad sufficientiam, seu moderantiam, vt necessariis sit contentus, & nolit habere superflua. Quoniam pauper superbus, abominatio est mundi, & pauper delicatus, abusio claustri. Vt ait Hugo, de scala claustralium. Hos

Not. verò actus pauperes, humilitatis scilicet, parsimoniæ, moderantiæ; non præfata Euangelica paupertas formaliter facit, sed prædictæ virtutes ei connexæ. Quoniam (vt diximus) prædicta Euangelica paupertas essentialiter, & per se, omne ius abdicat, & domi-

nium. Vsum verò per se, & essentialiter, ipsa non moderatur, sed aliæ secundariæ virtutes sibi connexæ: prout decet, & congruit, considerata conditione personæ, status, & aliis circumstantiis.

85 Et sicut ipsa castitas, seu virginitas, quæ materialiter consistit in quodam exteriori priuatiuo, putà in non expertum fuisse aliquando aliquam delectationem veneream; & formaliter in aliquo interiori positiuo putà in firmo proposito nunquam huiusmodi delectationem experiendi, nusquam essentialiter & intrinsecè læditur, nisi in vtroque, vel altero horum duorum modorum lædatur: licèt in aliis virtutibus ei annexis aliquãdo offendatur, vanis .s. aspectibus cõsortiis, &c. Sic paupertas ipsa quæ (vt diximus) in aliquo exteriori priuatiuo consistit, scilicet in abdicatione dominii & iuris omnis politici, & in quodam interiori positiuo, scilicet in firmo proposito nunquam aliquod dominium seu ius politicum habẽdi: nusquam essentialiter & intrinsecè lædetur nisi vtrumque, vel alterum prædictorum amittatur. Quare quæcunque variatio in vsu paupertatem ipsam essentialiter, & intrinsecè non corrumpit. Adeò vt si pauper Euangelicus continuè cibis vesci voluerit delicatis, & pretiosis vestibus indui; lædet quidem intrinsecè, seu essentialiter virtutes

Castitas in quo consistat.

ipſis paupertati connexas putà temperantiam, ſeu ſufficientiam, & humilitatem: non tamen lædet formaliter ipſam eſſentiam Euangelicæ paupertatis. Modò in firmo propoſito intus, & in exteriori adſit omnimoda abdicatio cuiuſque dominii, ſeu ciuilis iuris in quacunque re, & vſu rei: vtendo ipſis rebus pretioſis, tanquam omninò alienis, & non ſuis. Vnde ipſe Aureolus concludit, quòd ex voto altiſſimæ Euangelicæ paupertatis, non tenentur fratres Minores ad vſus pauperes eſſentialiter; ſed ſolùm condecenter. Quia vouentes ipſam paupertatem, non vouent actus aliarum virtutum, & paupertas hæc eſt priuatiua dominii, non moderatiua vſus. Sed quia (vt dictum eſt ſuprà) vouens aliquam virtutem, obligatur ex condecentia ad actus aliarum virtutum illi principali virtuti connexarum; ideo ex condecentia ad vſus pauperes, Minores fratres tenebuntur ex vi voti paupertatis, reſpectu humilitatis, parſimoniæ, moderantiæ ipſi pauperitati annexarum.

Auctoris ſententia

86 Tu tamen aduerte, quòd licèt diſcurſus prædicti Doctoris ſit bonus & ſubtiliter probet, quòd limitatio vſus ſic, vel ſic, eſſentiam Euangelicæ paupertatis non reſpiciat, & ſic ex voto paupertatis prædictæ, non teneantur fratres ad tales vſus ſic limitatos, ſed tantùm ex cõdecentia. Non tamen (vt reor) dicere

voluit, quòd liberum sit fratribus in vsu abundare absque mortali culpa; et ad nullos arctos vsus ex sua professione teneri. Certum est enim, quòd sub mortali culpa Minores fratres ex professione suæ Regulæ ad illos arctos vsus obligantur, qui in ipsa Regula continentur expressè; & eo modo, quo ibi ponuntur. Vt patet ad literam per Clemētem V. in c. Exiui, eodem §. Qui sunt omnium rerum abdicatio; habitus asperitas & vilitas; vestimentorum paucitas; pedum terræ, & aëris iniurijs exposita nuditas; interdicta equitandi potestas; victus mendicata necessitas; acquirendi pecunias; sublata possibilitas.

Fratres tenentur ad arctum vsum aliquarum rerum.

Dicitur enim ibi. [Volentes itaque conscientiarum fratrum prouidere quieti, & altercationibus finem dare, declarando dicimus; quòd fratres Minores ex professione suæ Regulæ specialiter obligantur ad arctos vsus, seu pauperes, qui in ipsorum Regula continentur, & eo obligationis modo, sub quo continet, seu ponit Regula dictos vsus.] Sic item declarauit, & confirmauit Sanctus Bernardinus in sua Epistola. Cæterarum verò rerum vsus, de quibus nulla fit in Regula expressa mentio: licèt non arctus, & exilis, seu ærumnosus, moderatus tamen, & non superfluus, neque curiosus esse debet.

Superfluũ curiosũ & pretiosum prohibentur.

87 Quòd enim omnis superfluitas, curiositas, & pretiositas circa omnes res, quæ ad victum, vestitum, habitationem, diuinum cultum, sapientiale studium, seu ad officiorum nostri status executionem spectant; sit nobis ex Regula prohibita, patet clarè. Quoniam illicitum probatur viuenti de mendicatis: ad vsum superfluum, curiosum, & pretiosum eleemosynas mendicare. Patet item ex declaratione Nicoli III. capite. Exijt. §. Insuper nec vtensilia. Vbi dicitur: quòd nec vtensilia, nec alia, quorum vsus licitus est fratribus ad necessitatem, & officiorum sui status executionem, habere possunt ad vllam superfluitatem, diuitias, seu copiam, quæ derogett paupertati. Quinimo in omnibus apparere in eis debet, quò ad dominium omnimoda abdicatio, & in vsu necessitas. Et Clement. quint. in dicto cap. Exiui. §. Quamuis, de vasis, & vestibus sacris loquens, dicit. Quòd Deus per illas sibi seruiri non vult, quæ suorum seruorum conditioni, & statui non consonant: propter quod sufficere debent fratribus paramenta, & vasa Ecclesiastica decentia, numero, & magnitudine sufficientia competenter. Supefluitas autem, aut nimia pretiositas, vel quæcunque curiositas in his, seu alijs quibuscunque; non potest ipsorum professioni, vel statui conuenire. Cùm enim hæc sapiant

thesaurizationem, aut copiam, paupertati tantæ (quòad humanum iudicium) derogant manifestè. Quapropter præmissa seruari à fratribus volumus, & mandamus.] hæc ibi. Ex quibus verbis clarè constat, quòd & in diuinis ministerijs, & in alijs quibuscunque rebus nostro inconuenit statui nimia superfluitas, curiositas, vel pretiositas, & sic obseruari mandatur. Idque satis probatur ex vnanimi expositorum sentẽtia, vt patet per quatuor Magistros, Hugonem, Bartholum, Pisanum, Petrum Ioannem, & cæteros in hoc 6. cap. & Sere.consl.q. 9. Qui vno ore fatentur vsum abundantem, curiosum, vel pretiosum quarumcunque rerum nobis esse interdictum.

88 Ex quo sequitur, quòd cùm nullus alius arctus, & exilis vsus, qui in Regula non sit expressus, nobis sub præcepto demandetur; & superfluus, seu curiosus, vel pretiosus nobis (vt ex prædictis patet) sit prohibitus; moderatus tantùm vsus, seu accomodus nobis licitus conuincitur. Quod expresse videtur determinatum in dicto capite. Exijt. §.Porrò. Vbi dicitur [Quinimmo necessariarũ rerum, tam ad vitæ sustentationem, quàm ad officiorum sui status executionem (exceptuato, quod de pecunia infrà subiungitur) moderatus vsus, secundùm eorum Regulam, & veritatem omnimodam cõcessus est fratribus.] Et iterũ

Vsus rerũ moderat⁹ licitus est.

Moderatus vsus.

per sanctum Bernardinum, & Ioannem de Capistrano, & alios viros Religiosos, & doctos: magna est disputatione, & examinatione idipsum determinatum, vt patet in Epistola prædicti Sancti Bernardini. Quare supefluitas, & curiositas, & pretiositas, discerni, seu iudicari non debet respectu necessitatis arctæ, seu arcti vsus, sed moderati: quia vsus moderatus non potest dici superfluus, curiosus, vel pretiosus, & per consequens nec vitiosus, vt idem S. Bernardinus in dicta epistola dicit. Vnde ipse inquit, quòd vsus carnium in loco vel extra locum, in Regula fratribus non prohibetur; licèt non deceat, nisi moderatus, & discretus. Et calices, & patenæ argenteæ, (dúmmodo non nimiæ, & excessiuæ magnitudinis, & pretiositatis sint) si habeantur, nostro statui non repugnat. Immò satis decens est, eas habere ad euitandam immundiciam erga sanctissimam Eucharistiam: & videtur esse de mente Sancti Francisci Patris nostri, in suo testamento dicentis: [Et hæc sanctissima mysteria super omnia volo honorare, & venerari, & in locis pretiosis collocare.]

Art. 6. Pretiositas an liceat in rebus Ecclesiasticis.

Condecēter quid significet.

89 Nec puto Aureolum contrarium sensisse. Nam licèt ipse asserat, quòd frater Minor ex voto huius altissimæ paupertatis non teneatur essentialiter ad vsus pauperes seu moderatos, sed

solùm condecenter: Illud tamen (condecenter) non accipitur ibi, quatenus condistinguitur à necessariò, quasi velit dicere, quòd non necessariò, sed ex sola condecentia Minoritatanæ paupertatis professor ad moderatum vsum teneatur; sed ibi sumitur, quatenus condistinguitur contra indecens. Vnum enim (inquit ipse) de abominabilibus, est pauper superbus, & vna de abusionibus est pauper delicatus; ergò vouens paupertatem tenetur ex condecentia ad humilitatem, ita vt induatur vilibus, ad parsimoniam, & austeritatem, ita vt nolit assiduè epulari lautiùs, hæc ibi. Ex quibus verbis patet Aureolum voluisse dicere, quòd licèt vsus sic, vel sic limitatus non sit essentialis voto paupertatis; condecenter tamen illud comitari debet. Quandóquidem indecentissimum est, & abominabile; paupertatis altissimæ professorem velle abundare, & lautè viuere. Vnde circa finem articuli tertij dicit, [verum est tamen, quod virtutes moderantes vsus pauperes, concomitari debent statum Religiosorum plusquàm statum communiter viuentium.]

90 Quòd si fortè aliter intellexit, quòd scilicet ex condecentia, & non ex necessitate ad vsus sic, vel sic limitatos huius Regulæ professor teneatur ex suæ Regulæ professione; Tu dic, sicut antiqui fratres *Vsus vere liciti, & il liciti in Regul.*

nostri omnes dixerunt, & determinauerunt; vsum moderatum includi in voto professionis nostræ. Regula enim nostra vsum quemdam simpliciter reijcit, & interdicit, vt putà vsum pecuniarium; possessionum,& redituum: vt in 4. & hoc 6. capite dictum est. Quemdam simpliciter exigit, vt est simplex vsus facti absque aliquo ciuili iure in re, vel vsu rei; quemdam verò rerum nobis licitè vtibilium vsum, sub rationabili circunstantiarum moderatione restringit, & recipit. Vnde Ioannes Pirinus, de dispensatione fratrum Minorum, notabili secundo, dicit. Dominium rerum, & possessio excluditur à Regula fratrum Minorum: vsus autem pauper, seu moderatus, includitur intra substantiam eiusdem Regulæ, & intra votum, seu professionem ipsorum. Cuius dictis, satis suffragari videtur, dictum cap. Exiui, articulo 8. §. Circa equorum, illis verbis. [Dicere autem sicut aliqui asserere perhibentur, quòd hæreticum sit tenere, vsum pauperem includi, vel non includi sub voto Euangelicæ paupertatis, præsumtuosum, & temerarium iudicamus.] hæc ibi. Quibus verbis satis innui videtur, vtrúmque dici posse; vsum scilicet pauperem, seu moderatum non includi, & eundem includi in ipso Euangelicæ paupertatis voto: dum alteram partem tanquam veram asserere, alteram tanquam falsum exclu-

Ioannes Pirinus.

dere, præsumptuosum, & temerarium iudicatur. Non enim includitur talis vsus essentialiter in voto perfectæ paupertatis Euangelicæ, quia eius non ingreditur essentiam cùm ipsius essentiale sit, omne penitùs dominium, & ius ciuile abdicare. Includitur autem tanquam accidens necessarium, & connexum: sicut albedo in cygno, seu nigredo in coruo. Ita vt, non vera censeatur paupertas, vbi vsus moderatus non est; sed quotidie affluens, & abundans. Virtus enim moderantiæ, ipsam necessariò paupertatem Euangelicam sequi debet; cuius est moderari, qualis liceat vsus tantæ paupertatis professori. Qui quidem non nisi moderatus esse debet, & non superfluus; vt ex capite. Exijt, §. Porrò, extat determinatum, & ab expositoribus omnibus. Vnde Sanct. Bonauentura in litera, quam de consensu, & determinatione Capituli Generalis misit per totum Ordinem inquit. [Quoniam paupertas est nostra prærogatiua sublimis, sic sumptuositatem ædificiorum, librorum, vestium, ac ciborum studeas amputare; quòd à professionis excellentia, vitæ obseruantia non discordet. Fædum enim est, & prophanum mendacium, paupertatis se professorem asserere; & rerum penuriam pati nolle, interiùs diuitum instar velle affluere, & exteriùs more pauperum mendicare] hæc ibi. Idémq;

Paupertas non est vera sine vsu moderato rerum

S. Bonau.

in legenda maiori Sancti Francisci inquit; [Quòd ipse Beatus Pater, quando videbat domos fratrum alicuius apparentiæ, quæ tamen nunc reputarentur vilissimæ, & paupercuIæ, nolebat venire ad eas, & mandabat dirui: vt pauperum more pauperculas casas erigerent, vel fratres inde amouerentur, si quid ibi sumptuositatis cerneret, quod paupertati per omnia non consonaret.] hæc ibi. Et

Henricus. Henricus de Gandau. quolib. septimo, quæstione 29. super illis verbis Pontificum, paupertatis sanctissimæ sectatores, inquit. [constat autem, quòd si abundè, delitiosa, vel cuciosa, & mollia in vsu sunt; talis paupertas magis rediculosa quàm sanctissima censeretur.] Nec

Vbert. summus Pontifex, vt notat Vbertinus sustineret quòd sub bulla sua, hæc paupertas prædicaretur altissima; si vsus esset affluens. Immò & communis animi conceptio omnium rectè sapientium, aut potiùs non desipientium sic habet; quòd nobis non licet viuere abundanter more præbendatorum, & habentium reditus: ex quo sumus in statu paupertatis, & mendicitatis, & pœnitentiæ ad acquirendum virtutes, & perfectiones, quæ ex paupertate, & pœnitentia, & abstinentia prouenire solent, de quibus infrà di-

Vitia nascentia ex vsu opulento. cetur. Quòd si fratres vsum vellent habere opulentum, nedum hæc paupertas ad dictas virtutes acquirendas non con-

duceret: sed ad multas deordinationes induceret, quæstuum, sollicitudinum auaritiæ, hypocrysis, adulationis, importunitatis, simoniæ, &c.

91 Et quia non restat amplius de hoc dubitandi locus; cùm sit determinatum per dictam decretalem, Exiit, & per dictam Clem. Exiui. §. porrò, vbi etiam expressè dicitur. Vt nullo modo fratres deinceps fieri faciant, aut fieri sustineant Ecclesias, vel alia quæcunque ædificia, quæ considerato fratrum inhabitantium numero, excessiua in multitudine & in magnitudine debeant reputari: Sed vbique in Ordine temperatis, & humilibus ædificiis sint contenti, ne huic tantæ paupertati promissæ, quòd patet oculis, contrarium foris clamet. Et de paramentis, & vasis Ecclesiasticis idem dicit, vt dictum est suprà.

92 Ideò resolutoriè dices. Quòd sic licitus est nobis vsus rerum moderatus, quòd necessarium est cauere de superfluitate, curiositate, & pretiositate, & paucis tenemur cõtentari secundùm nostrũ statum. Et qui oppositum facit, vsum habens notabiliter abundantem curiosum, vel pretiosum: vel qui est in proposito firmo se nolle prædictis carere, nullàmque penuriam pati velle propter Regulæ obseruantiam; sed vult esse certus de suo ordinario victu & vestitu, ac si esset præbendatus: in statu est damnationis.

Epilogus notabilis de vsu rerum.

Nam hîc est in continua transgressióne suæ professionis; vel saltem in voluntate, & proposito firmo transgrediendi votum, & Regulam suam: cùm sub mortali teneamur cauere vsum notabiliter abundantem, curiosum, vel pretiosum rerum omnium, quibus vtimur. Et hoc expresse habetur in enchiridione fratrum Minorum, & per Cordu. hîc q. 13. punct. 3. dub. 8. 11. 12.

Et secundùm prædicta debent intelligi omnes doctores vbicunque dicunt, quòd ex vi professionis nostræ tenemur ad arctum, & strictum vsum rerum: hoc est, ad vsum moderatum, & accommodum. Vt patet ex dicta decretali, Exiit, & S. Bernar. in Epistola, art. 4. & Ioann. Pirino notabili 2.

Quis censendus sit vsus moderatus.

Vsus moderatus quis, & qualis esse debet.

93 QVis autem vsus debeat moderatus censeri, in quantitate, & qualitate secundùm statum, & professionem nostram: non potest dari certa, & punctualis Regula. Sed moderatio dicti vsus, debet attendi secundùm qualitatem personarum, varietatem temporum, locorũ conditiones, & alias occurrentes circunstantias. Vt dixit S. Bernar. vbi suprà, & Vbertin. in Seren. consc. q. 11. & communiter doctores hîc. Non enim idem de-

bet esse vsus rerum sanis, & ægrotis. Et tẽpore festiuo, seu alicuius solennitatis, aut magni laboris, & exercitij; reputabitur moderatus cibus, qui aliàs erit delicatus, & lautus. Idémque dicendum est tempore conuiuij; & quando cum magnatibus comeditur. Erítque vilis hîc vel ille cibus in vna regione, vel loco; qui erit delicatus, & pretiosus in altera. Et ideo hæ circunstantiæ sunt attendendæ; vt moderatus vsus rerum dici possit, an non.

94 Et quoniam de his iudicare non erit facilè: ideo Ministris, & custodibus, vel his, quibus à præfatis fuerit commissum, à Nicol. 3. & Clem. V. prędictis, relinquitur iudicandum. Vt patet in decretali. Exiit. §. Insuper nec vtensilia, & §. Quamquam, & cap. Exiui. §. Rursus. Nec huius vsus moderantiam, (quæ nihil aliud est quàm medium quoddam paupertatis virtutis, secundùm rationis adæquationem sumptum) sic in voto Regulæ nostræ, & Euangelicæ paupertatis, includi intelligas: quòd omnis scilicet excessus, & immoderantia in vsu, sit mortale peccatum, ac voti substantiam interimens. Sed solùm quando est talis, & tanta; quòd meritò censeri debeat tantæ promissæ paupertatis statum enormiter lædere. Aliæ autem immoderantiæ, peccata venialia erunt: vt dixit Vbertinus in Seren. conscientia, q. 11. Ioannes Pirinus vbi suprà. Petrus Anchar. & Cardinalis,

Excessus in vsu rerum non semper est mortalis.

Zabarella in Clem. Exiui. Ideo toties repetitum est illud verbum (Notabiliter) quia tantùm notabilis excessus mortale peccatum inducit. Et de tali moderantia (vt diximus) prædictorum prælatorum est iudicare.

Subditi stent iudicio prælatorum in vsu rerum quãdo dubitant.

95 Quando autem subditi arbitrarentur prædictos Ministros, & Custodes malè circa prædicta se habere; immoderatum, & superfluum vsum, curiosum vel pretiosum procurando, & procurari mandãdo; relaxatè interpretando, & iudicando de moderato vsu possent tunc, & deberent (si viderint expedire) suum iudicium prædictis prælatis humiliter notificare. Quòd si eorum sententiæ & iudicio non assenserint; ipsorum prælatorum determinationi, & præcepto obediant, & proprio non innitantur sensui: quia attentis circunstantiis prædictis, non est facile, vt dixit Sanct. Bernardinus, de excessu iudicare. Et ideò prælatorum iudicio proprium supponere debent; & patienter expectent visitationem superioris Prælati, cui propriam sententiam & iudicium notificare poterunt. Quòd si adhuc Regulam à talibus relaxationibus, eas superiori prælato reuelando, expurgare non poterunt; relinquant iudicio diuino: & sic faciendo tuti erunt subditi in conscientia, aliàs non. Hoc tamen verum esse intelligas, si cum aliqua dubietate arbitrentur subditi esse

vſum immoderatum, & ſtatui noſtro indecentem: tunc enim ipſis prælatis, quorum eſt, de his iudicare, debent obedire. Sed ſi certitudinaliter, & manifeſtè abſque dubio prædictos prælatos relaxatè contra Regulæ puritatem de vſu moderato agnouerint interpretari, & iudicare; tunc non deberent eis in hoc obedire. In dubiis enim tantùm, aut in non apertè manifeſtis; non autem in manifeſtis, & claris, obediendum eſt superioribus contra profeſſionem noſtram mandantibus, vt patet ex cap. quid culpatur. 23. quæſt. 1. Et annotauit S. Bernard. in prædicta Epiſtola. articul. 3. & 7. & habetur in tractatu decem plagarum, plaga. 2. 3. & 4. & de neceſſariorum congrua ſolutione, §. Ex quibus omnibus, in fine. Cum quibus cōcordat Scot. in 4. ſent. diſt. 3. q. 4. & ita intelligendum eſt quod ſuprà n. 82. dictum eſt, ex determinatione Ioan. 22.

In dubijs parēdum eſt prælatis.

96 Et ſi quæras Vtrum minores fratres ex vſu immoderato, & abundanti ſeu potiùs ex abuſu circa prædicta maculentur? Ad id Sanct. Bernardinus reſpondet, quòd licèt in locis aliquibus magna eſſet ſuperfluitas, curioſitas, vel pretioſitas ex eis non vitiarentur fratres omnes. Sed ſolùm has relaxationes introducentes, vel illis conſentientes, vel non reſiſtentes, qui ad id ex officio tenentur, & quicunque alij commodè reſiſtere poſſunt, &

Dubium Solutio. Abuſus rerū, quādo maculat fratres.

non faciunt: & non alii, qui dictis rebus vtuntur ob aliquam necessitatem, vel scandali euitationem. Vnde, & Clem. V. licèt decreuerit ædificia nimis sumptuosa Minorum fratrum statui non conuenire: sub pœna tamen excommunicationis præcepit, ne dicta loca iam recepta, aliquando fratres absque Sedis Apostolicæ licentia relinquant. Excedentia enim superfluitatis, & curiositatis non est sufficiens causa, propter quam fratres recedere debeant à loco. Hæc ibi. Ex quo facilè fratres agnoscere poterunt, quia nolunt paucis contentari, & conturbant domum, vel prælatos, cuius gratia prælati ipsi mouentur ad prædictos abusus: contra Regulam, magis, vel minùs est in culpa, secundũ quòd magis vel minùs sunt in causa talium abusuum. Vt videri potest ex Sanct. Bonau. in sua apologia. q. 14. & Hugone super Regul. hîc.

Num sit licitum fratribus de mendicatis viuere?

97 CVm ergò tanta sit minoritana paupertas, vt nullum ius in re, nec vsu rei ciuile seu politicum admittat sed in spe Dei, mendicitati innitatur ad vitæ necessaria Ideò exemplo Christi nos Pater Sanct. exhortatur, ne verecunde-

mur mendicare; ſed potiùs lætemur, & gloriemur. Quia datum eſt nobis nihil in hoc mundo habentibus, pro nomine Ieſu penuriam, & contumeliam pati: cùm ipſe Dominus Ieſus Chriſtus pro nobis in hoc mundo ſe pauperem fecerit: Inquiens.

Tex.

IN paupertate, & humilitate domino famulantes, vadant pro eleemoſyna confidenter. Nec oportet eos verecundari, quia dominus pro nobis ſe pauperem fecit.

EX quo habes, quòd nedum licitum, verùm etiam, & meritoriũ eſt fratribus viuere de mendicatis; modò debitè ſuam profeſſionem ſeruent. Licitum enim eſt cuique de re ſibi aliquo modo debita viuere: at bono Religioſo debita eſt ſuſtentatio ad victum, & veſtitum, & executionẽ ſui officij. Bonus enim Religioſus ſpirituale ſaltem beneficium hominibus tribuit, altari miniſtrando, officio diuino inſiſtendo, & cæteris huiuſmodi: ergò licitum eſt ei, ex mendicatis viuere, cùm naturali iure cõpẽſatio debita ſit. Quòd item meritoriũ ſit pro Chriſti amore ſe pauperem facere, & viuere ex mendicatis, ex eo conuincitur: quia Chriſti conſilium eſt, relictis omnibus ipſum ſequi in humilitate, & paupertate: & *Mendicare eſt licitum, & meritoriũ fratribus.*

Christi seruare consilia meritorium, & supererogatorium esse, non est, qui neget absque temeritate, & errore. Idque eiusdem Domini exemplo firmatur, qui aliquando voluit esse mendicus, iuxta illud Psal. 39. Ego autem mendicus sum, & pauper. Quod non in persona Dauidis, qui mendicus non fuit sed in persona Christi dictũ est. Et in cõsilio Constantiensi tanquam erronea, temeraria, & scandalosa Ioannis Hus fuit opinio reprobata; asserentis, Religiosos non per mendicitatem, sed ex labore manuum debere viuere. Et Guillelmi de sancto amore tractatus, in quo asserebatur Mendicantes saluari non posse, tanquam erroneus, & detestabilis per Alexandrum. Quartum fuit damnatus, & coram Aloysio Francorum Rege igni traditus; & ipse magistrali auctoritate priuatus, è Gallia factus est exul vt habetur in Chronicis fratrum Minorum. tom, 2. lib. 1. cap. 43.

98 Dixi, si fratres debitè suam professionem seruauerint; quia ad licitè viuendum de eleemosynis necessariò exigitur, quòd fratres in spiritualibus aliquo modo recompensent suis benefactoribus. Vt vnanimes Doctores fatentur super illud Apostoli 2. Thess. 3. num. 10. si quis non vult operari, nec manducet. Non enim approbatur mendicitas, vt Mendicantes otio vacent; sed vt melioribus,

ribus, & spiritualibus exercitiis debitè occupentur: vt patet per Sanct. Thom. 22. quæst. 187. art. 4 & satis est dictum suprà cap, 5. Qui verò debitè suam professionem seruauerint, licitè necessaria vitæ eleemosynaliter petere & ab omnibus fidelibus potentibus dare, recipere poterunt: vt patet per summistas, tit. eleemosyna. Immo & Clemens Quartus concessit, vt Minores fratres liberè in terris excommunicatorum commorari possint: & ab eis tunc, & quando per huiusmodi terras transire eis contigerit, necessaria vitæ deposcere, & recipere valeant. Et Alexand. Quartus concessit, quòd de malè acquisitis, quorum restitutio non debetur alicui certæ personæ, licitè possint fratres eleemosynas recipere ab executoribus testamentorum. Et idem est de vsuris & rapinis, & aliàs malè acquisitis, si personæ, quibus horum restitutio fieri debet, omninò inueniri, & sciri non poterunt Et hoc ex priuilegio Vrban. IV. concesso Carmelitis, quod nobis ex communicatione priuilegiorum commune est: vt habes in compendio priuilegiorum tit. eleemosyna.

Ab excõmunicatis petere licet eleemosynas.

99 Et si quæras, an mortaliter peccent Religiosi viuentes de elemosynis; si ab actibus religiosis, ad quæ tenentur desistunt; non viuentes, vt bonos decet Religiosos? Dico, secundùm Sanct. Tho-

Religiosi viuentes de eleemosynis quãdo peccant

22. quæst. 107. art. tertio quòd tunc tantùm mortaliter peccare censendi sunt, cùm ingratitudo mortalis interuenerit; aliàs tantùm venialiter peccabunt. Quæ quando sit videri potest suprà cap. quinto num. 7,

Obiectio. 100 Et si dicas, non multùm videri meritorium de oblatis, & mendicatis viuere, cùm meliùs sit eleemosynas dare, quàm accipere: iuxta illud, Beatius est magis dare, quã accipere, Act. 20. Ad hoc respondet *Solutio.* Sanct. Bonau. quòd ex hoc beatissimi sunt qui omnia propter Deum dederunt. Et nemo perfectiùs erogat, quàm qui sibi propter Deum nihil reseruat; vt sunt Minores fratres. Et si recipere diminuit de beatitudine; ergò qui magis recipiunt, magis deficiunt; & qui minùs recipiunt, minùs deficiunt: atqui fratres minores minùs recipiunt de bonis temporalibus præ cæteris Religiosis omnibus, ergò ipsi præ cæteris minùs deficiunt à beatitudine. Nos enim fratres Minores, cùm possemus viuere sicut alii clerici in statu honoris, dignitatis, & affluentiæ; & sicut cæteri Religiosi cum reditibus & possessionibus: omnibus renuntiantes propter Deum, in statu humilitatis, & penuriæ viuimus, tantùm ad vitæ sustentationem contenti necessariis. Ampliùs, licèt dare simpliciter, beatius sit, quàm accipere, si hæc inter se inuicem absolute con-

Dare an sit beatius, quam accipere.

ſiderentur. Attamen cum tantæ paupertatis voluntaria circunſtantia tantæque humilitatis, voluntariè propter Deum neceſſaria mendicādi; melius eſt recipere quàm dare. Et Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſuos diſcipulos ad eleemoſynas recipiendas informauit; dum temporalibus nudos per ſæcula deſtinauit, vt ederent, & biberent, quæ apud homines ſunt; quæ, & ipſe ſeruauit aliquandò. *Luc. 10.*

Quam altiſsima ſit paupertas fratrum Minorum.

101 ET cùm ad tantam mendicitatis paupertatem, ſuos Pater ſanctus exemplo Chriſti adhortetur fratres; ad eandemmet inuitat, quoniam per eam & hæredes, & reges regni cœlorum inſtituuntur, & virtutibus (quantum ex ipſa eſt) ſublimantur. Inquiens.

HÆc eſt illa celſitudo altiſsimæ paupertatis, quę vos chariſsimos fratres meos hęredes, & reges regni cœlorum inſtituit, pauperes rebus fecit, & virtutibus ſublimauit. *Tex.*

102 VEre vtique altiſſima hæc paupertas eſt; cùm nullus talis ſtatus *Paupertas Minorum altiſſima.*

inter sæculares homines, ob aliquam quãcunque causam aliquo iure reperiatur institutus. Homines enim liberi, quorum status integer est; dominium, & auctoritatem super suis facultatibus habere probantur. Quorum autem status propter pœnam minutus est, vt in deportatis in insulam; licèt ea, quæ iuris ciuilis sunt, perdant, vt est posse testari, aut eis legari, &c. ea tamen, quæ iuris gentium sunt, vt est emere, vendere, alimenta repetere, &c. apud se retinent: quoniam hæc sibi acquirere possunt, & actiones habere. Status verò eorum, qui sunt serui pœnæ, vt damnati ad metallum, &c. licèt in totum perimatur, & sic perdant omnia: pro alimentis tamen sibi legari poterit, & ipsi per se, vel per alios, iudicis officium poterunt implorare, vt eis alimenta soluantur. Vt ff. de pœnis l. quidam sunt, & ff. de capitis diminutione l. legatum. Eorum verò status, quos seruos captiuitas, aut natiuitas facit, legata pro alimentis recipere potest, vt ff de alimẽtis, & cibariis legatis. l. si cui. & ff. de his, quæ pro non scrip. hab. l. in metallum. Et pro multis causis, pro temporaria re in iudicio valet experiri, vt habetur ff. de iudicibus. l. lis nulla. Nec prædictorum alicui vsus pecunię aliquo iure interdicitur. Atqui Minorum status talis est, vt nedum ius aliquod, vel dominium in aliqua re, seu vsu rei non habeat: & nec singuli de vniuersitate

Status liber.

Status cõdemnatus ad pœnam

Status serui pœnæ.

Status seruorum.

Status Minorum

meum habeant, neque communitas nostrum: sed nec item vendere, nec emere, nec alimenta recipere, nec in iudicio pro temporalibus experiri, nec pecuniæ vsum habere possunt. Adeò vt liquidò appareat nullum prædictorum statuum in tanta esse paupertate fundatum, sicut est hic Minoritanus. De clericis verò sæcularibus, & religiosis, non mendicantibus; nullum de hoc extat dubium. De mendicantibus verò aliis, constat quòd aliqua habeant quò ad proprietatem in communi: vt patet ex constitutione Gregor. 12. Quia quorundam. Iure ergò altissima hæc Minoritana paupertas dicitur, cùm omnem orbis statum in voluntaria paupertate antecellat.

Status clericorum

Paupertas ista facit hæredes, & Reges obseruatores.

103 Et verè item altissima, quia quantò à mundo remotissima est, tantò cœlorum regno vicinior comprobatur, illique vitæ æternæ, vbi nihil terrenum alicui proprium, vel commune est, (vt possibile est) simillima. Qua quidem veri eius professores, hæredes, & reges regni cœlorum constituuntur. Hæredes, quoniam omnia pro Deo dimittentibus, supercœlestis æternàque gloria promittitur, iuxta illud Matth. 19. Omnis qui reliquerit domum, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Reges, quia facta plena de re emenda solutione, sola restat tradenda possessio. Ideo dicitur, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est

regnum cœlorum. Matth. cap. 5. Verè ergò altiſſima eſt, cùm ad tam excelſa conducat.

Virtutes, quæ ex tali paupertate gignuntur.

104 HÆc inſuper eſt, quæ dum eius obſeruatores pauperes rebus in terris facit, ſubleuat virtutibus. Dum enim ipſa radices, occaſionèſque peccatorum extirpat, ad virtutes aditum facit. Prima enim vitiorum radix, cupiditas, & terrenorum eſt amor: iuxta illud Apoſtoli. primæ Timoth. ſexto. Radix omnium malorum eſt cupiditas. At huic cupiditati verus frater Minor renuntians nihil quærens in terris: occaſiones peccatorum, euellit. Hinc malè humilians timor expellitur, qui enim nihil habet, quod amittere poſſit, non habet vnde timeat. Amputantur hinc diſcordiarum, & litium cauſæ, meum enim & tuum ſunt vnde omnium litium oritur occaſio. Amputantur occaſiones luxuriæ, quia tales pauperes arctiùs de eleemoſynis viuendo, vt tenentur, penuria caſtigantur in carne. Vnde fit vt extirpatis vitiorum radicibus, ad multas paupertatis obſeruarores euehantur virtutes. Ex ea enim gignitur, & nutritur humilitas, quia pauperes prædicti tan-

Vitia fugantur paupertate.

tò omnibus humiliores esse debent, quantò aliorum subsidio egent, & quò minus habent vnde superbiant. Necesse enim est vt qui de alieno viuit, omnibus se subijciat, & humiliet propter Deum, cuius gratia Beatus Pater dum suos fratres ad mendicandum instituit, Minores vocat. Quoniam omnibus hominibus Minores nos facimus, dum ab eis necessaria vitæ mendicamus. Gignitur item obedientia, quia vbi non interuenit interesse, facilius obeditur. Gignitur, & nutritur castitas, quia per penuriam, & temperantiam caro spiritui subijcitur, & teritur. Parit item paupertas hæc, temperantiam, quoniam qui ex alieno viuit mendicando, necesse est, vt moderato vsu sit contentus, Parit item cum hominibus pacem, quia vbi cupiditas terrenorum tollitur, pax inde sequitur. Parit item fortitudinem, si humiliatem (vt par est,) habeat annexam, quia talis pauper cùm non ambiat maior inter homines fieri, non habet vnde timeat, vel iniuriam patiatur. Sæuiat vndique totus mundus aduersus talem pauperem, ad quam eum poterit viliorem sortem deijcere, quàm vt humiliter sibi panem mendicet, & quærat? Et hoc ipsum est, quod ipse sponte elegit, & optat. Gignit item magnam in Deum confidentiam: qui enim renuntiatis omnibus prouisionibus in futurum, Deo se humiliter commisit, sperabit vtique, & sua in Altissimum

Virtutes gignuntur a paupertate.

consilia diriget, qui dat escam omni carni. Præbet insuper orandi, & contemplandi commoditatem, nam dum omnem sollicitudinem noxiam, timorem, curam, amorémque temporalium excludit, animum reddit aptissimum ad contemplanda diuina, & adhærendum Deo qui fons est omnium bonorum, à quo omnes veræ virtutes ad nos emanant. Taceo, quòd per hanc paupertatem maximè ædificantur, & ad mundi contemptum disponuntur homines; dum mundanorum omnium Minores fratres contemptores conspiciunt. Et per eandem expeditiùs, liberiùs, atque puriùs ad prædicationem Euangelicam Minores fratres redduntur; dum curis terrenorum non impediuntur, nec vnde iustè timeant habeant, nec venalem ipsam faciant. Sed gratis ex charitate, non sua, sed animas, & hominum salutem quærentes, exemplo Apostoli, qui ad Corinthios dicebat, Non enim quæro, quæ vestra sunt, sed vos, secunda Cor. capite 12. Atque adeo excellens ipsa est paupertas, vt meritò Guillermus Parisiensis matrem Religionis vocauerit: quasi ex ea generentur, & nutriantur cæteræ virtutes.

Quæ paupertas, vera virtus censenda sit.

105 HInc eſt, quòd Pater ſanctus, hanc noſtram eſſe vult portionem in terris; quæ ad viuentium terram perducit: adeò vt nihil aliud habere velimus ſub cœlo, niſi hanc altiſſimam paupertatem. Ideò dicit.

HAec ſit portio veſtra, quæ perducit in terram viuentium: cui dilectiſſimi fratres totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in perpetuum ſub cœlo habere velitis. Tex.

SVperiùs ne aliquid habeamus proprij, docuit, & mandauit Pater Sanctus: hîc autem voluntatem informat, ne aliquid ſ. habere velimus. Quia quod neceſſitate fit, citò abſoluitur: quod autem voluntariè arripitur, perſeuerat. Et vbi paupertas non radicatur in corde, verbalis erit, & vacua. Virtutes enim in anima collocandæ ſunt, non in exteriotibus: adeò vt non paupertas, ſed amor paupertatis ſit virtus. Tunc enim tu Minor frater optimè profeſſionē paupertatis imitaris,

Paupertas quando verè poteſt vocari virtus.

& seruas, si corde in paupertate, & penuria consentias. Nam si rerum penuriam exteriùs pateris, quia fortè vt sensualitas vult, non abundas; interiùs autem cupiditatem habeas, & plusquàm necesse sit, deliberato animo appetas; non viuis in paupertate, sed in egestate. Quia non est paupertas virtuosa, & meritoria; sed egestas laboriosa, & demeritoria. Sufficit enim ad perdendum meritum, & ad omne peccatum perpetrandum: concupiscentia cum consensu. Et cum tali paupertate ne credas te posse ad orationem, vel contemplationem assurgere. Vbi enim cor terrenarum cupiditatum pondere grauatur, sursum ascensus impeditur. Et quando ipso luto, & fœce coinquinatur, fitque terrenum, & grossum; ad Dei, & cœlestium puritatem, nequaquam poterit appropinquare. Ideò Pater sanctus voluntate esse amplexandam, & toto corde diligendam, ipsam nos docet paupertatem; vt nedum nihil proprij habeamus, sed nihil omnino habere velimus; sed tantùm simplici necessariorum vsu simus contenti.

De mutua inter fratres habendā charitate.

Charitas mutua inter fra-

106 POst fundationem altissimæ paupertatis; de mutua consequenter

inter fratres habenda charitate, immediatè prosequitur. Et hoc, meritò. Quia si mutua inter fratres deficeret charitas, adeò vt ad sibi particulariter prouidendum pro suis necessitatibus, & infirmitatibus, fratres cogerentur: tunc periret paupertas, obedientia, totáque simul destrueretur Religio. Et ideo Pater sanctus post paupertatẽ; de charitate quæ illam sustentat, immediatè prosequitur. Inquiens.

tres qualis debeat esse

Tex.

ET vbicunque sunt, & se inuenerint fratres, ostendant se domesticos inuicem inter se; & securè manifestet vnus alteri necessitatem suam. Quia si mater nutrit, & diligit filium suum carnalem, quantò diligentiùs debet quis diligere, & nutrire fratrem suum spiritualem? Et si quis eorum in infirmitatem ceciderit, alij fratres debent ei seruire, sicut vellent sibi seruiri.

QVò ad tria, hanc vult mutuò inter fratres charitatem haberi. Quò ad signum, scilicet summæ familiaritatis; vt. s. siue in domo, siue extra domũ, quãdocunque se fratres inuenerint; tãta sit inter eos affabilis familiaritas, & socialis dilectio sub modis sãctis, & honestis: vt alius fra-

Familiaritas inter fratres est signum charitatis.

ter meritò in corde suo cōfidentiam concipere possit de fratre suo, per eum charitatiuè in suis fore necessitatibus releuandum. Non enim sufficit fratri Minori odio fratrem suum non habere, hoc enim omnibus Christianis est necessarium; sed frater fratri familiaritatem debet extrinsecam, signàque domesticæ charitatis; vt alter alteri, sicut domestico suam necessitatem ostendat. Nec se tristes extrinsecùs, seu nubilosos: sed potiùs in Domino gaudentes, hilares, & iucundos se fratres inuicem ostendere debent. Vt sic quilibet de altero in suis necessitatibus confidere possit. Nec de signis carnalibus, noster est sermo intelligendus; quia talia non reficiunt, sed potiùs inficiunt charitatem. Sed cùm de spirituali amore Patris nostri Francisci sermo sit, oportet, quòd signa à spirituali amore procedant, & modis spirituali amori consonis, exhibeantur. Et hæc charitas, vt inquit Hugo hìc, multùm in antiquis fratribus feruebat; seipsos enim ad omne obsequium, & quidquid ad vsum habebant, mira sibi hilaritate, & promptitudine communicare curabant. Fratres ignotos, & hospites tanquam notos, ac vnius domus, immò sicut Angelos Dei, maxima in charitate recipiebant: non extraneos reputando, quos suos esse, fratres, considerabant.

107 Hanc verò charitatem, non tantùm in exteriori vult esse signo; sed veram, & affectualem in corde. Non apparentem, & falsam: adeò vt alter alteri securè suam possit necessitatem reuelandam exponere, & manifestare. Et quantus huius charitatis affectus esse debeat, exemplo matris comprobat; quæ non nisi maxima ad suum filium teneritudine fertur. Ideò dicit: [Quia si mater diligit, & nutrit filium sum carnalem: quantò diligentiùs debet quis nutrire, & diligere fratem suum spiritualem?] Rationabile enim est, quòd si carnalis mater affectu diligit, & suum carnalem filium nutrit effectu: eò magis frater Minor suum debeat fratrem affectu diligere, & effectu nutrire. Quoniam amor gratuitus charitatis; fortior est amore carnali. Superat enim gratuitus amor, mortis innatum horrorem; & cùm pro suo fundamento bonum habeat infinitum, nihil finitum contra eum præualere debet. Et licèt ad familiaritatem exteriorem prædictam, & charitatem mutuam in affectu, & effectu, ex nullo Regulæ præcepto specialiter astringamur: quoniam hæc inter obligatoria Regulæ ex Clem. quint. non connumerantur: ex diuino tamen, & naturali iure, sicut & cæteri Christiani, & tantò eis ampliùs ad prædicta tenemur, quãtò perfectiorem præ illis, vitam elegimus.

Affectus fratris, debet esse affectus matris.

est. Nam si per alios eis debitè seruitur, & pro necessitate prouidetur; non est necesse, quòd omnes fratres tali incumbant seruitio. At vbi probabiliter constaret, quòd satis defectuosè, & negligenter ab alijs, ipsis seruiretur infirmis; tunc quilibet nostrum, qui commodè potest, & legitimè non impeditur, ex Regulæ præcepto, ei seruire tenetur. Et maximè ad hoc obligantur prælati, qui præ cæteris sollicitiores ad id esse debent: tum ratione prælationis, tum ex particulari præcepto Regulæ eis in 4. cap. imposito.

110 Aduertere item debent infirmi, quòd si à cæteris fratribus eis sit seruiendum, omni affectu, & effectu nostræ professioni possibili: ipsi tamen non quæ diuites sæculi, sed quæ pauperes decent, debent esse contenti. Grandium enim est grandia quærere; & nullum in volitis æquo animo ferre defectum. Pauperum verò est modicis esse contentos; & in necessarijs sæpè deficere. Quare cauere debet Minor frater, ne nimia sua superfluitate, vel impatientia, sibi seruientem contristet; sed defectum rerum, vt verè frater Minor, æquo animo ferat; cùm altissimæ paupertatis, & humilitatis professores hęc maximè deceant. Et pro cap. 6. sint satis hæc. *Infirmi quomodo se gerant in infirmitate.*

De pœnitentia fratribus peccantibus imponenda. Cap. VII.

Tex.

SI qui fratrum, instigante inimico, mortaliter peccauerint, pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres, vt recurratur ad solos Ministros Prouinciales: teneantur prædicti fratres ad eos recurrere, quàm citiùs poterint, sine mora.

1 DVobus, huius spiritualis ciuitatis, ex parte orientali, scilicet & septentrionali stabilitis lateribus; sex supradictis capitibus, quasi sex portis ornatis; hîc de tertio occidētali latere agitur; quod sicut & cætera, tria quasi tres portas spirituales, habet capita. In quorum primo, videlicet in isto septimo, de regimine sacramentali: In octauo, de regimine generali intrinseco: In nono, de eodem generali regimine ordinato ad extrinseca, ad populos scilicet informandos; agit. Dicit ergò Pater Sanctus, Si qui fratrum instigante inimico, mortaliter peccauerint: ad Ministros, quàm citiùs poterunt sine mora teneantur recurrere pro absolutione peccatorum; de quibus ipsis Ministris, fuerit absolutio reseruata.

Sicut enim suprà, Regulæ præcepta, quibus vita instituitur, contra peccata disposuit: Ita nunc remedia, quibus post peccatũ innocẽtia restituitur, nõ negligit. Ideò præceptoriè (vt ex Clem. 5. patet,) mandatum datur fratribus peccantibus; vt sine mora, quàm citiùs poterint ad habentem clauem, & auctoritatem absoluendi à reseruatis, recurrant. Vbi enim inuenitur hæc vox [teneantur] vt est hîc; vim habet præcepti; Vt suprà in 1.cap. dictum est.

Vbi patet, quòd de absolutione, & remedio peccatorum sacramentalìter confessorum; hîc agitur Nam de visitationibus, & correctionibus in foro iudiciali, in 10. cap. erit sermo. Patet item, quòd tantùm de peccatis mortalibus agitur; vt expresè dicitur in Regula, quoniam venialia reseruare, non expedit, nec possunt. Et licèt Regula de peccatis mortalibus indistinctè loqui videatur; tamen de manifestis tantùm reseruatis peccatis est hîc sermo; non de occultis. Secundùm Sanct. Bonauenturam, Hugonẽ, Pisanum, & communìter Doctores hîc, & Seren. conscient. quæst. 85. & ex declaratione etiam Gregorij 9. & Innoc. 4. Grauius enim (cæteris paribus) peccatum est, quod in scandalum aliorum publicè perpetratur; quàm quod occultè; & ideò grauiùs est puniendum. Ideòque hæc reseruanda supponens

Remediũ peccatorũ in hoc ca. est sacramentale.

Peccata sunt publica, de quib. hic agitur.

pro eorum mandat absolutione, , cùm contigerit, quantociùs ad Ministros esse recurrendum. Quòd autem de publicis, iuxta prædictorum Pontificum, & Doctorum sententiam, Pater sanctus loquatur; ratio id satis conuincit. Ex eo, quòd in Regula mandatur, quàm citiùs ad Ministros recurri debere, sine mora. Id enim vbi Minister esset absens, vix ita celeriter fieri posset, quin præberetur occasio probabiliter suspicandi, recurrentem fratrem in mortale peccatum incidisse. Sícque occasio quædam esset, oculta reuelandi peccata. Et non est credendum, quòd Regula id præcipiat; vnde occulta peccata patefiant. Quia contra ius Diuinum, & naturale esse videtur; talis coacta occultorum reuelatio. Tum etiam, quia Regula mandat, quòd frater peccatum suum detegat Ministro, etiamsi non sit sacerdos: quòd de occulto, de quo nulla præcessit suspicio, intelligi non potest. Quandoquidem credendum non est; voluisse Patrem sanctum præcipere, peccatum occultum, & soli peccanti notum, extra forum sacramentalis confessionis deberi detegi: contra illud, Non tibi dico, vt te prodas. Et à multis pariter creditur, quòd tale præceptum contra ius diuinum, & occasio multorum esset scandalorum. Tum insuper, quia in ipsa Regula dicitur, quòd cauere

De Pœnit. dist. 1. c. Quis aliquandò.

debent Ministri; ne irascantur, & conturbentur propter tale alicuius peccatum. Constat autem, quòd ira, & conturbatio non de secretis peccatis sacramentaliter confessis; sed de publicis, dignis iracundia propter scandalum, esse solent. Et adhuc, quia non videtur Regula loqui de pœnitentia secreta per solum sacerdotem confessarium secretè iniungenda; sed potiùs de pœnitentia solenni, seu publica, (vt antiquitùs imponi solebat) à confessario iuxta taxationem Ministri applicanda. Hoc enim verba illa Regulæ indicant. [Ministri verò si presbyteri non sunt pœnitentiam iniungi faciant, per alios sacerdotes Ordinis, sicut eis secundùm Deum meliùs videbitur expedire.] Ex his clarè patet, quòd de peccatis publicis, & pœnitentia publica, hîc agitur. Et insuper quòd de recursu pro eorundem absolutione sacramentali, publicorum peccatorum, est sermo. Nam si de pœnitentia in foro tantùm iudiciali, hîc tractaretur; non esset necessarium, vt Ministri, qui sacerdotes non sunt, id per sacerdotes Ordinis effici, & adimpleri curarent: cùm per seipsos id ipsum efficere possent.

Dist. 50 cap. Si quis post.

2. Patet etiam hîc, Animarũ curã ex Regula donari Ministris, dum casus arctare, & concedere posse supponit; & ad eos pro peccatorũ reseruatorum absolutione vult

Cura animarũ datur ministris, quã delegare possunt.

esse recurrendum. Et eisdem auctoritatem ex Regula concedi, alijs fratribus dictam animarum curam delegandi, probant illa verba; [Iniungi faciant per sacerdotes Ordinis, &c.] Vt; quatuor Magistri, Bartho. Pisanus, & alij hîc annotarunt.

3 Nec putes dicente Regula ad Ministros Prouinciales esse recurrendum; per hoc, Ministrum Generalem excludi: sed tantùm inferiores ab his arceri. Vt ex dictis in 2. cap. patere potest, dum de receptione ad Ordinem, fit sermo. Sed ideò Ministros Prouinciales specialiter arbitror nominasse; quia ipsi ferè semper suis prouinciis sunt assistentes, vnde facilior ad eos, quàm ad Ministrum Generalem, poterit haberi recursus.

Recursus ad Ministros, quare, & quomodo faciendus.

4 Huiusmodi autem recursum, quàm citiùs Pater sanctus sine mora præceptoriè debere fieri, mandat, Vt sicut peccatum hoc publicum plures scandalizauit; sic per publicum ad pœnitentiam recursum, scandalizatis satisfaciat, & mitigetur scandalum. Et insuper peccantis Fratris infamia purgetur, & aboleatur, cùm omnibus per huiusmodi recursum, condignè apparere possit contritus, & emendatus. Hoc autem, vt Hugo, Petrus Ioan. & alii annotarunt: secundùm debitam rationabilem, & honestam (iuxta Ordinis formam) opportunitatem, debet intelligi: hoc est, cum socio sibi à præ-

lato assignando. Præpositi enim est, peccanti fratri de socio cùm talis occurrerit necessitas prouidere. Vnde tunc quis posse dicitur: cùm debito, & licito modo, id exequi poterit. Nec tantùm per corporalem accessum huiusmodi recursus, verumetiam per insinuationem, siue per literam, siue per nūcium (impediente iusta causa) fieri, licitè poterit. Vt annotauit Hugo. in hoc 7. cap.

An pro occultis reseruatis, sit statim pro absolutione recurrendum?

5 NVm autem pro absolutione occultorum criminum sit, quàm citiùs poterit sine mora, sicut in manifestis obligatoriè recurrendum? Dico, quòd licèt Petrus Ioañnis hîc, & habetur in Seren. conscientia quæst. alphabetica lit. S. dicat, quòd loquendo Regula de acceleratione publicæ pœnitentiæ, per quandam consequentiam videatur innuere debitam festinantiam pro secreta pœnitentia, seu absolutione de peccatis secretis reseruatis, non tamen asserit hoc esse præceptum. Quia vt dictum est, de publicis tantummodò, loquitur Regul. & de his secundùm omnes, datur præceptum. Ideò, licèt laudabile sit etiam occultorum reseruatorum quantociùs absolutionem procu-

Recursus ad Ministros est pro peccatis manifestis.

rare, vbi Minister esset præsens, vel alter eius auctoritate fungẽs; adeò vt sine suspicione, & nota occulti peccati talis fieri possit recursus: non tamẽ id ex Regula fratribus præcipitur. Sed tunc tantùm hoc erit fratribus in præcepto, cùm à iure diuino, seu Ecclesiastico ad id compelluntur. Quoniam secundùm communem opinionem, non astringitur peccator cùm primùm mortiferè peccauit, statim confiteri: nisi in quinque casibus. Vt dixit S. Thom. communiter receptus, in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. & dixit Ioann. Med. de confess. quæst. 13. & 14. & annotauit Nauar. in Manc. cap. 2. num. 9. contra Innocentium.

Medin.

Primus casus, in quo homo debet statim confiteri, est ar. mortis.

6 Primus est. Quando peccator est in periculo mortis probabili; siue ratione belli, siue ratione tempestatis, partus periculosi, saltem quò ad mulierem, quæ nunquam peperit, vel difficiles partus experta est; Vt videri potest per Panhorm. in cap. Pastoralis. §. primo, de officio ordinarij. Et ratio est, quia cùm iure diuino teneãtur peccatores confiteri, si veniam peccatorum à Deo consequi volunt, & finaliter saluari: qui igitur in articulo mortis constitutus, habens sacerdotis copiam confiteri non vult, dignus est, qui in peccatis sine remissione decedat. Inde est, quòd in cap. cùm infirmitas de pœnitentia & remissione iubetur medicis, vt in primis faciant

ægrotantem confiteri. Et huius gratia conceditur, vt quilibet sacerdos etiam simplex, possit absoluere eos, qui in huiusmodi periculis sunt constituti. Cui primo casui, addi potest alius si quis scilicet cibum aliquem, aut medicinam sumere compellitur, vnde verisimiliter, & probabiliter timetur, quòd in perpetuum, seu diuturnam incidat dementiam. Hic enim tunc iure diuino tenetur confiteri; alioquin exponit se periculo, decidendi sine confessione, & beneficio absolutionis, cui periculo secundùm Medinam obuiare tenetur.

7 Secundus casus est, quando peccator ad præsens copiam habet sacerdotis, & verisimiliter timet, quòd postea tempore debito, hanc non habebit opportunitatem confitendi. Tunc si peccatis mortalibus astringitur, tenetur ea cõfiteri, non expectato tẽpore à iure definito. Ratio huius, etiam clara est; quia qui habita huiusmodi opportunitate, negligit confiteri exponit se periculo omittendi, quòd suo tempore deberet facere. Quare, qui verisimiliter timet, se non habiturum tempore debito opportunitatem, quam ad præsens habet, præuenire tenetur, arg. cap. licet. de ferijs. Ioannes autem Maior. 4 dist. 17. quæst. 2. quem sequitur Medina vbi suprà, huic secundo casui alium addit, scilicet si peccator verisimiliter timeat quòd confessionem vsque ad Qua-

Secundus casus, est timor non habendi confessorẽ suo tempore.

DD.

dragesimam differens, alicuius, seu aliquorum mortalium non recordabitur. Nam cùm peccator teneatur sollicitè curare integrè confiteri, & integram peccatorum suorum absolutionem à sacerdote recipere; qui in huiusmodi casu, quando potest, negligit confiteri, exponit se periculo confessionem dimidiandi, & ideò confessionem anticipare tenetur. Hoc verò dictum, licet vtile, non tamen necessarium apparet. Tum quia nulla lege ad id obligamur, & sine lege non est asserenda obligatio. cap. consuluisti 2. q. 5. Tum quia ferè omnes, in anni decursu toties peccant, vt verisimiliter credere debeant in Quadragesima non posse omnium recordari: & sic esset omnes damnare. Tum etiam quia per Trid. Concilium sess. 14. cap. 5 obligamur ad confitendum peccata, quorum mediocri adhibita diligentia, meminerimus, vt bene annotauit Nauarrus in Manual. cap. 21. num. 35.

Tertius casus est quãdo cõsciẽtia dictat peccatorem debere confiteri.

8 Tertius casus est, quando conscientia dictat, peccatorem ad confessionem teneri. arg. cap. finalis de præscriptionibus. Qui enim habet conscientiam, qua putat, vel dubitat, quòd teneatur hodie confiteri: hodie confiteri cogitur: alioquin ageret contra conscientiam, & ad gehennam ædificaret. Vt docemur ex gloss. super illud Pauli ad Rom. 14. omne quod non est ex fide, peccatum est. Vel eam (si erronea fuerit,)

fuerit,)tenetur deponere.arg.cap.inquisitioni de sent.excomm. Qui enim causam rationabilem deponendi conscientiam habet,licitè potest eam deponere, & se à debito confessionis pro tunc liberare. Dixi(ex rationabili causa)nam qui temerè, & absque causa rationabili conscientiam deponit; non excusabitur à peccato. Temeraria enim depositio non releuat quempiam,quo minùs se periculo exponat, debitum omittendi opus. Quòd si causæ fuerint æquales, ad præfatam habendam conscientiam, vel ad eam deponendam : consultius erit dubitare; quàm in partem minùs tutam declinare.

9 Quartus casus est, vbi sacra suscipienda est Eucharistia; communis enim tenet opinio licèt aliqui de hoc addubitauerint, quòd semper, qui Eucharistiam sumpturus est, tenetur priùs confiteri, vbi copiam habet confessarii, iuxta glossam singularem,de celeb. Missarum. cap. de homine. Et hodie extat determinatum per sacrum Trident. Concil. sess. 13 capite 7. *Quartus casus est susceptio Eucharistiæ.*

10 Quintus casus est, vbi aduenerit tempus ab Ecclesia statutum, vt habetur in capite omnis vtriusque sexus. de pœn. & remis. Quod licèt illi iuri stando,solummodò determinatum appareat, semel in anno debere confiteri, & nulla certa pars anni ad confitendum designetur: *Quintus casus est tempus statutum ab Ecclesia.*

tamen stando consuetudini, & communi hominum intelligentiæ, & statutis Prouincialibus, idem videtur tempus esse institutum ab Ecclesia, pro confessione, & Eucharistia. Nempè quòd in tempore Quadragesimali, vbi Eucharistia est sumenda, confessio debeat præcedere, vt dixit Ioan. Med. de confess. quæst. 14. circa finem sequutus Sanct. Thomam, 4. dist. 17. quæst. tertia. art. quarto. ad primum. Vnde habet vsus, vt Curati certiores reddant Prælatos, qui in Quadragesima vniuscuiusque anni fuerint confessi. Itaque consuetudo interpretatur statutum, quantùm ad tempus.

Peccata oblita quãdo necessitãt confessionem. 11 Sunt tamen nonnulli, qui volunt quotquot post confessionem, & communionem in paschate, alicuius culpæ mortiferæ in prædicta confessione oblitæ recordarentur, statim oblitam culpam debere confiteri. quod nec textus aliquis, nec vlla videtur ratio concludere, vt annotauit Nauar. in Manua. capite secundo, num 10. Quare hoc asserendum non est, nisi fortè respectu illius, qui sacram volens Eucharistiam sumere, ante eius sumptionem alicuius mortalis peccati nondum confessi, recordatur; & ne aliis sit scandalo, si seipsum ab ea retrahit, communicat, proponens statim post cõmunionem, peccatum illud confiteri. Et licèt secundùm iuris antiqui rigorem, nec ad hoc videatur obligari;

si propositum illud non peruenit ad votum: ex dictis suprà, capite 2. num. 71. Videtur tamen de iure nouo ad id teneri: per id quod dicitur in Concilio Tridentino sess. 13. capite septimo, quatenus præcipit, vt qui necessitate vrgente absque præuia confessione celebrauerit, quàm primùm confiteatur. Quod fortè idem respondisset de laicis: qui interdum necessitate cogente, absque præuia confessione, communicant.

Præter casus prædictos, nullo iure astringuntur fratres sub culpa lethali ad statim confitendum pro culpis quibuscunque commissis; cùm neque eis ex Regula, neque ex constitutionibus obligatoriè imponatur.

An recursus ad Ministros pro reseruatis, sit necessarius?

12 SEd fortè superuacaneum præceptum hoc de recurrendo ad Ministros, quis existimabit. Certum est enim necessarium esse ad salutem, propria confiteri peccata, cùm Deus illa remittat quæ sacerdos remittit. Iuxta illud Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Sacerdos autem non potest peccata remittere, nisi præcognita, præcognoscere non potest, nisi præuia confessione: igitur necessaria est peccatorum confessio. Certum item est, nullum non ha-

Confessio necessariò fiat habenti iurisdictionem.

bentem iurisdictionem super pœnitentes, & peccata; quempiam absoluete posse: vt patet ex Concil. Floren. sub Eugenio IV. & ex Trident. sess. 14. capite. Vbi dicitur, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem. Et patet etiam ratione sumpta, ex natura huius sacramenti. Quia absolutio est sententia lata in fauorem, & gratiam confitentis, in causa quæ erat inter peccatorem, & Deum. Estque ergò actus iudicialis, qui vt validus sit, à iudice competente, iurisdictionem habente, debet ferri: alioquin sententia à non suo iudice lata, nulla est de iure. Certum est item quod Pater sanctus, vt certissimum hîc supponit, posse Ministros, aliquos sibi reseruare casus absoluendos quod omnibus est confessum: & terminatum habetur in Concil. Trid. sess. 14. capite septimo. Certum est insuper, secundùm communiter expositores hîc, præceptum hoc Regulæ non cadere tantùm super modum recurrendi, scilicet ad Ministros, quàm citiùs fieri poterit sine mora: sed etiam super ipsum recursum. Quare superfluum hoc esse præceptum apparet; cùm absque eo necesse quisque habeat sua confiteri peccata, potenti illa absoluere, si illa à Deo sibi ignosci desiderat.

Ministri possunt sibi reseruare casus.

Dico, huius gratia hoc particulare præceptum in Regula dari. Nempè, vt sine mora pro absolutione recurratur: Et insuper ne aliundè, hoc est non extra Ordinem, sed intra Ordinem talium absolutio requiratur. Dum enim ad Ministros pro reseruatorum absolutione iubet esse recurrendum, eam suam esse voluntatatem demonstrat, vt fratres omnes in Ordine, non extra Ordinem. (fortè non sine Ordinis dedecore) talium procurent absolutionem, recurrentes ad suos Ministros, à quibus nedum consequi absolutionem poterunt, sed etiam remedium præcauens in futurum Et ideò ad hoc, particulari præcepto Regula eos arctat. Quod sentire videtur Hugo hîc, dum dubitat, num fratres in generalibus absolutionibus, quas eis dominus Papa, facta confessione, facit, vel alii auctoritate ipsius, virtute Iubilei, ab hoc debito recurrendi ad Ministros absoluantur? Et dicit (satis vt æstimo patet, eos propter hæc à præcepto Regulæ nunquam absolui, nisi de mente Domini Papæ reuocaretur expressè.) Sed de hoc infrà dicetur latiùs. *Præceptũ de recursu ad Ministros quare datum est.*

Qui sibi casus soleant reseruare.

13 ET cùm in Regula dicatur: Quòd pro illis peccatis, de quibus ordi- *Ministri & Guardiani p°*

sunt reser-uare casus

natum fuerit inter fratres, ad solos recurratur Ministros Prouinciales; Patet Ministro Generali in capite Generali pro toto Ordine, & Prouincialibus in Prouincialib⁹ capitulis pro proprijs prouinciis prædictos reseruandi casus: ex ipsa Regula tradi potestatem. Eisdemque de qualitate, & numero reseruandarum culpatum, liberè relinqui ordinandum, cùm per Regulam exceptio nulla fiat, sed generaliter dicatur, (de quibus ordinatum fuerit inter fratres) Et licèt Regula, vt diximus, de solis publicis criminibus loquatur poterunt tamen prędicti, casuũ, seu criminum etiam occultorum sibi absolutionem seruare. Quia cùm prælati ordinarii sint, valent subditorum aliqua occulta crimina, vt eis videbitur opportunum, retinere: Vt ex dicto Trident. Concil. sess 14. cap. 7. satis liquet. Idque satis ex Regula supponi, Hugo, & pisanus hîc annotarunt; & habetur in Seren-conscientia, quæst, 85. Nam dum nulla, de hac casuum reseruandorum facultate, in ea fiat mentio; & fratribus omnibus mandetur, vt ad Ministros sine mora pro reseruatis publicis recurrant: satis hanc reseruandi facultatem Ministros habere, supponit. Et sicut in alijs Religionibus, penes prælatos earum, secreta crimina reseruandi, extat facultas, ita, & in nostra. Et ita per omnes Reg. expositores hîc decernitur, & habetur in Ser. conscientia, q.

alphabetica. lit. scil. Immo, & Alexand. VI. in priuilegio, Intelleximus, concessit, & decreuit, quòd omnes nostri prælati, etiam Guardiani, possint sibi suorum subditorum aliqua occulta crimina absoluenda reseruare. Hodie verò circa hoc obseruanda est constit. Clem. VIII. Et vltrà casus ab eo prescriptos, si quod aliud peccatum graue, pro conseruatione Religionis, aut pro consistentiæ puritate, reseruandum iudicabitur: non aliter fieri posse decreuit, quàm Generalis Capituli, in toto ordine, aut prouincialis Capituli in Prouincia, matura discussione, & consensu.

Qui pro reseruatorum absolutione sit tenendus modus.

14 ET quoniam casus reseruatus, peccatum est, cuius absolutio à iure humano est prohibita, presbytero qui solo Diuino potest ab omnibus absoluere: secundùm Gloss. cap. 2. de pœn. & remiss. in 6. S. Anton. 2. par. tit. 2. cap. 11. & Nauar. cap. Placuit, de pœn. d. 6. à Ministris ergo eos sibi reseruãtibus, eorum est requirenda absolutio. Nec alij fratres nisi de ipsorum auctoritate, seu Papæ, de eis poterunt absoluere: eritque aliter irrita, inanis & nulla facta absolutio cùm super pœnitentes ipsos, nullam habeant iurisdictionẽ

Casus reseruatus quid sit.

Nauar.

Vt declarauit Innoc. viii. Alex vi. Leo X. & ex communi Theologorum sententia in 4. dist. 17. Ideò videndum est quis modus aptior, & magis fratribus accommodus sit censendus: pro tali reseruatorum absolutione assequenda. Duplex autem à Doctoribus assignatur, & præscribitur seruandus modus, quando pœnitens aliquo reseruato detinetur peccato, à quo proprius eius confessarius absoluere non possit. Vnus est, vt si superior, cui reseruantur absoluenda peccata, pœnitentem omnino voluerit agnoscere, ad adhibendum fortè remedium; ac per hoc facultatem noluerit proprio confessario facere, ipsum absoluendi, nisi priùs ad ipsum accesserit: ipsum adibit superiorem, cui omnia tam reseruata, quàm non reseruata confitebitur peccata quò ab omnibus absoluatur.

Duplex modus tenendus in casuum reseruatorum absolutione.

15 Quòd si superior prædictus, noluerit audire omnia sed solùm reseruata, cōfitebitur ei dicta reseruata. Quibus cognitis poterit superior remedium necessarium adhibere, à censuris (si quæ sunt) absoluere; & pœnitentiam, si ei visum fuerit taxare. Et pro culpis Sacramentaliter absoluendis, pœnitētis cōfessario poterit facere facultatem: vt ab eo plenariè ab omnibus criminibus absoluatur. Et tunc pœnitens tenebitur tam prædicta reseruata, quàm non reseruata proprio confiteri

confeſſario, qui eum ab omnibus abſoluat: cùm de reſeruatis à ſuperiori non fuerit ſacramentaliter abſolutus. Et hic eſt celebratiſſimus, (vt inquit Sotus) Eccleſiæ vſus. Si verò ſuperior, ſola voluit reſeruata in confeſſione Sacramentali audire, & à prædictis ſacramentaliter abſoluere; tenebitur poſtea pœnitens ſecundùm Sotum & Nauarrum, vbi ſuprà, de omnibus integrè, reſeruatis, ſcilicet, & non reſeruatis ſuo confiteri confeſſario. Quoniam ſecundùm eos, non erit grauamen pœnitenti; ſi de reſeruato cogatur bis confiteri. At ſecundùm Medinam, non niſi cætera, quæ non fuerunt confeſſa peccata, tenebitur pœnitens confiteri proprio confeſſario, non autem reſeruata, de quibus fuit iam abſolutus. Nam licèt verum ſit, quòd vbi ſuperior reſeruata tantùm audiuit, & non abſoluit; tenetur pœnitens omnia integrè confiteri proprio confeſſario, id eſt, ad aſſequendum abſolutionis beneficium: non enim de reſeruatis fuerat abſolutus. Hîc verò reſeruata fuerunt abſoluta, nulla ergò ratio cogit cur eadem iterum confiteri teneatur. Et videtur abſurdum, eum, qui ſemel legitimè abſolutus eſt, eodem debito rurſus teneri. Vt patet per Extrauag. Inter cunctas. §. ſed quia. Et ſicut qui ex legitima cauſa, aut ex obliuione aliqua ſubticuit peccata, non tene-

Sotus 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. 5.

Peccata ritè abſoluta nemo tenetur reconfiteri.

Oblitus peccata, non tene-

cur recon- tur dennò confiteri, quæ tunc confeſſa,
fiteri con- & abſoluta fuerunt; ſed tantùm ea, quæ
feſſa. ex cauſis prædictis non fuerunt confeſſa, (quod ipſi etiam omnes fatentur,) nec ob aliud, niſi quia illa legitimè fuerunt abſoluta: ſic & reſeruata legitimè abſoluta, non ampliùs ſunt neceſſariò confitenda. Et hoc videtur ſentire Gerſon, 2. par. alph. 33. lit. t.

16 Nec obſtat, quòd confeſſio ſemper integrè eſt facienda vni ſacerdoti; quia per pœnitentem non ſtetit, quin integrè confiteretur, ſed per ſuperiorem. Qui cùm maioribus aliquando cauſis communitatis ſit impeditus, vt longas ſubditorum confeſſiones non valeat audire, poteſt tantùm ſola audire, & ſacramentaliter abſoluere ſibi reſeruata. Et ſemel legitimè abſoluta, non ſunt, (vt dictum eſt) neceſſariò iterum confitenda. Et integritas confeſſionis non eſt de peccatis legitimè abſolutis, ſed eorum, quæ non fuerunt abſoluta.

Secundus modus cõfitendi reſeruata peccata.

17 Alter verò modus eſt, quòd ſi priùs pœnitens confeſſarium adierit, qui à reſeruatis abſoluendi facultatem non habeat; integrè ei confiteri tenebitur, tam reſeruata, quàm non reſeruata, ne dimidiata ſit confeſſio. Confeſſarius autem abſoluet eum tantummodò, à quibus poteſt, non autem à reſeruatis ſuperiori. Nam ſicut ſi abſolueret ab excommunicatione ſuperiori reſeruata, nihil

ageret, ſic etiamſi de peccato à ſuperiori retento abſoluet, nihil faciet. Nam ſuper illud abſoluendi iuriſdictionem non habet; & ſententia à non ſuo iudice lata, non tenet. Abſoluet ergo pœnitentem ſolùm à non reſeruatis, modò aliqua excommunicatione non ſit aſtrictus, à qua ipſe abſoluere non poſſit. Et ad ſuperioré pro reſeruatorum abſolutione eum mittet; Dixi, modò pœnitens non ſit ligatus aliqua excommunicatione: à qua ipſe abſoluere non poſſet. Nam tunc, nec à non reſeruatis abſoluere poſſet, cùm excommunicatus ſit excluſus à diuinis, & præſertim à Sacramentorum perceptione, vt conſtat ex c. ſi celebrat de cler. excom. miniſt. Modò item, pœnitens firmum habeat propoſitum recurrendi ad ſuperiorem pro reſeruatorum abſolutione. Quia ſi hoc facere nollet, nec à non reſeruatis poſſet abſolui: cùm non ſit paratus integrè confiteri quibus neceſſe eſt, ad aſſequendam omnium peccatorum abſolutionem. Et nulla eſſet ſi fieret talis abſolutio, & reiteranda confeſſio, cùm in peccato mortali ſit facta. Si verò ſit paratus ad ſuperiorem recurrere, abſoluet ipſum à non reſeruatis, & ad ſuperiorem pro reſeruatorum abſolutione mittet. Qui pœnitens non debet eſſe moroſus, ſed habita opportunitate, abſolutionis beneficium prædictum procurare debet; nam dum

Mora recurrendi ad ministrum est culpabilis

in mora est, vt putà habendo opportunitatem, absolutionem non procurat; semper manet in culpa. Adibit ergò pœnitens (habita opportunitate) superiorem; cui reseruata confitebitur, vt ab illo absoluatur. Nec enim cætera peccata, quæ proprio cofessario confessus est, iterum superiori confiteri tenebitur; nisi vbi confessarius tantùm peccata audierit, & non absoluerit. Tunc enim integrè tenetur superiori confiteri quia à confessario in nullo fuit abolutus· Nec releuatur quis ab iteratione confessionis per hoc, quòd semel integrè ea fuerit confessus; si non fuit ab illis absolutus. Dum enim pœnitens non absoluitur; manet in eodem debito, in quo priùs. At si ab illis fuit absolutus; tantummodò reseruata tenebitur confiteri, vt ab eis absoluatur.

Modus tenendus à confessario

18 Poterit etiam confessarius per seipsum, vel per alium, vel per epistolam petere à superiori, vt ei facultatem faciat absoluendi quendam pœnitentem sibi confessum de tali reseruato peccato. Quam si obtinuerit, absoluet ipsum pœnitentem; sin verò, mittet, (vt diximus) ad suum superiorem. Et hæc, quò ad prædicta, est communior opinio secundùm sententias receptiores, & Ecclesiæ receptum vsum: vt latè videri potest per

Pal. Medin. Sot.

Palud. 4. d. 17. quæstione quint. Ioann. Med. de conf. q. 11. & 14. Sotus. d. 18.

q. 2. art. 5. & Nauar. de pœnitentia, dist. 5. c. consideret. §. Cautus. *Nauar.*

19 Et si dicas, quòd superuacanea videtur esse confessio reseruatorum confessario, qui non potest de illis absoluere, cùm peccatorum confessio, ob beneficium absolutionis sit facienda, quam ipse dare non potest. *Dubium.* Dico, hoc esse necessarium ex eo, quòd necessaria est integritas confessionis; vt omnibus est confessum; & habetur ex c. omnis vtriúsque, de pœn. Et huius ratio, solet talis assignari. *Solutio. Integritas confessionis quàm necessaria* Quia, qui de peccatis mente dolet, quatenus Dei offensiua sunt; de omnibus doleat, necesse est, si Deo placere vult. Nam, si de aliquibus tantúmmodo doleat, & de aliis memoriæ occurrentibus non doleat, non est debita contritio, & mentalis confessio. Ita qui ore confitetur Deo per sacerdotem aliqua peccata sua, quatenus offensiua sunt Dei: ob eandem causam debet etiam alia omnia per quæ Deum offendit, eidem si meminerit, confiteri. Et nisi integra sit, non acceptatur à Deo, & indignus est absolutione, quia non integrè confitetur. Et impium est, à Deo dimidiatam sperare veniam.

20 Et si arguas quòd ex hoc videtur concludi, debere etiam pœnitentem, si primùm superiorem adierit, integram ei confessionē facere, & non tantùm reseruatorum. *Obiectio.* Dico, hoc esse verum, vbi ipse prælatus audire voluerit: cui enim pri- *Solutio.*

mò pœnitens se præsentat, & confitetur, tenetur omnia confiteri peccata. Et sicut si primò adiens proprium confessarium, confitetur ei tantùm quæ reseruata non sunt, dimidiat confessionem: ita si primò superiorem adierit, & illi sola reseruata confiteatur, dimidiabit confessionem. At si superior. non nisi sibi reseruata audire, & directè absoluere voluerit, sacramentalis est talis confessio licèt partialis sit, & absolutio tenet, & est verum Sacramentũ conferens gratiam. Non enim stat per pœnitentem, quominùs integrè confiteatur, sed per superiorẽ, qui eum integrè audire non vult. Quod benè ex ligitima causa facere poterit, vt putà repentini morbi, vel alicuius negotij ad bonum cõmune spectantis, & huiusmodi. Et hæc expressiùs

Instãtia: videri poterunt per Doctores supra citatos, & maximè per Sot. Et si iterum instes contra prædicta, quòd Durandus in 4. d. 17. q. 15. Adr. q. 4. de confessi. & alij dixerunt: absolutionem sacramentalem de peccatis, aliàs non absolutis, diuidi non posse: quia vnum peccatum mortale, sine alio remitti non potest, secundùm Fidem. Ideo necesse est, vt sacerdos absoluat peccatorem, aut ab omnibus peccatis, aut à nullo. Et sic non poterit inferior confessarius absoluere à non reseruatis, & superior à sibi reseruatis: sed alter eorum necesse est, vt ab omnibus absoluat, quia absolutio dimidiari non potest.

21 Dico, contra prædictos esse Henricum, Thom. Ric. Bonauent. plerósque alios in 4. d. 17. qui asserunt absolutionem sacramentalem posse in casu dimidiari; & per partes impendi. Constat enim sacerdotem non posse quemquam à peccatis absoluere; nisi habeat potestaté iurisdictionis in eum: quoniam sola potestas Ordinis non sufficit. Et hoc, communi DD. consensu in d dist. 17. recipitur. Et extat determinatum per Trid. Concil. sess. 14 cap. 7. Hanc autem iurisdictionis potestatem Papa, Episcopus, seu alius superior concedit, & concedere potest, prout vult: ideò concedere potest sacerdotibus facultatem plenam integrè absoluendi, & non plenam, sed aliqualem, vt possit. s. quosdam absoluere, & quosdam non; & possit à quibusdam peccatis absoluere, & à quibusdam non; ergò absolutio poterit dimidiari. Quod habetur expressum in c. si Episcopus, de pœn. & remis. lib. 6. Vbi in sententia dicitur. Quòd si Episcopus dederit subdito facultatem eligendi sibi confessorem idoneum; quòd taliter electus potest eum absoluere à peccatis: exceptis casibus Episcopo reseruatis. Ex quo patet, quòd absoluente confessario electo pœnitétem à non reseruatis peccatis; pro reseruatis tamen peccatis, exquirenda est absolutio ab Episcopo, seu alio super illis auctoritaté habéte: & sic absolutio dimidiari potest

Solutio.

Absolutio sacramentalis potest aliquando dimidiari.

Probatio. 22 Idque probatur ex eo, quia vbi quis confitetur omnia peccata sua, quæ ei memoriæ occurrunt, & absoluitur, licèt tollatur obligatio confitendi iterum prædicta, de quibus fuit absolutus, manet tamen obligatio confitendi alia, quorum oblitus fuit, si memoriæ occurrerint, vt de eis absoluatur.

Probatio. 23 Insuper qui ex caussis necessarijs, vtputà notabilis periculi, siue famæ, siue vitæ corporalis siue spiritualis, vel propriæ, vel alienæ, dimidiauit confessionem, quod secundùm communem facere potest, si absoluitur à confessis, non obligatur iterum confiteri confessa, de quibus fuit absolutus. Manet tamen obligatus, dicere, & confiteri tempore debito, vt absoluatur, ea pecata, quæ ob prædictas necessitates subticuit: & sic absolutio diuisionem admittit, sicut & ipsa confessio, quando vel neccessitate, vel obliuione dimidiatur. Ita & in casu nostro: vbi confessarius non habet auctoritatem super reseruatis criminibus, vel superior non nisi de reseruatis absoluit.

Diluitur obiectum quòd vnũ mortale non dimittitur sine alio. 24 Nec obstat, quòd pro parte contraria dicebatur, non posse vnum peccatũ mortale dimitti, alio non dimisso, quoniam gratia gratum faciens, omni peccato mortali repugnat, & non est cum aliquo mortali compatibilis. Nos, hoc ipsum fatemur, & concedimus, absolutionem sacramentalem non posse vnum

mortale sine alio quò ad culpam remittere; & quò ad hoc, non admittere diuisionem, sed indiuisibilem esse absolutionem. Nam licèt confessarius à non reseruatis directè absoluat, à reseruatis verò non directè, cùm potestatem ad id non habeat: consecutiuè tamen absoluit etiam à reseruatis. Quoniam cùm pœnitens per absolutionem gratiam sacramentalem accipiat: consecutiuè, & extensiuè absoluitur ab omnibus. Est tamen alius absolutionis effectus, liberatio. f. à ligatura; qua peccator astringitur, & ligatur ad confitendum sua crimina, vt absoluatur. Exẽpli gratia, Esto alicuius mortalia sint per contritionem dimissa; remanet tamen iste diuino iure obligatus, & in debito quodam, quo tenetur se sacerdoti subiicere, eidémque confiteri, & ab eodem absolutionem procurare. Et antequam absoluatur, dicitur in peccatis, saltem quò ad Ecclesiam manere. Ita licèt pœnitens à confessario directè absoluatur ab omnibus peccatis, super quæ habet auctoritatem absoluendi, & consecutiuè etiam à reseruatis, quò ad remissionem culpæ. Quò ad debitum tamen, quo tenebatur ligatus se confessario præsentare, & ab eodem beneficium absolutionis præuia cõfessione obtinere, non est plenè per illam primã absolutionem liberatus. Sed manet adhuc in debito confitendi alia peccata

Alter absolutionis effectus.

reſeruata, ei, cui reſeruata ſunt, vt ab illis legitimè per Eccleſiam abſoluatur. Itaque abſolutio à peccatis, quò ad culpam, partitionem non admittit, & eſt indiuiſibilis: ſed quò ad ligaturam, ſeu debitum præfatum, quód poſt iuſtificationem relinquitur, bene diuidi poteſt. Et contrariæ partis ratio, de abſolutione concludit peccatorum, quò ad culpam, & quę de ſe Deo peccatorem conciliat; non autem de abſolutione, quę eſt à præfata ligatura, & debito Eccleſiæ confitendi.

Abſolutio quando admittit diuiſionē.

Confeſſio non integra aliquando erit ſancta & ſacramentalis.

25 Ex quibus omnibus infertur Primò, quòd aliquando confeſſio non integra, vt eſt hæc, quæ fit ſuperiori de ſolis reſeruatis, ſancta eſt, & ſacramentalis. Nam licèt per ſe, & formaliter confeſſio integra eſſe debeat, alioquin non eſſet confeſſio, ſed cõfeſſionis ſimulatio; per accidens tamē, & materialiter poterit partialis eſſe ſalutifera, vt eſt in caſu noſtro; quādo ſuperior tantùm reſeruata ſacramentaliter audire, & abſoluere vult, & non alia, Non. n. huiuſmodi cõfeſſio per ſe, & formaliter partialis fit: quoniam non intendit pœnitens voluntariè, ex verecundia, aut puſillanimitate, ſiue ex quacunque alia illicita cauſa, aliquod tacere peccatum; ſed tantùm per accidens, & materialiter particularis eſt: vt putà ex carentia integri confeſſarii: hoc. n. confeſſionem partialem non annullat. Sicut vbi per accidens, non per ſe, cõfeſſionem dimidiari contingit. ſ. vel ex

obliuione, vel ex causis vrgentibus supradictis, vel vbi explicitè propriũ aliquod non potest confiteri peccatum, absque reuelatione confessionis. In his enim casibus cùm non per se, hoc est ex intẽtione, & libera pœnitentis scientia, sed per accidens dimidietur confessio, valida est, & sacramentalis: vt latè per Caiet. præter prædictos in sum. verbo confessio, videri potest. *Caiet.*

26 Infertur secundò, quod aliquod peccatum bis sit confitendum, vbi. s. proprio confessario integrè confessus est, & ob defectũ plenariæ auctoritatis super omnia peccata, iterum peccatum reseruatũ superiori confiteatur, necesse est, si Cõfessario auctoritatem non confert superior. licèt enim verum sit, neminem cogi posse ad confitendum bis idem peccatum; hoc verum est per se: vbi s. confessarius est integer, plenariam habens auctoritatem supra omnia peccata. Sed vbi plenariam non habet, tunc per accidens est, quòd teneatur iterum confiteri potenti absoluere: vt absolutionis beneficium consequatur. *Peccatum aliquod bis esse cõfitendum.*

Modus quo vtitur Religio pro absoluendis reseruatis

27 TV tamen scias, quòd licèt iste sit Ecclesiæ approbatissimus vsus, & pro sæcularibus satis accõmodus: nostra *Modus quo vtuntur Capuccini.*

in casuum absolutione.

tamẽ, Religio, non hoc, sed alio fratribus expeditiori, & commodiori vtitur modo. Considerauit enim, quòd si peccato irretitus frater deberet ad superiorem longè agentem recurrere, id sine eius infamiæ notâ apud fratres, minimè esse posset, dum illum ad superiorem recurrentem viderent. Et si proprio confessario facultatem super reseruatis non habente, integrè confiteretur; confessurus, habita opportunitate, iterum reseruata superiori; multis interim spiritualibus priuaretur bonis. Quoniam interim semper vrgeretur scrupulis. Nec tam frequenter, vt est de more in nostra Religione, & prout deuotio suggerit, ad libitũ quotidie Missas celebraret, vel Eucharastiam sumeret; quin priùs de reseruatis potenti absolueré fuerit confessus, & absolutus. Cùm nullus, etiam cui ex officio incumbit celebrare, absque præmissa sacramentali confessione, ad Sacramentum Eucharistiæ accedere possit: nisi ex necessitate vrgẽte, hoc est ad euitandum scãdalum, quod indè posset oriri. Vt constat ex Trid. Conc. sess. 13. c. 7. Et videri potest per Sot. 4. dist. 18. q. 2. art. 5. fol. 881.

Trident. Concil.

28 Alium ergò statuit modum, quo prædicta euitantur, & fratrum conscientiis plenè consulitur. Qui est, vt ad superiorem ipsum, si præsens fuerit, recurratur, qui integrè omnia peccata, vel si legitimè fuerit impeditus, reseruata

tantùm audiat, & absoluat. De reliquis verò, pænitentem remittat, à proprio cõfessario absoluendum. Aut reseruatis tantùm auditis, ad proprium confessarium de omnibus integrè absoluendum pœnitentem, remittat, prout Ecclesia vtitur. Si verò absens fuerit cuilibet proprio cõfessario data est facultas, vt pœnitentem suum, etiam ab omni culpa, & censura Ministro reseruatis absoluere valeat. Ita tamen, quòd teneatur pœnitens, habita superioris præsentia, se illi de reseruatis præsentare, eáque illi confiteri, vt vel illa iterum absoluat, vel vt sacramentaliter tantùm audiat, ad præstandum si opus fuerit remedium. Ex quo modo, nec vlla infamiæ nota incurritur, cùm superior absens non adeatur, sed eius expectetur præsentia: nec à celebratione quotidiana Missarum, vel à sacra recipienda Eucharistia, impeditur frater cùm integram à peccatis, non reseruatis, & reseruatis, & à proprio confessario, cui est confessus, absolutionem sit assecutus.

Absolutio à casibus absente Ministro.

29 Quòd si dicas, neminem absque proprio consensu à quocunque posse homine quantalibet iurisdictione illustri obligari, ad iterum confitenda peccata, quæ ritè confessus est, & ab eis est absolutus. Vt dixit Gers. Alph. 33. litera E. Palud. in 4. d. 17. q. 5. Adria. de confess. q. 5. col 3. & plerique alij DD. Hoc idem,

Obiectio.

Solutio. ego aſſero. Sed hîc adeſt proprius pœnitentis conſenſus; ideóque ſuperiori reſeruata, denuò confiteri tenetur. Quia dum pœnitens de reſeruato peccato, à ſuo vult confeſſario abſolui, qui minimè facultatem habet aliquem abſoluendi à reſeruatis, niſi cum hac obligatione, & ligatura ſe præſentandi ſuperiori: eo ipſo, dum petit abſolui ſpontè ſe obligat ſuperiori ſe præſentare, cùm abſque tali obligatione, & debito, abſolui non poſſit. Et quia ad id abſolutionem petens, ſponte ſe obligauit, implere tenetur: vt ex prædictis Doctoribus patet, & latè diſputauit. Nauar. in cap. placuit. de pœn. d. 6. num. 107. & ſeq.

Poteſt quiſque ſe obligare ad reconfitendum.

Statutum Ciſtercienſium ſe reconfitendi.

30 Et ad hoc facit ſtatutum, quod eſt inter Monachos Ciſtercienſes: quo præcipitur, vt omnes Monachi ſuis Abbatibus ea peccata, iterum confiteantur, quæ aliis confeſſariis ab eiſdem ſuperioribus deputatis, priùs confeſſi fuerunt, & ab eis abſoluti. Quod non aliunde eſt, licet Maior. in 4. diſt. 17. q. 6. ex auctoritate prælatorum preuenire contendat: niſi ex eorundem monachorum conſenſu tacito, vel expreſſo. Quoniam qui illum profitentur Ordinem tacitè ſe ſubiicere velle videntur, omnibus Ordinis ſtatutis: & per conſequens tacitè ſe obligare ſua peccata bis confeſſuros. Ita in caſu noſtro, qui à reſeruatis abſolui volunt, ab eo cõfeſſario qui auctoritatem

non habet abſoluendi quempiam, niſi cũ tali vinculo ſe præſentandi ſuperiori; tacitè dum abſolutionem petunt, ad ſe præſentandum ſuperiori, ſe obligant; cùm ſine tali obligatione abſolutio ſibi impartiri non poſſit, & nulla ſit. Et ſicut qui ſacro Ordine ſe initiari permittit, tacitè ad caſtitatem ſe obligat, ſiue id votum tacitum appelletur, ſiue obligatio legis ex illo conſenſu tacito reſiliens: ſic qui à tali confeſſario vult abſolui, ſe ſtatim ad præſentandum ſuperiori obligat, ſemperque tali debito erit aſtrictus, donec illud adimpleat. Et dum habita opportunitate in mora fuerit ſe præſentandi, ſempèr erit in culpa; quoniam cum tali debito, & non aliter facultas abſoluendi proprio fit confeſſario. De qua præſentatione neque cõqueri, neque grauari debet frater. Quia ſicut ſæcularis, (ſecundùm probatiſſimum Eccleſiæ vſum) ſi ſuperiorem pro reſeruatorum abſolutione adierit, qui auditis reſeruatis, non abſoluerit, ſed integrè abſoluendum ad inferiorem, ſeu proprium confeſſarium remiſerit: duobus reſeruata patefaciet peccata, ſuperiori. ſ. & inferiori, à quo eſt abſoluendus. Idémque eſt, ſi incœperit ab inferiori, qui non poteſt abſoluere (vt dictum eſt ſuprà) ita & in Relig.

Diſt. 32. c. placuit Epiſcopos. & 4. ſent. d. 37.

Preſentatio eſt obligatio voluntaria.

Conqueri non poteſt frater ſi duobus dicit peccata reſeruata.

31 Nec grauamen cenſendũ eſt, propter peccati grauitatem, & nocẽdi periculum, præter integram confeſſionem, reſeruata

Preſentatio non eſt grauamen ſubditorũ.

ad ſuperiorem deferri debere; vt quod expedit, præbeat remedium. Nam ſuperior eodem ſacramentali tenetur ſigillo, quo inferior, peccatum ſibi patefactum celare. Vt annotauit Sotus vbi ſup. prop. 1. Eſt enim hæc præſentatio ex ſacramentali confeſſione pendēs, & pars quædam eius, ad ſatisfactionem pertinens, ſolutio. ſ. debiti, quo ſe pœnitens ligauit, vt à reſeruatis abſolueretur. Et pœnitens ipſe non niſi ſub ſacramentali ſigillo, reſeruata peccata ſuperiori confitetur, & vera confeſſio eſt, eſto, quòd ab illis denuò non abſoluatur, & ideò ſub ſacramentali ſigillo habenda ſunt.

Obiectio. 32 Et ſi fortè dicas, quòd huiuſmodi modus videtur improbari à Palud. & Soto in locis præallegatis, illis verbis. Secundus modus dicendi eſt, quòd inferior audit totam confeſſionem, & de omnibus abſoluit, remittit tamen eum ad ſuperiorem, non quidem abſoluēdum à peccato, ſed vt liberetur ab obligatione præcepti, quo tenetur ſe præſentare ſuperiori, cui reſeruatur cognitio talium peccatorum. Hic verò modus longiùs, & peiùs à veritate diſtat: nam ſi inferior ab illis peccatis abſolueret, non propriè dicerentur reſeruata, &c.

Solutio. Dico, quòd non eſt idem iſte ſecundus modus à prædictis relatus, cum hoc, quo Religio noſtra vtitur. Ibi enim non habet inferior auctoritatem à reſeruatis abſoluendi,

uendi, vt patet ex verbis illis Soti. (nam si inferior ab illis peccatis absolueret, non propriè dicerentur reseruata,) Et illis verbis Palud (ex quo absoluere non possunt:) & ideò iustè damnatur. Alienum.n. à veritate est vt quis absque auctoritate possit absoluere: vt patet per c. si Episcopus. de pœn. & rem. lib. 6. & decretum Sixti 4. in extrau. Et si Dominici: quibus decernitur nullum inferiorem posse à casibus reseruatis quempiam absoluere: aliàs ineptè dicerentur reseruata. Modus autem noster ponit inferiorem, seu proprium confessarium habere auctoritatem à superiori sibi delegatam absoluendi pœnitentem à reseruatis, cum debito se præsentandi superiori, ergo non est idem modus noster cum prædicto.

33 Et si instes, quòd iste modus noster non videtur conueniens, quia Ecclesia eo non vtitur. Fateor & ego, secundùm communem ritum, hunc modum minimè seruari: sed conuenientissimus conuincitur ex rationibus prædictis. Quia per eum quælibet infamiæ macula tollitur, omnéque impedimentum, seu retardatio ad celebrandas Missas, & sacram sumendam Eucharistiam, depellitur. Et satis nobis est quòd nulli iuri, Diuino. s. vel Ecclesiastico contradicat, & iustè institui possit, quòd nemo (vt arbitror) negabit. Immo idem Palud. hoc ipsum, ibidem testatur, his verbis: (Si ille, qui inferiori confite-

Instantia.

Solutio.

Modus presentationis nostræ à casibus reseruatis quã conueniẽs

Palud. tur, recipit absolutionem ab illo sibi exponente, quòd non potest eum absoluere, nisi sic quòd vadat ad superiorem iterum confessurus: eò ipsò sponte se obligat ad iterum confitendum, ex quo sub tali pacto recepit absolutionem.) hæc ille. Idémque asserit Nauar. in Manu. cap. 26. n. 12. illis verbis. (Quòd si superior absens inferiori facultatem dederit, vt à casibus sibi reseruatis absoluat; eo modo, vt iterum illi confiteantur, quando præsens fuerit: confessarius tenetur illum modum pœnitenti declarare: quem si acceptare noluerit, non debet eum audire, nec à reseruatis absoluere: si consenserit, absoluere eum) hæc ille. Addens, quòd si pænitens post habitam absolutionem, nolit superiori confiteri, licèt absolutio ab inferiori facta, non desinat valere quandoquidem fuit exhibita ab habente facultatem absoluendi, & ei qui denuo superiori reseruata reconfiteri promisit, adeò vt omnis necessaria adfuerit conditio: tamen nouum tunc pœnitens peccatum mortale committit, & in eodem semper est, dum s. quod promisit, implere non vult. Sicut qui in confitendo aliquorum oblitus peccatorum, ea cùm memoriæ occurerint, licèt fuerit absolutus, semper confiteri tenetur: & nouo peccato ligabitur, si ea confiteri noluerit, eòq; erit astrictus, donec oblita confiteatur. Quod ex Soto nos suprà annotaui-

Nauar.

Nolens se præsentare iterum peccat.

mus. n. 30. Toties pœnitentem peccare mortaliter; quoties habita opportunitate, superiori denuó non confitetur reseruata: quæ cum hac ligatura fuerunt ab inferiori absoluta, & à pœnitẽte acceptata.

34 Erit ergò conclusio, quòd cùm superior aliquos sibi possit casus reseruare, & de illis absoluendis inferiori, cui voluerit, facultatem facere possit, prout ei placuerit: vt suprà dictum est, num. 21. adeò vt possit alicui concedere facultatem plenam integrè absoluendi absque vllo alio reconfitendi debito: & semiplenam, vt quosdam peccatores absoluere possit, quosdam non; à quibusdam peccatis, & à quibusdam non; & non absolutè, sed cum ligatura reconfitendi reseruata ipsi superiori, quod Medin. annotauit de conf. q. 11. Quòd confessarius inferior, cùm non integram, & absolutam habeat à Ministro facultatem à reseruatis absoluendi quoscunque pœnitentes, sed limitatam; absoluendi, scilicet eos tantùm, qui de reseruatis denuò ipsi Ministro voluerint confiteri: consequens est, vt sine hac ligatura, & debito superiori reconfitendi nullus pœnitens absolui possit. Debet ergò confessarius hoc debitum pœnitenti patefacere; & si id acceptare noluerit, non absoluat, quoniam absoluere non potest, nisi eos tantùm, qui hoc debitum reconfitendi implere consenserint: nec aliter facultas absoluendi ei facta

Conclusio dictorum.

Medin.

est. Quare inanis, & nulla esset absolutio tanquam sine iurisdictione facta. Si verò debitum hoc acceptauerit, legitimè ipsum absoluet, eritque pœnitens semper ligatus tali debito; donec superiori se repræsentet, eique reseruata referat peccata. Sicut enim vouere libertatis est; redditio autem facti voti necessitatis præcepti; vt dicitur in cap. Magnæ de toto. Et acceptare pœnitentiam à confessario impositam liberum fit cuique, qui inabsolutus abire vult; acceptatam verò necessitatis sit adimplere: vt latè per Nauar. cap. considerer. §. ponat se d. 5. nu. 3. & capite si quis. nu. 17. discutitur. Ita licèt in casu nostro sit liberum pœnitenti, si velit inabsolutus recedere, ligaturam, & debitum se repræsentandi & reconfitendi superiori, non acceptare: Si tamen acceptauerit, & absolutioni consenserit, implere necessariò tenebitur. Totiésque mortaliter peccabit, quoties debitum prædictum nolle implere proponit, vel habita opportunitate, non implet. Sicut mortaliter peccabit, qui contra votum emissum proponit facere, vel facit, & pœnitentiam semel acceptam, quæ ei sit iniuncta præceptiuè, nolle facere proponit.

Quæ libera sunt, quomodo fiant obligatoria.

35 Idémque per omnia dicendum est, etiamsi hoc debitum pœnitenti à confessario non fuerit expressum, modò ipse penitùs absolutioni consenserit. Dum enim ipse agnoscit confessarium

Dubium præsentandi non o-

non habere auctoritatem à reseruatis absoluendi, nisi ligando pœnitentem ad præsentandum se superiori, dum absolui petit, seu absolutioni consentit, tacitè ad reconfitendum superiori se voluntariè obligat: eritque ad id ligatus, sicut qui expressè hoc promisit. Sufficit enim tacitus consensus ad obligãdum pœnitentem vt annotauit Nauar. in dicto capite. placuit d. sexta. n. 118. & suprà dictum est, dum de Cistercieusium statuto diceremus, nu.30. *portet, vt sit expressum.*

36 Admonitos hîc esse confessarios opto, ne pœnitentem sub conditione absoluant: vt putà, te absoluo, & absolutum esse volo, si superiori te præsentaueris, sin autem minimè: quoniam absolutio non debet esse in suspenso. Argum. capit. Ad hæc quoniam. de appell. Et peccaret, qui sic absolueret, vt dixit Nauar. in capite. In princ. de pæn. d. sexta nu. 62. & in Manu. c. 26. nu. 12. Sed promittentem se præsentare absoluat: contradicentem verò dimittat. *Absolutio non sit conditionata.*

37 Sciant item pœnitentes, & memoriæ teneant, quòd vbi confitentur alicui habenti facultatem vel directam, vel delegatam à superioribus, vel à iubileo, absoluendi ab aliqua excommunicatione vel casu reseruato, quibus ipsi tenentur: Si illa per obliuionem, vel inaduertentiam seu nescientiam quia scilicet igno- *Reseruatum quando desinat esse tale.*

rabant illa esse peccata, non cõfitentur; & absoluuntur à cõfessario ab omni excommunicatione; & peccato, si, & quatenus potest: Adeò absoluti sunt, vt licèt teneantur illa confiteri, cùm memoriæ occurrerint, & aduerterint esse peccata: poterunt tamen de illis à quocunque proprio confessario absolui; quoniam non sunt ampliùs reseruata superiori. Vt dixit Palud. in 4. d. 17. q. 5. nu. 11. in fine, quem sequutus est Gabriel. 4. dist. 17. quæst. 1. sub finem, & Adrian. IV. q. 4. col. 10. de confess. & Nauar. in c. consideret. §. cautus. num. 30.

Absol ab excõmunicatione quãdo sufficiat tacita.

38 Et nota quò ad absolutionem ab excommunicatione reseruata; quòd licèt dictum sit, absolutam esse, & non ampliùs esse reseruatam, si cõfessarius ab omni excommunicatione, si & quatenus poterat; absoluit; quod passim ab omni prouido confessario ante absolutionem peccatorum sacramentalem præmittitur expressè: sufficit tamen tacita, vt dixit Gerson, 2. par. alpha 33. c. de excommunicatione, & irreg. Nam si confessarius, recta intentione super pœnitentem dixit: Absoluo te in nomine Patris, &c. non solùm à peccatis, sed etiam à censuris absoluisse, iudicandus est. Quem sequitur, & commendat Nau. in dict. §. cautus. propè finem. Quare licèt confessarius non expressè à censuris absoluerit, sed tantùm generaliter dixerit, absoluo te, &c. si tamen rectam

habuit intentionem,(qualem putandum est, vel expressam, vel virtualem omnes habere confessarios) scilicet absoluendi à necessariis: erit vtique pœnitens à censuris absolutus.

Quis proprius sacerdos, seu confessarius sit censendus.

39 PRoprius verò confessarius, (de eo loquendo, cui pœnitens confiteri tenetur) ille est; qui supra pœnitentem habet iurisdictionem absoluendi, vel ordinariam ex suo officio, vel delegatam. Ordinariam, vt sunt Guardiani, qui ad curam animarum suorum subditorum eliguntur. Vel commissam, & delegatam, vt sunt cæteri sacerdotes qui in confessarios à prædictis Guardianis instituuntur, vt patet ex Palu. in 4. d. 17. q. 3. art. 2. Quod intellige, de sacerdotibus, qui priùs à Prouincialibus ad audiendas cõfessiones fuerunt admissi. Sic enim nostra religio de more habet, & obseruat. Illi enim omnium suorum poterunt subditorum confessiones audire, eósq; de omnibus absoluere: ita tamen, vt reseruata Ministris crimina, (si quæ habẽt) denuò eis patefaciãt. Simplices autem sacerdotes Ordinis, non nisi eorum poterunt confessiones audire, & absoluere, (modo quo suprà) qui eis à Guardiano fuerint assignati; cùm super cæteros iurisdictionem non

Proprius confessarius quis sit.

Guardiani eligunt confessarios.

habeant delegatam, nec propriam ordinariam: quæ necessariò requiruntur ad absolutionem peccatorum, vt patet ex Concil. Trid. sess. 14. cap. 7. & latè habetur à doćto. in 4. d. 17.

Ipsi autem Guardiani, sicut omnes prælati Religionum vt Abbates, Generales, Prouinciales, Priores, ex concessione Greg. IX. de pœn. & remiss. capite vlt. seipsos cui voluerint intra Ordinem confessario absoluendos subiicere poterunt. Vt annotarunt Palud. in quarto dist. 17. quæst. tertia art. primo Caiet. in summa. Absolutio capite secundo. & Sot. in quarto. dist. 18. art. quarto quæst. 2. Cum eodem tamen debito se repræsentandi quo suprà, si fortè aliquo reseruato teneantur peccato. Simplices verò sacerdotes non eadem (vt censuit ibidem Sotus, & malè) gaudent facultate, vt sibi promiscuè quemcúnque eligant sacerdotem, absque eo quòd à superiori sit expositus: sed hoc conceditur prælatis etiam inferioribus, qui sunt exempti: vt benè dixit Palud. vbi suprà. (Ex hoc ipso, (inquit ipse) qui sunt exempti, vt Abbates &c. & prælati, habent simile priuilegium cum Episcopis, in eligendo liberè confessorem. Si autem sic sunt exempti, quòd tamen non sunt prælati, non habent istud priuilegium. Omnes enim subditi collegii, exempti sæculares, vel regulares, suis prælatis immediatè confi-

teri possunt, non alijs: nisi de licentia ipsorum.] hæc ibi. Et hoc clarè extat hodie deteminatum à Concil. Trid. sess. 23. c. 15. cui Sotus morte præuentus, non interfuit. Tantùm ergò prælati Ordinis non subditi; simplices sacerdotes poterunt sibi confessarios eligere.

40 De viatoribus autem, & fratribus hospitibus, quibusnam confiteri possint? ordinationes attendi debent superiorum, quid circa id disponant: quandoquidem hoc pendet à voluntate superiorum statuentium. Et hodie vsus habet, vt vbicúnque fratres hospites se in locis nostris receperint, confiteantur Guardiano loci, vel sacerdoti à Guardiano eis assignato, à quibus absoluentur, cum eodémmet debito, quo suprà: se scilicet Ministro præsentandi, si aliquo reseruato astringuntur. Qui si aliter fecerint, inutiliter absoluentur: quoniam omnes alij à prædictis, non erunt legitimi, seu proprij confessarij: ideò eorum absolutio nulla. Absolutè dixi, Ministro. Quia sufficit quòd pœnitens, se repræsentet Ministro Prouinciæ, in qua sua confessus fuit peccata, Secundùm constitutionem Eugenianam, & ius commune cui standum est. Prædicta autem intelliguntur de fratribus hospitibus subditis. Nam si fuerint prælati; poterunt seipsos intra Ordinem, cuicúnque confessario, quem elegerint, subijcere: &

Fratres viatores quibus cõfitentur.

Præsentatio fieri debet Ministro.

ab eo, cum eodem tamen debito absolui, si reseruatis subijciuntur: vt omnes (præter Ministros) sunt Ordinis prælati. Sic enim habet vsus Ordinis, ex voluntate saltem tacita Generalis Ministri; Et ideò donec aliter disponatur, sic erit seruandum.

Num concedatur fratribus extra Ordinem confiteri?

Confessio facta extra Ordinem an valeat.

41 TOties (intra Ordinem) dixi; quia Sacerdotibus sæcularibus, seu alterius Ordinis non possunt fratres liberè confiteri. Cùm enim fratres sui iuris non sint, & absque suorum superiorum licentia, & eò magis ipsis contradicentibus, non valeant seipsos Sacerdoti, quem maluerint subijcere: constat, quòd dum Generalis nedum non consentit, sed prohibet, ne vllus fratrum extra Ordinem audeat confiteri: nullus vtique eorum poterit extra Ordinem confiteri. Erítque nulla confessio, & absolutio attentata: cùm super fratres huiusmodi electi in confessarios iurisdictionem non habeant. Hæc autem Ministri Generalis prohibitio semper extitit; satísque ex vsu, & antiqua consuetudine comprobatur: quæ etiam vim legis in hoc habet. Et de hoc insuper habetur statutum Clement. IV. quo inhibetur vniuersis Ecclesiarum prælatis, & quibuscúnque alijs ne confessiones fratrum

Minorum præſumant eorum prælatis inuitis audire. Vt habetur in compend. Verb. confeſſio. n.1.& Bonif. VIII. Vbi ſic habetur. Inhibemus vniuerſis fratribus veſtri Ordinis, ne aliquis eorum niſi in neceſſitatis articulo, aliis, quàm prælatis ſuis, peccata ſua confiteri prçſumant, vel aliis Sacerdotibus eiuſdem Ordinis, ſecundùm Regulam, & ipſius ordinis ſtatuta, hæc ibi.

42 Ex quo colligitur, nedum nobis omnibus eſſe prohibitum extra Ordinem confiteri, ſed etiam ex conſequenti, Miniſtris, etiam Generali, prohiberi, ne alicui Sacerdoti, qui noſtri Ordinis non ſit, facultatem facere poſſint, audiendi fratrum confeſſiones: cùm ex Papali prohibitione generaliter prohibeatur, ne extra Ordinem confiteri poſſimus. Quare nec de prælatorum licentia poſſent noſtri Ordinis fratres, extra Ordinem confiteri; niſi in neceſſitatis articulo, & noſtri Ordinis Sacerdotes non adeſſent.

43 Et adeò Hugo, & Piſan. hîc & ſpeculum fol. 16. prædicta vera eſſe putant, vt aſſerant, etiam ex vi Regulæ, prohibitum eſſe Miniſtris, poſſe facere facultatem fratribus vt extra Ordinem valeant confiteri de caſibus; ipſis Miniſtris reſeruatis. Etenim Regula peccantes fratres, non ad alios, quam ad Miniſtros Ordinis mittit: Et ipſis Ordinis Miniſtris, qui curam animarum fratrum habent,

Miniſtri an poſſint concedere vt confiteamur extra ordinem.

modum præſcribit; vt in caſibus ſibi reſeruatis, non extraneos ipſis fratribus confeſſarios, ſæculares ſcilicet presbyteros, vel alios religioſos aſſignent, ſed tantùm huius Ordinis ſacerdotes. Ait enim. [Ipſi verò Miniſtri, ſi presbyteri non ſunt, per alios ſacerdotes Ordinis pœnitentiam iniungi faciant.] Satis ergò datur intelligi, ex ipſa Regula eſſe prohibitum, poſſe de reſeruatis extra Ordinem confiteri, niſi in mortis periculo, deficientibus ſacerdotibus Ordinis. Et ſatis hoc rationabile videtur, quoniam talia peccata extrinſecùs detegere, poſſet in infamiam Ordinis redundare. Et Sacerdos Ordinis, meliùs ſcire poteſt, & ſcit, formam Regularis correctionis; tam ipſi fratri peccanti expedientem, quàm ordinis puritati neceſſariam. In mortis tamen periculo, poterunt fratres deficientibus ſacerdotibus Ordinis noſtri, etiam abſque licentia prælatorum alijs ſacerdotibus confiteri, & abſolui ſine ligatura, & debito reconfitendi reſeruata peccata Miniſtris: vt eſt communis regula Doctorum. 4. diſt. 17. Et de hoc latè videri poteſt per Nauarrum, capite primo, d. 6. nu. 73. Excepto ergò caſu mortis veræ, ſeu probabiliter imminentis non poſſunt fratres de reſeruatis culpis extra Ordinem abſolui, etiam de licentia Miniſtrorum, ſecundùm prædictos. Quibus etiã Cord. hîc. q.

In artic. mortis confeſſio fit cuicunque ſacerdoti.

DD.

2. consentire videtur; quia esset contra Regulam. [Et quicunque, inquit Hugo, contra præceptum, & formam Regulæ per Sedem Apostolicam approbatæ, præsumeret confiteri, non pœnitens, sed inobediens censeretur, nec peccata dilueret, sed augeret. Hoc enim Dominus Papa, qui diœcesanos, & quoslibet alios confessores à fratrum confessionibus arcere vtique potest, expresse inhibuit,] hæc ille. Nec obstat, quòd Clemen. V. hoc non posuit inter obligatoria Regulæ: quia dici potest, multas esse conditiones, & circunstantias ex vi Regulæ obligantes, quæ tamen non satis explicitè computatæ sunt inter obligatoria Regulæ, vt patet super capite 3. Quòd si ita esset, vt prædicti Doctores tenent, res esset maximi quidem momenti. Non enim possent prælati in hoc dispensare, cùm non habeant facultatem super Regulam, nisi in casu veræ necessitatis, vbi necessitas ipsa dispensat.

44 Et licèt Leo decimus concesserit, quòd prædicatores nostri Ordinis, & alij etiam fratres quando sunt extra Monasterium, & non possunt habere copiam sacerdotis nostri Ordinis, quia non habent socium sacerdotem, & confessorem possint cõfiteri peccata sua, alteri sacerdoti, alterius Ordinis, vel presbytero sæculari dũmodò fiat sine fraude, & dicantur prælato suo denuò reseruata; vt habetur *Confiteri extra Ordinem est concessio.*

ctorem compendii. Absol. Ordin. §. 19. Et voluerit vt Generalis Minister in capite Generali, & quilibet Prouincialis in capit. Prouinciali, de consensu eiusdem capite seu maioris partis, declarare possit, & valeat: vtrum à similibus concessionibus viuæ vocis oraculo tantum concessis, fratres debeant cauere, & non vti eis, vel vti, vti per eundem collectorem notatur, Verbo priuileg. fratrum. §. 22. Quia tamen per nostras constitutiones omnibus priuilegiis Regulæ nostræ contrariis, renuntiatum est: non poterunt fratres etiam de licentia Ministrorum prædicta vti facultate, cùm sit contra Regulam: Et ideò non nisi in necessitatis casibus, poterunt extra Ordinem nostrum de reseruatis, confiteri, cùm necessitas nulla arctetur lege. In articulo enim mortis, si haberi non possit copia proprii Sacerdotis, potest quisque per quemcúnque, (modo hæreticus non sit) Sacerdotem, absolui à quibuscúnque peccatis, etiam summo Pontifici reseruatis; & à quacúnque excommunicationis censura. Vt patet per Tridentinum Concilium, sess. 14. capite 7. Vltra antiqua iura. cap. non dubium, de sent. excom. & Extrauag. *Six.* IV. cap. & si Dominici, de pœn. & remiss. Sic. n. Trident. Concil. [In Ecclesia Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis; atque ideò om-

Renuntiatio priuilegiorum.

In artic. mortis quilibet sacerdos absoluit.

nes sacerdotes, quoslibet pœnitentes, à quibusuis peccatis, & censuris absoluere possunt.] Dum enim res perpetuæ saluationis, seu damnationis agitur, ab hac luce exeuntis; non vult pia mater Ecclesia vt tam salubri absolutionis remedio quicunque pœnitens carere debeat. Et ideò in mortis articulo nulla extat culpa reseruata, quæ absolui non possit: omnísque sacerdos etiam excommunicatus, suspensus, degradatus, irregularis, (modo hæreticus non sit) erit legitimus confessarius, vbi proprius haberi non potest. Adeò vt semel absolutus si superuixerit, non teneantur denuò reseruata peccata confiteri; cùm de illis verè fuerit absolutus. Sed tantùm pro excommunicatione tenetur ad excommunicantem, à quo de iure communi erat absoluēdus, recurrere quàm citò commodè poterit, illius iussui pariturus, & satisfacturus, prout iustitia suadebit. Alioquin in eandem reincidet excōmunicationis sententiam, vt ex decreto Bonif. VIII. cap. eos qui. de sent. exc. lib. 6. extat determinatum. Hæreticus meritò excipitur, cùm amissa fide ampliùs Ecclesiæ membrum non sit. Quare non solùm vsu iurisdictionis est suspēsus; Verùm eradicata fide funditùs iurisdict. amisit. Et licèt Ioan. Medi. de conf. q. 28. prædicta intelligat de simplici sacerdote catholico, non autem de suspenso, vel excommun. nomi-

Absolutio ab excommunicatione in art. mortis.

Medi.

natim, seu notorio; quia ij non habent auctoritatem propinquam, hoc est iurisdictionem absoluendi, & ligandi, vt constat ex capite duobus. de clerico excommun. & capite si celebrat de clerico excommun. celebr. Secundùm tamen communiorem Doctorum sententiam, valida est, prædictorum absolutio in mortis articulo. Quoniam pia mater Ecclesia, quò ad talis articuli tempus, non aufert, seu suspendit prædictis iurisdictionem: sed eo necessitatis articulo vult, quosque sacerdotes, legitimos confessarios esse posse.

Articulus mortis quid sit.

45 Nec articulum mortis accipiendum puto, ita strictè, vt Sotus voluit; vt. s. intelligatur tantummodò, cùm mors est in fieri, vel per infirmitatem, vel ministerio iustitiæ: sed etiam pro periculo mortis, vt dixit Palud. & Sylu. & Nau. Vtputà quando in tali statu quis reperitur, in quo æquè indifferenter solent communiter homines inde mori, sicut euadere: vt est in naufragio, in actu belli, & similibus. & de his latè videri poterit per Palud. 4. d. 20. q. 1. ar. 1. Sylu. verb. confessio, primo § 6. Sot. 4. d. 18. q. 4. ar. 4. Nauar. in Manu. cap. 27. num. 271.

Confiteri extra Ordinem an ex Regul. prohibeatur.

46 Sed esto, quòd non sit præceptum Regulæ de reseruatis extra Ordinem confiteri non posse: negari tamen non potest, secundùm mentem Regulæ esse. vt extra Ordinem fratres nullatenus confiteãtur,

nisi in necessitatis articulo. Hæc enim Regulæ intentio, ex verbis suprà positis patefit: & ex Bonif. viij. const. habetur expressum. Qui dum mandat, ne extra Ordinem fratres, nisi in necessitatis articulo audeāt confiteri; hoc ipsum de mente esse Regulæ asserit. Quare & contra Regulæ mentem & contra Papales prohibitiones probatur esse confessio, quæ per fratres (præter necessitatis articulum) extra Ordinem fiet. Et ideò inanis, & nulla erit, cùm legitimis confessarijs non fiat: nisi sibi à ministris, ad id facultas concessa fuerit. Poterunt enim Ministri (si prædictorum Doctorum non acceptatur sententia quòd præceptum sit Regulæ, saltem de reseruatis peccatis extra Ordinem non confiteri) ex Sixto IV. vt habetur in comp. verbo confessio §. 4. & Leone X. facere facultatem fratribus cōfitendi extra Ordinem, sed non secùs, quàm in cap. Generali, seu Prouincialibus fuerit statutum, vt suprà dictum est. Et vsus habet, vt nunquam fratres extra Ordinem valeant confiteri; nisi in necessitatis articulo, vbi Ordinis nostri sacerdos haberi non potest, vt sic menti, & intentioni Regulæ conformemur. *Num.44.*

47 Neque hic necessitatis articulus sumendus est tantùm pro articulo seu periculo mortis: sed pro quacunque alia necessitate ad id iustè cogente. Quæ esse poterit, si necessariò ad euitandum

Articulus necessitatis qualis sit.

manifestum scandalum, debeat sacerdos celebrare, & confessarium, seu sacerdotem nostri Ordinis, cui confiteatur, non habeat. Vel si in terris reperiatur infidelium, vbi nostri Ordinis sacerdos non sit, & huiusmodi. In tali enim necessitate possunt Ministri dispensare, & tacitè intelligitur dispensatum, & facta facultas. Quia nec Regulæ menti aduersatur, in casu necessitatis dispensare. & Papalibus constitutionibus prædictis, Sixti, Bonifacii, & Leonis expressè conceditur.

Not.

Absolutio a censuris potest fieri extra Ordinem, & quando.

48 Prædicta tamen semper intelligas pro culpis, seu absoluendis peccatis; non de censuris. Nam de his nec ex Regula nec ex aliqua Papali constitutione, videtur prohibitum Ministris: alicui extra Ordinem posse committere potestatem absoluendi, vel dispensandi, vt iudicauerint expedire. Vnde vbi expediens fuerit, poterunt extra Ordinem prædictam committere facultatem absoluendi à censuris: & de Ministrorum licentia poterunt fratres extra Ordinem à prædictis censuris absolui, & dispensari, vt annotauit hîc Cordub. q. 3. in fine primi puncti.

Num fratres virtute bullarum, Iubileorum, &c. poßint absolui à reseruatis, absque debito se præsentandi Ministris?

49 ET si quæras, vtrum virtute bullæ cruciatæ, possint fratres absolui à reseruatis intra, vel extra Ordinem, sine licentia prælatorum suorum, & sine debito se præsentandi? Dico, quòd si constaret manifestè de voluntate Papæ, quòd vellet concedere fratribus facultatem ad prædicta; tunc nullum esset dubium, posse fratres, sicut valent cæteri Christiani, vti eis. Constat enim, quòd Pontifex potest id concedere generaliter quibuscunque Christianis, etiam Religiosis; eo modo, quo vult. Quoniam totum hoc negotium tangens iurisdictionem prælatorum, & iudicium spiritualium; ordinationi, & potestati eius subiicitur secundùm communiter Doctores, & latè habetur à Io. Medi. de confess. q 35. Verùm, quia non semper constat de voluntate Pontificis; ideò stando in foro conscientię, securiùs est tenere, quòd per tales gratias generaliter concessas omnibus Christianis non intendat Papa facere facultatem, quòd fratres Minores possint indifferéter confiteri, & absolui, intra, seu extra ordinem à reseruatis, modo quo

Fratres nō possunt absolui virtute bullæ cruciatæ.

ſuprà dictum eſt. Et ſic plerique Pontifices (vt videri poteſt in cōpen. priuileg.) declarauerunt. Vt Six. 4. Innoc. 8. Alex. 6. Iulius 2. & Leo. x. Dixerūt enim hi, quòd licèt in bullis quantumcúnque generaliter dicatur, quòd omnes Chriſtiani, etiam Religioſi quicunque mēdicantes poſſint abſolui, &c. tamen de ipſis fratribus minoribus id non intendebant dicere. Ne per tales bullas daretur occaſio relaxationi diſciplinæ regularis, praua libertas, incentiuúmque peccatorum, ſeu pronitas ad liberiùs peccandum. Et ſimpliciter credendum eſt, alios ſucceſſores Pontifices ſic intendere, idémque velle; quod & eorum prædeceſſores. Non enim credendū eſt Summos Pontif. haſce velle facultates fratribus cōcedere; ſi ipſi eſſent plenè informati de relaxationibus, quæ ex prædictis facultatibus occaſionaliter in Ordine naſci poſſent. Vnde tales gratiæ quò ad fratres (ſaltem in foro conſcientiæ) iudicari poſſunt vt ſubreptitiæ. Et clauſula generalis interpretari, & limitari debet, ſecundùm ius diuinum, & etiā humanum. Neque debet extendi ad ea, quæ quis nō eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus; ſi ei omnino conſtaret de incōuenientibus inde ſequuturis. Vt expreſsè habetur in cap. In generali. de reg. iur. in 6. & eſt communis DD. ſententia, & annotauit Nau. in man. c. 27. num. 271. Vnde non erit tutum in conſcientia huiuſmodi vti

bullis, aliiſve facultatibus; cõfraternitatibus, aliiſque piis locis, vel pœnitentiarijs conceſſis: niſi certè conſtet de voluntate Papæ. Per has enim cùm ſint perpetuæ, & nedum ſemel, ſed pluries in anno, quiſque eis vti poſſit; Ordinis diſciplina relaxaretur, & pronitas fieret ad liberiùs peccandum. Et eſt credẽdum hanc eſſe Summorum Pont. voluntatem; vt fratres nullomodò abſque ſuorum Miniſtrorum licẽtia eis vti poſſint. Sicut per prædictos Pont. Sixtum, Innoc. & cæteros determinatum exiſtit. Et per Greg. 13. fel. mem. noſtris diebus, dum Romæ celebraretur Capitulum Generale, fuit declaratum.

50 Quò ad Iubileos verò, qui aliquando propter ſpecialem Eccleſiæ neceſſitatem fiunt à Summo Pontifice, vt omnes Chriſtiani confiteantur, ieiunent, orent; Et vt meliùs id faciant conceditur auctoritas confitendi cuilibet approbato ſacerdoti, à quo poſſint abſolui à quouis etiam reſeruato peccato. Credendum eſt, quòd nos etiam huiuſmodi Iubileis vti poterimus; & abſolui ab omnibus peccatis etiã reſeruatis abſque debito præſentandi: ſemel tantùm intra illud tempus, ſecundùm tenorem Iubilei. Quod etiam à Pio V. & Greg. XIII. fuit fratribus declaratum, & ſic ſeruatur.

Fratres poſſunt abſolui virtute iubilei.

Quot, & qui ſunt caſus, qui in toto Ordine communiter Prouincialibus Miniſtris reſeruantur.

51 VT autem quiſque frater ſciat, qui ſunt caſus reſeruati, pro quibus prouincialibus Miniſtris, qui eorũ aliquo eſt irretitus, ſe repreſentare tenetur: ſciat eos eſſe, qui à Clem. VIII. fælic. recordationis fuerunt editi, & cunctis religioſis præſcripti. Et alii qui iuxta eius decretũ à generalibus Capitulis pro tota Religione, vel à Capitulis Prouincialibus pro ſingulis prouinciis facti ſunt, vel fient. Et circa horum abſolutionem, & præſentationem ſeruandum eſt decretum prædictum, quod & ſanctiſſimus Paulus V. eius ſucceſſor præcepit etiam ſeruari.

Tex. *IPſi verò Miniſtri ſi presbyteri ſunt, cùm miſericordia iniungant illis pœnitẽtiam: ſi verò presbyteri non ſint, iniungi faciant per alios ſacerdotes Ordinis; ſicut eis ſecundùm Deum meliùs videbitur expedire. Et cauere debent, ne iraſcantur, & conturbentur propter peccatum alicuius, quia ira, & conturbatio in ſe, & in aliis, impediunt charitatem.*

58 VBi Pater sanctus mandauit fratribus suis, vt quàm citiùs possunt sine mora, debeant ad Ministros recurrere pro culpis publicis reseruatis: hîc ipsos instruit Ministros, vt in imponenda pœnitentia publica, ita fiat iustitia, vt & misericordiam comitem habeat. Non vult B. Pater vt deseratur iustitia, & nulla pro culpis publicis imponatur pœnitētia: id enim esset cæteros prouocare ad peccandum, & maximum ad delinquendum præbere incentiuum: sed ita vult iustitiæ vinum infundi, vt oleum misericordiæ non desit. Adsit ergò in hisce castigandis criminibus, iustitię zelus; sed moderatè sæuiens, non turgidus, & rigorosus. Qui enim ad pœnitentiæ Sacramentum recurrunt, licèt pro peccatis publicis; quò ad fieri potest, sunt confouendi gratia, ne confessio odiosa reddatur. Adsit item & pietas; sed nunquam plusquàm expedit, parcens; ne eisdem, & aliis ob nimiam indulgentiam occasio detur peccandi: sed misceatur semper lenitas cum seueritate, misericordia cum iustitiæ zelo.

Ministri erga peccantes quomodo se gerant.

59 Ideò cauere debent prælati, vt pater sanctus admonet, & diuino, & naturali iure tenentur; ne ob alicuius peccatum, crudeli exscandescant ira & conturbatione. Ira enim, & conturbatio, quæ ex consensu liberi arbitrii in maleuolentiam procedunt; charitatem, quę vitæ est

Ira, & cōturbatio quid sint.

animæ in se, & aliis impediunt. Et si nimiæ, licèt ex zelo, sint charitatis, & misericordiæ faciunt obliuisci. Nam zelus decipit, quem modus non condit. Ideò hisce prælati carere debent. At si subreptitiæ sint, modò voluntatis rectitudo custodiatur; non vtique damnabiles erunt. Quoniam non est in hominis potestate, iræ subreptitios motus vitare; sed satis est viriliter infra terminos rationis cohibere. Iuxta illud, Irrascimini, & nolite peccare. Psal. 90.

Pœnitentia sacramentalis imponenda est cum misericordia.

Quòd si ab ira, & conturbatione crudeli cauere debent prælati, vt seruata charitate compassiua, pœnitentiam misericordem pro publicis criminibus reseruatis, valeant exhibere pœnitentibus: quantò magis cum misericordia, erit sacramentalis pœnitentia imponenda pro peccatis reseruatis occultis? Vt promptiùs, & fidentiùs (vbi opus fuerit) pro ijs ad Ministros fiat recursus?

Suspicio euitanda pro præsentatione.

90 Immo sic prudenter, & fideliter in iis Ministri se habere debent; vt nullo modo eam pœnitentiam iniungant, ex qua aliqua oriri possit suspicio apud fratres, in præiudicium sigilli confessionis. Esset enim hoc contra ius naturale, diuinum, & humanum. Et abstinere omnino se debent; cùm fratres ipsis se præsentant, & etiam post ipsam præsentationem; ab actione quacunque, quæ in præiudicium sigilli esse potest.

61 Vnde

61 Vnde satis indiscretè, & infideliter facerent Ministri, si ad se recurrentes pro culpis reseruatis, à promotionibus, quas essent habituri, retraherent. Aut verbis duris alloquerentur, aut de loco, ad locum absque necessaria causa mutarent, & cum eis postmodùm asperè se gererent, & aliis huius generis actibus suspectos illos redderent apud fratres. Hæc enim non sine magno animarum periculo fierent. Qui enim ex infirmitate in aliquam reseruatam caderet culpam, fortassis non audebit ad Ministros recurrere. Immo sumet occasionem, vt ruat de peccato in peccatum: & per multa tempora sæpe sceleribus irretitus remaneret, vt dixit Vbertinus. Dulciter ergò, benignè, & misericorditer debent Ministri huiusmodi recipere, & tractare; eísque particularem ostendere dilectionem, vt sic (vbi opus fuerit) ad eos recurrendum, incitentur. Qui enim ouem perditam, & naufragum filiũ piè, & misericorditer, vt ipse curari optat, non curat, nec pastor, nec frater est. Et vbi ex indiscreto zelo, indiscretè aduersus hos pœnitentes se habet, cœlum volentibus ingredi, claudit: emptásque Christi sanguine animas, crudeliter per occasionem, necat. Non ergo irasci, vel indignari, (vt pater sanctus docet) aduersus hos debent Ministri, sed piè eos, amantérque recipiant, vt hæc sacramentalis præsentatio non eis fiat ad interitum, & desperatio-

Notanda.

Admonitio.

nem, sed ad salutem, & pacem.

Præsentatio quando non sit facienda.

62 Scire tamen debent fratres, quòd licèt vbi Minister (quod absit) esset diffamator, & reuelator confessionis, non tenerentur ei se præsentare: sed tuta conscientia differre poterunt præsentationem quousque absque famæ periculo repræsentare se poterunt. Sicut facere possent, quando probabiliter timerent ex præsentatione facienda, periculum peccandi obuenturum vel sibi, vel etiam Ministro, vt putà quia sollicitator esset ad malum. Vt dixit Ioan. Medi. de confess. quæst. 10. & annotauit Nau. de pœnitentia, d. 5. c. considerет, nu. 100, ex S. Tho. & Maio. in 4. d. 17.

Non tamen excusarentur à præsentatione prædicta, vbi timerent, quòd post præsentationem accuratiùs solito, ipsorum facta Minister obseruabit, & curam sit habiturus, nec adeò benè vt priùs, de eis sit opinaturus. Nec item erubescentia, causa sufficiens censetur ad excusandum eos, immò quò plus verecundiæ patiuntur, eò magis satisfacient. Vt habetur de pœnitentia, d. 2. c. quod pœnitet, & annotauit Sylu. verbo confessor. §. 6. Et post ipsum Nauar. in man. cap. 7. in fine, & in capite placuit. de pœn. dist. 6. num. 149. Quare vbi vitæ, vel famæ, vel animæ sibi fratres periculum probabiliter non timent: à prædicto recursu ad suos Ministros minimè ob timorem prædictum, vel

pudorem, seu erubescentiam excusarentur.

63 Notandum est demùm pro huius septimi capituli complemento, quòd illa verba Regulæ, (si Ministri presbyteri non sint, mittant:) dicta sunt pro Ordinis principio, in quo erat raritas sacerdotum, & eò magis, quò noster Seraphicus Pater ex humilitate legitur noluisse ad sacerdotium ascendere, sicut & Sanctus Benedictus fecit. Regulariter tamen, non expedit esse prælatos, qui sacerdotes non sunt. Quia cùm prælati curam habeant animarum, suarum debent pecudum vultus agnoscere, & in via Dei ordinare, quod ijs, qui sacerdotes non sunt, haud bene quadrare potest. Et ideò, vt Sanct. Bonauentura hîc asserit, regulariter non debent, qui sacerdotes non sunt, esse prælati; sed tantùm vbi necessitas, & ratio conuincat. Et hæc de septimo capitulo, sint satis.

Prælati debent esse sacerdotes.

DE ELECTIONE GENERALIS Ministri, & de Capitulo Pentecostes. Cap. VIII.

Tex. *VNiuersi fratres vnum de fratribus istius Religionis teneantur semper habere in Generalem Ministrum, & seruum totius fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire.*

ABsoluto sacramentali regimine in superiori capite, In hoc octauo de generali, & intrinseco regimine agitur, in quo optimus regiminis modus præscribitur. Illud enim secundùm Arist. in Poly. vtilimum est regimen; quod sic est monarchicum, quod tamen in primo omnes æqualiter comparticipant. Quoniam vnitas valet contra scissuras, & dissentiones: & facilius est inuenire vnum discretissimum, & optimum ad regendum, quàm multos. Et tamen meliùs, consultiùs, ac maturiùs videt, & prouidet vnus multorum consilio fulcitus, quàm solus. Et quę plurium consilio, & assensu stabiliuntur. placidiùs, & concordiùs obseruãtur. Ideò Pater Sanctus, & vnicum mandat huius

Regimen debet esse monarchicum.

Ordinis esse generale caput: & generalia vult fieri Capitula in quibus per Prouinciales, & Custodes constituatur, & eligatur Generalis Minister. Et vbi fuerit opportunum, destituatur, & alter in eius locum substituatur, & subrogetur. Et per eosdem simul cum Generali Ordinis Ministro; ordinentur, quæ videbuntur expedire ad puram Regulæ obseruantiam.

2 Mandat ergò vniuersis fratribus, eos omnes sub præcepto concludens, quòd semper vnum istius Religionis fratrem professum, in caput vniuersale, & Generalem totius Ordinis Ministrum teneantur habere: cui firmiter ab eisdem omnibus, præcipit esse obediendum. Quod licèt ex primo capitulo sequatur, debere scilicet fratres omnes, obedire successori B. Francisci, hîc tamen voluit esse repetitum: vt ex ipsa repetitione, & firmitatis additione, apertiùs insinuetur; quòd Generali Ministro ab omnibus totaliter, & immobiliter, & præ cæteris prælatis Ordinis, sit obediendum. Sicut ipse dum subditus erat vni, aut duobus obediebat, in Generalem tamen Ministrum electus, totius fraternitatis fratrum necessitatibus cogitur obedire.

Generali super omnes est obediendum.

3 Et quia omnibus præcipit fratribus, de habendo vnum Generalem totius Ordinis Ministrum, tanquam totius Ordinis caput, ideò nedum electores tantùm ad eligendum eum, sub præcepto conclu-

Fratres vniuersaliter tenentur habere Generalem Ministrum

ſuprà dictum eſt. Et ſic plerique Pontifices (vt videri poteſt in cõpen. priuileg.) declarauerunt. Vt Six. 4. Innoc. 8. Alex. 6. Iulius 2. & Leo. x. Dixerũt enim hi, quòd licèt in bullis quantumcúnque generaliter dicatur, quòd omnes Christiani, etiam Religioſi quicunque mẽdicantes poſſint abſolui, &c. tamen de ipſis fratribus minoribus id non intendebant dicere. Ne per tales bullas daretur occaſio relaxationi diſciplinæ regularis, praua libertas, incentiuúmque peccatorum, ſeu pronitas ad liberiùs peccandum. Et ſimpliciter credendum eſt, alios ſucceſſores Pontifices ſic intendere, idémque velle; quod & eorum prædeceſſores. Non enim credendũ eſt Summos Pontif. haſce velle facultates fratribus cõcedere; ſi ipſi eſſent plenè informati de relaxationibus, quæ ex prædictis facultatibus occaſionaliter in Ordine naſci poſſent. Vnde tales gratiæ quò ad fratres (ſaltem in foro conſcientiæ) iudicari poſſunt vt ſubreptitiæ. Et clauſula generalis interpretari, & limitari debet, ſecundùm ius diuinum, & etiã humanum. Neque debet extendi ad ea, quæ quis nõ eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus; ſi ei omnino conſtaret de inconuenientibus inde ſequuturis. Vt expreſsè habetur in cap. In generali. de reg. iur. in 6. & eſt communis DD. ſententia, & annotauit Nau. in man. c. 27. num. 271. Vnde non erit tutum in conſcientia huiuſmodi vti

bullis, aliísve facultatibus; cõfraternitatibus, aliísque piis locis, vel pœnitentiarijs concessis: nisi certè constet de voluntate Papæ. Per has enim cùm sint perpetuæ, & nedum semel, sed pluries in anno, quisque eis vti possit; Ordinis disciplina relaxaretur, & pronitas fieret ad liberiùs peccandum. Et est credẽdum hanc esse Summorum Pont. voluntatem; vt fratres nullomodò absque suorum Ministrorum licẽtia eis vti possint. Sicut per prædictos Pont. Sixtum, Innoc. & cæteros determinatum existit. Et per Greg. 13. fel. mem. nostris diebus, dum Romæ celebraretur Capitulum Generale, fuit declaratum.

50 Quò ad Iubileos verò, qui aliquando propter specialem Ecclesiæ necessitatem fiunt à Summo Pontifice, vt omnes Christiani confiteantur, ieiunent, orent; Et vt meliùs id faciant conceditur auctoritas confitendi cuilibet approbato sacerdoti, à quo possint absolui à quouis etiam reseruato peccato. Credendum est, quòd nos etiam huiusmodi Iubileis vti poterimus; & absolui ab omnibus peccatis etiã reseruatis absque debito præsentandi: semel tantùm intra illud tempus, secundùm tenorem Iubilei. Quod etiam à Pio V. & Greg. XIII. fuit fratribus declaratum, & sic seruatur.

Fratres possunt absolui virtute iubilei.

Quot, & qui ſunt caſus, qui in toto Ordine communiter Prouincialibus Miniſtris reſeruantur.

51 VT autem quiſque frater ſciat, qui ſunt caſus reſeruati, pro quibus Prouincialibus Miniſtris, qui eorũ aliquo eſt irretitus, ſe repreſentare tenetur: ſciat eos eſſe, qui à Clem. VIII. fælic. recordationis fuerunt editi, & cunctis religioſis præſcripti. Et alii qui iuxta eius decretũ à generalibus Capitulis pro tota Religione, vel à Capitulis Prouincialibus pro ſingulis prouinciis facti ſunt, vel fient. Et circa horum abſolutionem, & præſentationem ſeruandum eſt decretum prædictum, quod & ſanctiſſimus Paulus V. eius ſucceſſor præcepit etiam ſeruari.

Tex. *IPſi verò Miniſtri ſi presbyteri ſunt, cùm miſericordia iniungant illis pœnitẽtiam: ſi verò presbyteri non ſint, iniungi faciant per alios ſacerdotes Ordinis; ſicut eis ſecundùm Deum meliùs videbitur expedire. Et cauere debent, ne iraſcantur, & conturbentur propter peccatum alicuius, quia ira, & conturbatio in ſe, & in aliis, impediunt charitatem.*

58 VBi Pater sanctus mandauit fratribus suis, vt quàm citiùs possunt sine mora, debeant ad Ministros recurrere pro culpis publicis reseruatis: hìc ipsos instruit Ministros, vt in imponenda pœnitentia publica, ita fiat iustitia, vt & misericordiam comitem habeat. Non vult B. Pater vt deseratur iustitia, & nulla pro culpis publicis imponatur pœnitẽtia: id enim esset cæteros prouocare ad peccandum, & maximum ad delinquendum præbere incentiuum: sed ita vult iustitiæ vinum infundi, vt oleum misericordiæ non desit. Adsit ergò in hisce castigandis criminibus, iustitię zelus; sed moderatè sæuiens, non turgidus, & rigorosus. Qui enim ad pœnitentiæ Sacramentum recurrunt, licèt pro peccatis publicis; quò ad fieri potest, sunt confouendi gratia, ne confessio odiosa reddatur. Adsit item & pietas; sed nunquam plusquàm expedit, parcens; ne eisdem, & aliis ob nimiam indulgentiam occasio detur peccandi: sed misceatur semper lenitas cum seueritate, misericordia cum iustitiæ zelo.

Ministri erga peccantes quomodo se gerant.

59 Ideò cauere debent prælati, vt pater sanctus admonet, & diuino, & naturali iure tenentur; ne ob alicuius peccatum, crudeli exscandescant ira & conturbatione. Ira enim, & conturbatio, quæ ex consensu liberi arbitrii in maleuolentiam procedunt; charitatem, quę vitæ est

Ira, & cõturbatio quid sint.

animæ in se, & aliis impediunt. Et si nimiæ, licèt ex zelo, sint charitatis, & misericordiæ faciunt obliuisci. Nam zelus decipit, quem modus non condit. Ideò hisce prælati carere debent. At si subreptitiæ sint, modò voluntatis rectitudo custodiatur; non vtique damnabiles erunt. Quoniam non est in hominis potestate, iræ subreptitios motus vitare; sed satis est viriliter infra terminos rationis cohibere. Iuxta illud, Irrascimini, & nolite peccare. Psal. 90.

Pœnitentia sacramentalis imponenda est cum misericordia.

Quòd si ab ira, & conturbatione crudeli cauere debent prælati, vt seruata charitate compassiua, pœnitentiam misericordem pro publicis criminibus reseruatis, valeant exhibere pœnitentibus: quantò magis cum misericordia, erit sacramentalis pœnitentia imponenda pro peccatis reseruatis occultis? Vt promptiùs, & fidentiùs (vbi opus fuerit) pro ijs ad Ministros fiat recursus?

Suspicio euitanda pro præsentatione.

90 Immo sic prudenter, & fideliter in iis Ministri se habere debent; vt nullo modo eam pœnitentiam iniungant, ex qua aliqua oriri possit suspicio apud fratres, in præiudicium sigilli confessionis. Esset enim hoc contra ius naturale, diuinum, & humanum. Et abstinere omnino se debent; cùm fratres ipsis se præsentant, & etiam post ipsam præsentationem; ab actione quacunque, quæ in præiudicium sigilli esse potest.

61 Vnde

61 Vnde ſatis indiſcretè, & infideliter facerent Miniſtri, ſi ad ſe recurrentes pro culpis reſeruatis, à promotionibus, quas eſſent habituri, retraherent. Aut verbis duris alloquerentur, aut de loco, ad locum abſque neceſſaria cauſa mutarent, & cum eis poſtmodùm aſperè ſe gererent, & aliis huius generis actibus ſuſpectos illos redderent apud fratres. Hæc enim non ſine magno animarum periculo fierent. Qui enim ex infirmitate in aliquam reſeruatam caderet culpam, fortaſſis non audebit ad Miniſtros recurrere. Immo ſumet occaſionem, vt ruat de peccato in peccatum: & per multa tempora ſæpe ſceleribus irretitus remaneret, vt dixit Vbertinus. Dulciter ergò, benignè, & miſericorditer debent Miniſtri huiuſmodi recipere, & tractare; eiſque particularem oſtendere dilectionem, vt ſic (vbi opus fuerit) ad eos recurrendum, incitentur. Qui enim ouem perditam, & naufragum filiũ piè, & miſericorditer, vt ipſe curari optat, non curat, nec paſtor, nec frater eſt. Et vbi ex indiſcreto zelo, indiſcretè aduerſus hos pœnitentes ſe habet, cœlum volentibus ingredi, claudit: emptáſque Chriſti ſanguine animas, crudeliter per occaſionem, necat. Non ergo iraſci, vel indignari, (vt Pater ſanctus docet) aduerſus hos debent Miniſtri, ſed piè eos, amantérque recipiant, vt hæc ſacramentalis præſentatio non eis fiat ad interitum, & deſperatio-

Notanda.

Admonitio.

nem, sed ad salutem, & pacem.

Presentatio quando non sit facienda.

62 Scire tamen debent fratres, quòd licèt vbi Minister (quod absit) esset diffamator, & reuelator confessionis, non tenerentur ei se præsentare: sed tuta conscientia differre poterunt præsentationem quousque absque famæ periculo repræsentare se poterunt. Sicut facere possent, quando probabiliter timerent ex præsentatione facienda, periculum peccandi obuenturum vel sibi, vel etiam Ministro, vt putà quia sollicitator esset ad malum. Vt dixit Ioan. Medi. de confess. quæst. 10. & annotauit Nau. de pœnitentia, d. 5. c. consideret. nu. 100. ex S. Tho. & Maio. in 4. d. 17.

Non tamen excusarentur à præsentatione prædicta, vbi timerent, quòd post præsentationem accuratiùs solito, ipsorum facta Minister obseruabit, & curam sit habiturus, nec adeò benè vt priùs, de eis sit opinaturus. Nec item erubescentia, causa sufficiens censetur ad excusandum eos, immò quò plus verecundiæ patiuntur, eò magis satisfacient. Vt habetur de pœnitentia, d. 1. c. quod pœnitet, & annotauit Sylu. verbo confessor. §. 6. Et post ipsum Nauar. in man. cap. 7. in fine, & in capite placuit. de pœn. dist. 6. num. 149. Quare vbi vitæ, vel famæ, vel animæ sibi fratres periculum probabiliter non timent: à prædicto recursu ad suos Ministros minimè ob timorem prædictum, vel

pudorem, seu erubescentiam excusarentur.

63 Notandum est demùm pro huius septimi capituli complemento, quòd illa verba Regulæ, (si Ministri presbyteri non sint, mittant:) dicta sunt pro Ordinis principio, in quo erat raritas sacerdotum, & eò magis, quò noster Seraphicus Pater ex humilitate legitur noluisse ad sacerdotium ascendere, sicut & Sanctus Benedictus fecit. Regulariter tamen, non expedit esse prælatos, qui sacerdotes non sunt. Quia cùm prælati curam habeant animarum, suarum debent pecudum vultus agnoscere, & in via Dei ordinare, quod ijs, qui sacerdotes non sunt, haud bene quadrare potest. Et ideò, vt Sanct. Bonauentura hîc asserit, regulariter non debent, qui sacerdotes non sunt, esse prælati; sed tantùm vbi necessitas, & ratio conuincat. Et hæc de septimo capitulo, sint satis.

Prælati debent esse sacerdotes.

DE ELECTIONE GENERALIS MINISTRI, & de Capitulo Pentecostes. Cap. VIII.

Tex. *VNiuersi fratres vnum de fratribus istius Religionis teneantur semper habere in Generalem Ministrum, & seruum totius fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire.*

ABsoluto sacramentali regimine in superiori capite, In hoc octauo de generali, & intrinseco regimine agitur, in quo optimus regiminis modus præscribitur. *Regimen debet esse monarchicum.* Illud enim secundùm Arist. in Poly. vtilimum est regimen; quod sic est monarchicum, quod tamen in primo omnes æqualiter comparticipant. Quoniam vnitas valet contra scissuras, & dissentiones: & facilius est inuenire vnum discretissimum, & optimum ad regendum, quàm multos. Et tamen meliùs, consultiùs, ac maturiùs videt, & prouidet vnus multorum consilio fulcitus, quàm solus. Et quę plurium consilio, & assensu stabiliuntur. placidiùs, & concordiùs obseruãtur. Ideò Pater Sanctus, & vnicum mandat huius

Ordinis esse generale caput: & generalia vult fieri Capitula in quibus per Prouinciales,& Custodes constituatur, & eligatur Generalis Minister. Et vbi fuerit opportunum,destituatur, & alter in eius locum substituatur, & subrogetur. Et per eosdem simul cum Generali Ordinis Ministro; ordinentur,quæ videbuntur expedire ad puram Regulæ obseruantiam.

Generali super omnes est obediendum.

2 Mandat ergò vniuersis fratribus, eos omnes sub præcepto concludens, quòd semper vnum istius Religionis fratrem professum, in caput vniuersale,& Generalem totius Ordinis Ministrum teneantur habere: cui firmiter ab eisdem omnibus, præcipit esse obediendum. Quod licèt ex primo capitulo sequatur, debere scilicet fratres omnes, obedire successori B. Francisci,hîc tamen voluit esse repetitum: vt ex ipsa repetitione, & firmitatis additione,apertiùs insinuetur;quòd Generali Ministro ab omnibus totaliter, & immobiliter,&præ cæteris prælatis Ordinis, sit obediendum. Sicut ipse dum subditus erat vni, aut duobus obediebat, in Generalem tamen Ministrum electus, totius fraternitatis fratrum necessitatibus cogitur obedire.

Fratres vniuersaliter tenentur habere Generalem Ministrum

3 Et quia omnibus præcipit fratribus,de habendo vnum Generalem totius Ordinis Ministrum, tanquam totius Ordinis caput, ideò nedum electores tantùm ad eligendum eum, sub præcepto conclu-

dit: ſed omnes Ordinis fratres ad id procurandum. Tenentur enim prouinciales Miniſtri, & Cuſtodes in Capitulo Pentecoſtes, & ſibi ipſis, & cæteris Ordinis fratribus, vnum huius Ordinis fratrem profeſſum in Generalem Miniſtrum præficere, vt expreſſè ex Regula habetur.

Tex.

QVo decedente, electio ſucceſſoris fiat, à Miniſtris Prouincialibus, & Cuſtodibus in Capitulo Pentecoſtes.

Electio Generalis pertinet ad aliquos, procuratio ad omnes.

4 CVm enim electio Miniſtri Generalis, à Miniſtris Prouinciarum, & Cuſtodibus ex ipſa Regula fieri debeat, & generaliter omnibus præcipiatur fratribus vnum huius Ordinis habere in Generalem miniſtrum: conſtat, Prouinciales, & Cuſtodes prædictos, ad eligendum Generalem arctari. Vbi verò prædicti nollent, aut nimium differrent prouidere de Generali, iuxta formam prædictam: tunc omnes, & ſinguli de Ordine tenentur pro poſſe, facere, vt omninò ſicut Regula præcipit, vnus præficiatur in totius Ordinis Generalem. Ex hoc enim, quòd omnibus fratribus generaliter ex Regula, præcipitur, vt vnum ſemper huius Ordinis habeant in Generalem Miniſtrum, conſtat, quòd nemo excipitur. Sed omnes fratres tenentur, quantum in ſe

est, & commodè poterunt, opportunè procurare, quod prædicta electio Generalis Ministri omnino fiat, vel à prædictis electoribus, vel illis renuentibus à Papa, seu ab Ecclesia, seu à Sede Apostolica. Quia in obligationibus communibus, quando qui principaliter tenentur alicui obligationi satisfacere, non satisfaciunt, tunc quilibet alius tenetur ad id. Vt est communis Doctorum sententia in 4. dist. 36. super illud Gen. Crescite, & multiplicamini.

Obligatio cōmunis.

5 Quare præceptum est Ministris prouinciarum, & Custodibus vnum semper habere huius Ordinis fratrem in Generalem Ministrum per electionem, hoc est, eligendo ipsum. Cæteris vero Ordinis fratribus per postulationem, hoc est, postulando, & opportunè procurando, vbi prædicti negligenter in dicta electione se gererent, vt vnus in Generale caput, & Generalem Ordinis Ministrum præficiatur omnino.

Præceptū eligendi Generalem.

6 Dixi autem opportunè quia non statim, vbi Generalis decesserit, alius est Generalis postulandus. Nam licèt Regula mandet, vt vnus huius Ordinis frater, semper in Generalem habeatur, non tamen illud (semper) intelligitur, vt decedente Generali statim debeat congregari generale Capitulum ad præficiendum alium. Sed hoc fieri debet, vt in Regula dicitur, in Capitulo penteco-

Opportunitas electionis Ministri Generalis.

stes. Generalis enim eligi non potest à Prouincialibus, & Custodibus, nisi in generali Capitulo: & generale Capitulum non nisi in Pentecoste celebrandum est. Vt ex Regula habetur, & Hugo Barth. Pis. Petrus Ioan. & Ordinis Patres hîc asserunt, & habetur in constitutionibus Mar. V c. 8. Quare cùm Prouinciales, & Custodes in Capitulo Pentecostes, & non priùs Generalem Ministrum ex Regula, vbi prædecessor mortuus fuerit, vel insufficiens sit iudicatus, teneantur eligere: cæteri fratres non priùs; sed quando prædicti Prouinciales Ministri, & Custodes negligentes extiterint, ad Generalem postulandum præceptoriè arctantur: quod Patres Ordinis in expositione super Regulam, tetigisse videntur.

Generalis ex Regula est perpetuus.

7 Et nota, quòd Generalis Minister ex Regula perpetuus est, vt ex illis Regulæ verbis comprobatur. (Quo decedente, electio successoris fiat:) nam decedere, est, è vita migrare. Vnde, S. Bonauentura per annos 18. Ordinē rexit, in officio Generalatus, & plerique alii per multos annos, Ordinis regimen generale habuere, vt in Chronicis Ordinis videri potest. Nunc tamen (sic Summis Pontificibus, rationabilibus causis ipsorum animum mouētibus aliter disponentibus) temporaneus est, & in nostra congregatione non nisi per sex annos, vt ex nostris constitutionibus

patet, esse poterit. Illud tamen verum est, quòd siue Generalis Minister per mortem esse desinat, siue per expirationem temporis sui officij, siue per declaratam eius insuffitientiam; sub eodem Regulæ præcepto, tenentur Prouinciales, & Custodes ad alterius Ministri Generalis electionem procedere. Et ipsis negligentibus, cæteri procurare debent; vt vnus præficiatur Generalis in Ordine, vt suprà dictum est.

Quot Custodes ad electionem Generalis accedere debent, & an sub Regulæ prçcepto arctentur ad id?

8 NOta item, quòd cùm generaliter dicatur in Regula, per Prouinciales, & Custodes electionem Generalis Ministri fieri debere; per hoc videtur omnes teneri Custodes, ad generale Capitulum conuenire. Verùm, quia Ordine multiplicato, multa orirentur incommoda ob multitudinem, si omnes Custodes ad hoc concurrere deberent. Ideò per Nicolaum tertium statutum fuit, in cap. Exiit. § insuper dubitatur, vt vnus tantùm Custos pro vnaquáque prouincia debeat accedere, qui voces, & vices in hoc gerat omnium Custodum suæ prouinciæ. Quod & Greg. IX. ante ipsum respondisse dicitur. Hoc tamen, ex cõsue-

Numerus Custodum pro Capitulo generali.

tudine Ordinis approbata (vt Petr. Ioann, dixit,) & per Nicol. IV. indicta, ille vnus Custos non habebat vim plurium vocum; sed vnam tantùm vocem dumtaxat pro se, & cæteris habere poterat, ac pro vna tantùm voce poterat admitti. Vt in compendio priuilegiorum videri potest titul. electio, num. quint. Attamen quia ex Leo. decim. vt ibidem habetur num. 10. statutum fuit, vt ad electionem Generalis Ministri, omnes Prouinciales, & Custodes, siue vocales accedere teneantur; ideò nostra (de more) habet congregatio, vt omnes Prouinciales, & Custodes, seu vocales, qui in Prouincialibus capitulis electi fuerint, ad hoc iuxta numerum cuiuscunque Prouinciæ à nostris constitutionibus taxatum; ad dictam Generalis Ministri electionem accedant. Nec huiusmodi Custodum limitatio in aliquo Regulæ derogat puritati; immò Regulæ intentioni consonat: dum nullam impuritatem inducit, & tamen finali eius intentioni, de eligendo Generali Ministro, commodiùs deseruit. Licèt enim Sanctus Franciscus generaliter de Custodibus sit locutus; voluit per hoc exprimere, quod secundùm ordinis officia regularius esset. At vbi nimietas multitudinis, aut alterius incōmoditas obsisteret; non vetuit, posse generale Capitulum super numerum Custodum, vt iudicauerit expedire, ordinare.

Limitare numerum custodum, non derogat Reg. puritati.

9 Et nota, quòd licèt Regula dicat prouinciales Ministros teneri insimul ad Generale capitulum conuenire; vbi, & quando à Generali fuerit ordinatum. Illis verbis. [In quo Prouinciales Ministri teneantur semper insimul conuenire, vbicunque à Generali Ministro fuerit constitutum, & hoc semel in tribus annis, vel ad alium terminum maiorem, vel minorem; sicut à prædicto Ministro fuerit ordinatum.] Et per hoc videatur, quòd non nisi Prouinciales ad præfatum Generale capitulum præceptoriè ex Regula teneantur accedere. Quoniam tamen electio Generalis Ministri, nedum à prouincialibus Ministris, sed etiam à Custodibus prædictis ex Regula facienda præscribitur: meritò vtique ad generale capitulum præceptoriè etiam Custodes conuenire tenentur. Prouinciales tamen directè ad id ex Regula arctari conuincuntur: quia eis expresse dicitur: [In quo Prouinciales Ministri teneantur semper insimul conuenire, &c.] Custodes autem indirectè, & per quandam consequentiam. Nam si ipsi Costodes etiam ac Prouin. ex Reg. preceptoriè arctari conuincuntur ad eligendum Gene. Ministrum, vbi è vita decesserit, vel ob insufficientiam venerit deponendus, & talis electio, & inquisitio in Generali tantùm capitulo sit facienda; profectè

Prouinciales & Custodes eãt ad Capitulum generale.

ad omnia Generalia capitula præfati Custodes, ſicut & Prouinciales Miniſtri ex Regula conuenire tenentur: niſi ſint valdè rationabiliter excuſati ex infirmitate, aut alio iuſto impedimento.

Prouinciales & Guardiani quomodo eligi debeant.

10 Et quia de Miniſtrorum Prouincialium, & Guardianorum electione, vel inſtitutione, nullam pœnitùs Regula mentionem facit: Inde eſt, quòd totam inferiorum prælatorum inſtitutionem, vt Hugo hîc videtur ſenſiſſe, & expreſsè Petr. Ionn. dixit. ipſi generali Miniſtro, & Capitulo Generali reliquit: ita vt vel ab ipſo Generali Miniſtro inſtituantur, vel ab eis, quibus à dicto Miniſtro Generali, & generali Capitulo ad id facultas facta fuerit. Et ex hoc illorum error conuincitur, qui aſſerunt non eſſe Guardianis neceſſariò obediendum; cùm non videantur ex Regula inſtitui, nec in Regulam nominari. Si enim tota vt diximus inſtitutio prælatorum inferiorum, ipſi generali ex Regula, & generali Capitulo relinquitur, quis dubitat, quòd eis teneamur obedire, quos Generalis, aut Prouincialis ſecundùm Ordinem generalis Capituli, nobis dederint in prælatos? Indè eſt quòd ab initio ordinis, & ab ipſo Sancto Franciſco, eius inſtitutore, & à papa confirmatore; ſemper Guardianorum officium approbata conſuetudine, quæ vera iuris interpres eſt, fuit recep-

Petr. Ioã.

tum; & approbatum. Et licèt (vt dixi) Prouincialium ficut & cæterorum Ordinis prælatorum institutio, Generali Ministro ex Regula sit relicta: Attamen per Clemen. quint. capite exiui, in fine, statutum est, vt cùm alicui prouinciæ de Ministro fuerit prouidendum; ipsius Ministri electio penes Capitulum prouinciale resideat, quam idem Capitulum die sequenti, qua fuerit congregatum, facere teneatur. Ipsius autem electionis confirmatio, ad Ministrum pertineat Generalem. Et si quidem ad electionem huiusmodi per formam scrutinii procedatur, & votis in diuersa diuisis, electiones plures in discordia celebrari contingat; illa, quæ à maiori parte capituli numero, (nulla zeli, vel meriti, collatione seu consideratione habita) fuerit celebrata, (exceptione, seu contradictione, quacunque alterius partis non obstante) per dictum Generalem Ministrum de consilio discretorum de Ordine (priùs tamen ex officio prout spectat ad ipsum diligenti examinatione, præmissa,) confirmetur vel etiam, infirmetur, prout ei secundùm Deum visum fuerit expedire. Et si fuerit infirmata, ad Capitulum prouinciale electio huiusmodi reuertatur.

Prouincialis quomodo eligitur

11 Cæterùm, si capitulum memoratum, die prædicta Ministrum eligere prætermittat; ex tunc Ministri prouincialis pro-

Generalis aliquando eligit Prouinciales.

uisio, ad Generalem Ministrum libera deuoluatur. hæc ibi. Ex quo habes, quòd licètante dictum statutum Prouinciales Ministri, à Generali Ministro (vt hîc Hugo testatur) prouincijs præficerentur; tamen post dictum statutum per electionem à prouinciali capitulo institui debent. Et non, nisi vbi in die sequenti post præfatum capitulum congregatum, non fuerit secuta electio; à Generali Ministro præfici poterunt.

De absolutione Ministri Generalis, & alterius substitutione.

LOcutus de electione Generalis Ministri in capîtulo Pentecostes facienda, vbi prædecessor è vita decesserit; de eadem nunc Generalis substituendi loquitur electione: vbi præsens ob insufficientiam à Generalatus Officio sit absoluendus.

Tex. *ET si aliquo tempore appareret vniuersitati Ministrorum prouincialium, & Custodum, prædictum Mininistrum non esse sufficientem ad seruitium, & communem vtilitatem fratrum: teneantur prædicti fratres, quibus electio data est, in nomine Domini alium sibi eligere in Custodem:*

21 HIs enim verbis ſatis conſtat ſub vinculo præcepti, vt verbo illo [teneantur,] conuincitur; teneri præfatos Prouinciales Miniſtros, & Cuſtodes ad abſoluendum Generalem Miniſtrum inſufficientem; & ad alium eligendum.

Conſtat item non eſſe verum, quod aliqui dixerunt; minimè abſolui poſſe Generalem huiuſmodi, à ſuo Generalatus officio, abſque duarum partium vocalium aſſenſu. Sufficit enim ab vniuerſitate electorum inſufficientem iudicari, vt iure abſolui poſſit. Id ex Regul. conſtat; dum vniuerſitatem ſuffragantium, ad alium ſubſtituendum Generalem, aſtringit. Conſtat enim quòd dum alter ſubſtituitur, neceſſariò prædeceſſor abſoluitur; cùm duo non poſſint eſſe Generales in Ordine. Et ex ſola alterius facta ſubſtitutione, illico anteceſſor eſt abſolutus; vt ex Regul. ipſa conſtat; quæ tantùm de ſubſtitutione ſucceſſoris loquitur, nulla de abſolutione prædeceſſoris facta mentione. Quod ideò ſubticetur, quia neceſſariò conſequitur ad illam, cùm duo non poſſint eſſe capita in Religione. Et inſuper vt per hoc diſcamus eò tranquilliùs, & reuerentiùs præfati Generalis abſolutionem debere fieri quò poſſibile ſit, dum per ſolam ſucceſſoris ſubſtitutionem, prædeceſſoris abſolutionem inſinuat.

Generalis inſufficiẽs quomodo abſoluendus à generalatu.

Hugo.

Vniuersitas quid sit. 12 Est autem vniuersitas secundùm iura, vt quatuor Magistri. Hugo. Petr. Ioann. & cæteri hîc annotarunt; maior pars. Quare non duæ electorum partes necessariò ad absolutionem Generalis requiruntur; sed sufficit, & necessariò exigitur, vt ex Regula patet, maior pars, id est, plusquàm dimidia pars omnium vocum. Nec requiritur, quòd maior pars attendatur secundùm maiorem prudentiam, zelum, vel meritum ipsorum electorum: sed iuxta declarationem Clemen. quinti in dict. capite Exiui. attendi debet secundùm maiorem numerum vocum; nulla prudentiæ, zeli, aut meriti collatione, vel consideratione habita.

Electores Generalis quam vim habeant. 13 Constat insuper Prouinciales Ministros, & Custodes in Generalis Ministri electione, vel absolutione, vim habere generalis Capituli: dum ipsa Reg. vult, vtrumque ab eis in Pentecostes Capitulo, plenè fieri posse Sed quò ad alia pro Ordinis vtilitate tractanda, vim generalis Capituli minimè habent, absque præsentia Generalis; aut absque assensu, & auctoritate ipsius alibi existentis: cùm ipse sit Ordinis caput cui omnes alii subiiciuntur.

Petr. Ioan Vt annotauit hîc Petr. Ioann. Et satis ex eo probatur, quòd ex seipsis Capitulum generale congregare non possunt; sed vbi per Generalem Ministrum vbicunque ei libuerit, semel, vel pluries in tribus an-

nis, vel in alio maiori, vel minori termino fuerit determinatum, conuenire tenentur. Vt ex textu Regulæ patet. Quod etiam de Commissario generali intelligitur; qui loco Generalis succedit, vbi ipse Generalis decesserit. Qui in nostra congregatione, vt ex nostris constitutionibus patet', est primus diffinitor Capituli generalis, vltimo loco celebrati. Quare non nisi in absolutione, & electione Generalis, plenè habent vim Capituli Generalis. Et hoc tantùm in Capitulo Pentecostes; extrà verò non possunt. Quia vt ex Regula patet, absolutio, & electio Generalis, à vocalibus facienda, non nisi in generali Capitulo fieri potest: & illud in dicto Pentecostes tempore, est celebrandum. Quod hìc S. Franc. specialiter non meminit, quia hoc dixerat suprà; dum de electione Generalis facienda ob mortem prædecessoris, locutus est.

De commissario Generali.

14 Constat adhuc, quòd dum in Reg. dicitur, quòd teneantur præfati aliũ sibi in Custodẽ eligere, vbi alter sit absoluẽdus, quòd per Custodẽ (vt omnes Regulæ expositores aiunt) Minister Generalis intelligitur. Olim enim nomen Custodis', pro Ministro Generali, & Prouinciali, & Guardiano, vsurpabatur. Et similiter Custodiæ nomen, pro Prouincia accipiebatur: vt in fine huius capituli (secundùm communiter expositores,) sumitur.

Generalis vocatur Custos.

Quòd ideò credendum est, S. Franciscum omnes prælatos Ordinis, Custodum nomine, & Ministrorum sæpe appellasse, vt non secundùm nomen dignitatis prælati gloriarentur, & extollerentur; sed potiùs secundùm nominis significationem, præsint suo gregi prouidendo; eique necessaria ad salutem, ministrando. Et ideò nomen dignitatis subticuit: nomen actionis officiis imponens, vt in hoc cap. constat. Vbi Generalis, appellatur minister, & seruus totius fraternitatis, & Custos. Et cap. 10. omnes prælati, nomine ministrorum appellantur. Ipsorum enim est ministrare, & seruire, gregémque summa vigilantia custodire; & non in solo prælati nomine, sed in veritate consona nomini, præesse.

Causæ absoluentes Generalem insufficientem, à Generalatu.

15 Constat demùm, quòd dum Reg. expressè mandat, debere Generalem Ministrum omnino absolui, & deponi, vbi insufficiens seruitio, & communi fratrum vtilitati, probatur; duæ secundùm Pisanum hîc, & alios, nobis insinuantur causæ, quibus sit necessariò absoluendus. Prima est, vbi non adesset personæ sufficientia ad seruitium fratrum: vtpotè ratione infirmitatis, seu alterius impotentiæ, propter quam non posset personaliter debitè visitare fratres, nec commodè suum officium exercere. Altera, quando aliis necessariis conditionibus, quas Generalis Minister habere debet, ad

suum officium debitè exercendum careret notabiliter. Debet enim in se, & in aliis fouere virtutes, vitia execrari, & punire, afflictos consolari, cùm sit vltimum tribulatis remedium. Non personarum acceptor, discretus in administranda iustitia, vt ex nimio rigore nullius anima occidatur, & ex nimia indulgentia Ordinis disciplina, non dissoluatur. Quando enim iis necessariis cōditionibus, & aliis quæ à Sanct. Bonauen. in tract. de sex alis Seraphim, & in lib. confor. confor. 12. cap. 32. annotantur, notabiliter caruerit; insufficiens ad regimen, & communitati nociuus erit iudicandus. Vbi enim Regula dicit de insufficientia quo ad seruitium, primam innuit causam; & vbi de insufficientia ad communem vtilitatem, secundam ostendit causam, ob quam meritò sit deponendus Minister. Includitur enim hìc sufficientis discretionis, sanctitatis, puritatis, iustitiæ, misericordiæ, & aliarum necessariarum conditionum, ad tale officium vtiliter exercendum. Et insufficiens prælatus censendus est, vt habetur in apologia defensoria fol. 176. qui est notorius suæ Regulæ transgressor, vel iuris diuini, vel constitutionum: vel qui tandem est notoriè criminosus, & scandalosus. Quod etiam verum est de quocunque prælato; quia in ædificationem dantur.

Munus prælati.

Insufficientia ministri vnde agnoscatur.

16 Et nota quòd licèt præfatæ duæ tantùm causæ sint, quibus generalis Minister à suo officio absolui possit, id tamen intelligitur si absoluitur inuitus. Nam vbi ipse instanter gratiam peteret absolutionis, vel vbi ad aliquid aliud sibi, vel Ordini, vel Ecclesiæ vtilius promoueretur: tunc vtiq; à suo officio absolui valet. Quod potiùs suæ est voluntariæ cessioni consentire, quàm ipsum absoluere, seu deponere.

Num Generalis Minister possit super statuta Capituli Generalis?

Dubium. Generalis an sit super statuta capituli generalis.

17 DVbium ex prædictis non aspernandum inter doctores controuertitur: Num scilicet Generalis Minister possit supra statuta Capituli generalis? Quidam dicunt, quòd sic: quoniam Generalis Minister, præficitur & eligitur tanquam supremum Ordinis caput; cui omnes alii, vt membra subiecti esse debent, & iidem ex Reg. firmiter obedire tenentur. Constat autem quòd Capitulum, & fratres non possunt Regulam immutare, ergo Generalis Ministri auctoritas statutis generalis Capituli præualet. Alii verò contrariam tuentur partem, vt sunt 4. magistri. Hugo. Pisan. Petr. Ioan. hîc & Seren. consc. quæst. 90. Dicunt enim isti, quòd cùm Regu-

la statuat generale Capitulum certis temporibus pro communi regimine Ordinis celebrandum, constat, quòd ad Generale Capitulum pertinet ordinare ea, per quæ Religionis puritas, & perfectio potest custodiri: ità vt à nemine superiorum, vel inferiorum possit aliquatenus violari. Ergo si Capitulum generale propter vitandum Religionis periculum, coarctat Generalis potestatem, vel prouincialium Ministrorum, declarando non expedire aliqua præcipere pro fratrum salute, & religionis vtilitate: Vel aliqua alia salubria ordinat, à fratribus omnibus obseruanda, pro ipsius Regulæ pura obseruantia: Quia id facit auctoritate, & facultate sibi a Regula tradita: non poterit Generalis Minister facere, & mandare contra dicta statuta, quin contra ipsam Regulam faciat, & sic extat determinatum in constitutio. Mart. V. cap. 8. Vnde licèt Regula hìc dicat, quòd teneantur omnes Generali firmiter obedire. In illa tamen exceptione infrà cap. 10. posita [si non sunt contra animam & Reg. nostram] id totum videtur comprehendi, quòd præcipitur contra statuta Capituli generalis. Quoniam facere contra prædicta statuta, ex consequenti est facere contra ipsam Regulam, dantem auctoritatem Capitulo generali. Frustrà enim B. Pater, celebrari vellet Capitulum generale, nisi apud eum esse

velit præcipuam auctoritatem ordinandi ea, per quæ Religionis puritas & perfectio valeat custodiri.

Auctoritas Generalis quãtùm se extendat.

18 Vnde dic, quòd auctoritas Ministri generalis non est ad infirmandum, quod fuerit generaliter ordinatum, per Capitulum generale: maximè si fuerit per Papam approbatum. Quod quidem verum est, vbi constat, quòd talium statuorum mutatio, non est relicta arbitrio ipsius Generalis Ministri, Item vbi statutum est, pro pura Regulæ obseruantia, & bono Ordinis regimine. Nam si secùs esset, & contra animam, vel Regulam esset: nec ipsum Generalem nec Ordinem obligare posse asserimus. Et idem dicendum est de statutis Capituli Prouincialis, quò ad Prouincialem. Et in firmamento trium Ordinum. 4. par. fol. 93. habetur, quòd edita per Capitulum Prouinciale præsidente Ministro Generali, non possunt infirmari per Capitulum Prouinciale, sine auctoritate Ministri Generalis. Ratio est, quia contra superiorem; inferior præualere non debet.

Tex.

POst Capitulum verò Pentecostes, Ministri, & Custodes poßint, singuli (si voluerint, & eis expedire videbitur) eodem anno in suis Custodijs semel fratres suos ad Capitulum conuocare.

19 NIhil ex Regula habetur hîc sub præcepto, sed tantùm datur instructio Ministris Prouinciarum, & Custodibus; quòd si eis expedire videbitur semel eodem anno post Pentecostes Capitulum, conuocare possint suos fratres ad Capitulum in suis Custodijs, seu prouinciis. Per Custodiæ nomen, intelligitur, quod sub custodia, & cura prædictis committitur. Et hoc fortè est, vt ordinationes, & statuta facta in generali capitulo, celeriter in ipsis Prouincialibus Capitulis publicētur, & fratribus omnibus innotescant. Ex quo colligitur, vt Hugo annotauit hîc, & Pisa. Custodes potuisse ex Regul. semel post generale Capitulum in suis Custodijs Capitulum celebrare: Sicut, & Prouinciales Ministri in suis Prouincijs. Et fortè hoc factum est, quia quando Regula data est, prouinciæ erant latiores, quàm nunc sunt; & per consequens Custodiæ diffusiores. Et quia facilius erat conuocare Custodiam, quàm prouinciam, ad manifestanda statuta generalis Capituli: ideo Custodibus concessit tale posse Capitulum, in suis Custodiis, celebrare. At quia hodie prouinciæ non sunt ita latæ, ideò apud solos prouinciales est facultas, prouincialia congregandi capitula (vbi eis videbitur necessarium) non autem penes custodes. Et hoc ex constitutionibus

Capitula Prouincialia quando sint celebranda.

Capituli generalis, cui ex Regula, data est facultas pro bono cõmunitatis, salubria disponere, per fratres generaliter obseruanda. Et generalis, & Prouincialium, & prælatorum omnium ordinis, auctoritatem coarctare, prout Ordini iudicauerit expedire. Vt dictum est, in hoc cap. num. 17.

Modus capitulorum Prouincialium.

20 Hinc est, quòd de Capitulis prouincialibus quotannis celebrandis, non meminit Regula, nec de modo electionis, an scilicet fieri debeat per scrutinium, vel compromissum, vel per acclamationem? Ista enim & similia, potestati generalis Capituli secundùm commune ius, reliquit statuenda. Et quia prædicta statuta variantur secundùm quod tempora exposcunt, vnde nihil certum de ijs tradi potest: Ideò pro prædictorum, & similium determinatione, ad dicta recurratur statuta, & ipsis stetur.

Minister insufficiēs deponi debet à vocalibus.

21 Notandum verò censui ex dictis, quòd vocales Prouincialis Capituli, possunt, & tenentur deponere Ministrum Prouincialem insufficientem, sicut Capitulum generale, ipsum ministrum Generalem. Quoniam vt ait Sanct. Bonau. cap. 2. & habetur etiam in tractatu defensorio: mos Regulæ est, de similibus similia dare ad intelligendum, & minora in maioribus implicare. Idque iure canonico decernitur, & Leo X. id expresè dicit in bulla vnionis, his verbis: Poterunt tamen

Cap. cui licet de reg. iur. in 6.

men præfati Miniſtri Prouinciales intra ſuum triennium à ſuis Capitulis Prouincialibus, quæ ſecundùm Regulam, & conſuetudinem celebrabuntur, ſi minùs vtiles inuenti fuerint ab officiis prouincialium abſolui. Et idem iudicium de cuſtodibus habeatur,) hæc ibi. Et tandem ius naturale idipſum dictat; membrum enim inutile amputandum eſt. Notandum item, quòd quàmuis Capitulum Prouinciale ſit maioris auctoritatis quàm Miniſter Prouincialis, ſicut de Capitulo generali, & Miniſtro Generali dictum eſt, tamen alii fratres, & tota inſimul Prouincia non ſunt maioris poteſtatis, quàm Miniſter Prouincialis, niſi vt dictum eſt, ſint in capitulo prouinciali.

Communitas fratrū non eſt maior Prouinciali.

Guardianus eſt maior toto conuentu.

22 Guardianus verò eſt maior toto conuentu, etiã capitulariter congregato, quia non habet poteſtatem à conuentu, ſed à capitulo Prouinciali, Et conuentus prædictus non habet talem auctoritatem à capitulo, ſuper eum: ſed ſi inutilis probatur per Prouincialem ſtatim poterit abſolui. Et ideò qui voluerit ſuſtinere, & pertinaciter aſſerere communitatem conuentus congregatam, eſſe maiorem ſuo Guardiano: tanquam ſubuerſor ſanctæ obedientiæ, & errans; ſecundùm antiqua Ordinis ſtatuta incarcerari debet.

carent, aut hoc esset respectu personæ dignioris, quæ minùs dignæ postponitur ac per hoc iniuriam ab electoribus ei irrogari videtur, & peccatum acceptionis personarum incurri: vel respectu gregis cui fit præiudicium, dum non magis idoneus, sed tantùm idoneus ei præficitur At nulla videtur iniuria irrogari digniori, si eo postposito, minùs dignus eligitur, ad onus prelaturæ, cessat enim ratio acceptionis personarum, vbi non bonum personæ sed onus distribuitur: quale est pastoris officium, per se consideratum. Per se enim consideratum pastorale officium, licèt in se habeat annexa bona temporalia, vt sunt superioritas, honor, potestas &c. quæ tanquam bona communia Ecclesiæ, eius sunt mēbris secundùm ipsorum merita distribuenda: tamen in genere onerum & non bonorum seu temporalium bonorum reperitur. Quoniam huiusmodi superioritas, honor, & potestas, non concurrunt vt bonum personæ quæ ad pastorale officium assumitur. Non enim ei donantur, vt benè sint sibi, sed ad vtilitatem, & profectum gregis: quoniam totum pastorale officium, ordinatur per se ad bonum, non pastoris, sed ouium Christi. Et ideò non in genere bonorum, sed onerum per se locatur. Idq. satis ex actu sibi proprio agnoscitur, qui est pascere oues, & agnos Christi: iuxta Domini verbum Io. 21. pasce oues meas, pasce agnos meos. Et Apo-

Officium pastorale non in bonum pastoris, sed ouium.

ſtolus loquens de Epiſcopatu, inquit. 1. Tim.3. quoniam qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat, non opes non poteſtatem. Quia etiam hæc, ad opus, hoc eſt, ad gregis vtilitatem, ſeruire debent potiùs, quàm paſtoris: & ideò onus magis, quàm honor cenſeri debet. Sícque in hoc nullum acceptionis perſonarum poteſt eſſe peccatum: cùm in oneroſis officiis acceptio perſonarum eſſe non poſſit, niſi fortè plus iuſto grauando illum, cui dantur.

24 Nec item ex parte gregis peccatur, dum ei ſufficienter, prouidetur. Conſtat autem quòd ſufficienter fiat prouiſio, vbi idoneus paſtor præficitur: quod indè conuincitur, qùia grex non habet ius niſi ad ſufficientem habendum paſtorem, & vbi de ſufficienti ei prouidetur, reclamare non poteſt. Et confirmatur hoc ex cæteris prouiſionibus officialium quæ in orbe fiunt, nam ſatis rationi ſatisfit, & regnis, prouinciis, ciuitatibus, &c. ſi de idoneo prouideatur rectore. Satíſque hoc ex teſtimonio Apoſtoli comprobatur, qui prima ad Tim. 3. & ad Tit. primo, ſcribens de conditionibus eligendorum ad Epiſcopatum, non meminit conditionis comparatiuæ, vt ſcilicet eligendus ſit cæteris dignior: ſed tantùm conditionum poſitiuarum, vt.ſ.ſit ſobrius caſtus &c. Nec enim docturus Eccleſiam tantam ſubticuiſſet cõditionem, ſi de ne-

Idoneitas requiritur in electo.

cessitate, idoniores essent eligendi, & non sufficeret idoneos, & sufficientes ad pastorale opus assumere; cùm ipse dicat Act. 20. Mundus sum à sanguine omnium, non enim subterfugi quominùs annuntiarem, omne consilium Dei vobis. Vnde cum nulla digniori in onerosis irrogetur iniuria, si postponatur; & gregi sufficienter prouideatur, vbi ei verè dignus pastor præficitur: & nulla videatur esse lex, quæ digniorem gregi præficiendum esse præcipiat, nullum videtur hîc posse adesse peccatum, vbi electores tantummodò id spectent, quod per se officio conuenit pastorali.

25 Si tamen electores ad bona temporalia, dignitatis. s. honoris, &c. directè eligendo, respiciant: exaltationem. s. & dignitatem personæ eligendæ tantummodò, seu principaliter attendentes, vitium per se incurrunt acceptionis personarum; dum digniori absque rationabili causa postposito, eligunt minùs dignum, & mortale ex suo genere peccatum incurrunt. Quia dum directè ad temporalium bonorum, honoris s. potestatis, &c. distributionem attendentes (quæ sunt communia Ecclesiæ bona, inter eiusdem Ecclesiæ membra secundùm ipsorum merita distribuenda) minùs dignum digniori præponunt, iniuriam digniori irrogant. Et ideò mortaliter peccant vitio acceptionis personarum, dum personam *Electio vitiosa qualis.*

Electio cum culpa veniali qualis.

causæ, meritísque præponunt.

26 Si verò non directè ad exaltationem personæ respexerint, sed principaliter ad spirituale pastoris officium, vtilitatem gregis spectantes, consequenter intenderint eligendæ personæ exaltationem: dum hæc temporalia, honorem. s. potestatem, &c. quæ spirituali pastoris officio sunt annexa, præter rectam rationem minùs digno suffragando, dispensant, postposito digniori, absque veniali culpa non erunt. Nam à mortali excusantur peccato, dum eligendo idoneum, non directè ad hæc temporalia distribuenda respiciunt, sed ad spirituale regimen, & vtilitatem gregis, cui, & prædicta temporalia seruire debent cum hæc non concurrant tanquam bona personæ eligendæ, sed propter necessitatem, & vtilitatem gregis. Et actus humanus iudicandus ex suo genere est, secundùm id, quod est per se. Tamen quia præter rectam rationem faciunt, temporalia hæc Episcopatui annexa, aduertenter minùs idoneo dispensando, magis idoneo prætermisso, veniale saltem peccatum incurrent, quod reductiuè, ad vitium acceptionis personarum spectat. Reductiuè (dixi) quia in hoc actu non directè, & per se intenditur dispensatio honoris, & potestatis, sed spiritualis regiminis; & illa sunt per viam concomitantiæ, & ideo à culpa mortali, excusantur. quia (vt diximus) actus humanus iudicandus ex suo

genere est, secundùm id, quod est per se. Hæc est Caietani sententia, in ientaculo 12. quæst. quarta;& in summa, verbo electio. Quem sequitur Nauar. in capite sacerdos. §. quod autem, de pœnit. d. sexta nu. quarto. Et sequuntur Magistri illustrissimæ Religionis Dominicanæ, vt inquit Bannes de iust. & iure, quæst. 63. de acceptione personarum art. 2. fol. 187. Atqui, talis (meo iudicio) intentionum distinctio, in praxi vix aliquando erit. Ideò curent electores, vt ab omni culpa in eligendo immunes sint, dignorem semper inter concurrentes eligere. Nam ad hoc sub culpa mortali tenentur, vt habetur in Tridentino Conc. sess. 24. de reformat. c. 1. Et docent Alex. Alens. par. 2. q. 136. ar. prim. D. Thom. vbi suprà. Henr. Guanda. quolib. 14. q. 11. Gabr. Biel. in 4. d. 15. q. septimo. art. 1. Palud in eod. dist. 15. quæst. 2. art. 2. Aug. Syluest. & cæteri Summistæ tit. Accept. person. Quoniam secùs faciendo, peccato acceptionis personarum peccabunt, vt prædicti DD, docent, quod quidem mortale est. Fit enim iniuria in re graui digniori; dum ipso postposito, minùs dignus absque vlla rationabili causa ei præfertur.

Prouisio prælatorum quomodo facienda.

27 Et idem prorsus est iudicium de prouisore, hoc est de illo, qui per viam prouisionis absque electione præficit pastorē cuiusmodi in nostro Ordine sūt Prouincia-

les, & Diffinitores, prouidendo de Guardianis. Quia hi propriè non per electionem, sed per prouisionem præficiuntur, non enim ab inferioribus, vt sint ipsorum prælati, eliguntur; sed à superioribus, in Guardianos conuentus, prouidentur. Et sic de similibus dicendum.

DE PREDICATORIBVS. Cap. IX.

Tex.

FRatres non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum.



IN hoc nono capitulo de Generali Ordinis regimine, respectu exteriorum agitur: præscribitur enim hîc modus, qui circa prædicationis officium, qua populi sunt instruendi, seruari debet. Et tria, vt annotauit hîc Hugo, prædicaturis dicuntur. Primò, quòd Ecclesiæ pacem seruent. Secundò, quòd non nisi missi, prædicent. Tertiò, vt prædicando, ædificent. Pacem ergò primò cum Ecclesiæ prælatis, quibus in adiutorium dantur, adeò seruari mandat, vt prædicare non possint, vbi ab Episcopis, eis fuerit contradictum. Quod ex illis Euangelii verbis sumptum est. Matt. decimo. &

Tria indicuntur prædicatoribus.

Luc. 9. Et quicunque non receperint vos, neque audierint sermones vestros, exeuntes foras de ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris.

2 Estque hoc cunctis prædicatoribus præceptum, vt ex declaratione Clemen. quint. haberi potest. Nec decet Minores fratres, importunè, & præsumptuosè contradicentibus Episcopis prædicationi se ingerere: sed satis est, vt se promptos ad populi salubrem instructionem exhibeãt. Itaque vbi eis fuerit prohibitum, tum ad seruandam pacem cum Episcopis, tum ad euitandum apud populum præsumptionis scandalum, ex Regula eis prædicare inhibetur.

Prædicare quando non liceat.

3 Ex quo sequi videtur, quòd fratres vbique prædicare possint de licentia probabiliter præsumpta Epicoporum, aut curatorum; etiam si ipsa licentia, sit petita, & non adhuc obtenta. Quoniam (vt ait Sanct. Bonauentura) solùm prohibet Regula, ne prædicetur in Episcopatu; contradicente Episcopo. Vnde colligitur, quòd quando non contradicit, licitum est ex vi Regulæ prædicare vbique de licentia præsumpta. Attamen quia per sacrum Tridentinum Concilium, sess. 5. capite vltimo, determinatum est, vt in Ecclesijs ipsorum Episcoporum in tota sua diœcesi non possint Regulares prædicare, nisi habita ipsorum Episcoporum licentia. Et in Ecclesijs suorum Ordi-

Trident. Concil.

num prædicare non possint, nisi post acceptam benedictionem ab Episcopis; quibus personaliter se præsentare tenentur cum licentia suorum prælatorum. Sic & non aliter nunc seruandum est; & qui aliter fecerit, Ecclesiastici mandati transgressor probatur.

4 Et si quæras, num annuente Episcopo, & approbante, vt frater per totam suam diœcesim liberè valeat prædicare; & contradicente parocho, prælato. s. inferiori, nolente permittere prædicationem in sua parochia, licitum sit eo inuito, verbum Dei proponere populo? Respondeo, quòd sicut Episcopus ex sua ordinaria potestate, & auctoritate, in tota sua diœcesi prædicare valet: ità quod per seipsum solum non potest, per alios quibus hoc commiserit, poterit adimplere. Et mortaliter peccaret parochus, si fratrem canonicè missum, nolit ad prædicationem admittere. Iuxta illud Apostoli, Rom. 13. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Itaque nullo iure prohibetur frater ab Episcopo admissus, etiam contradicente parocho, in eius Ecclesia prædicare, vt Sanct. Bonauentura hîc annotauit. Attamen si resistat parochus, & humiter requisitus à fratre humilibus precibus, nolit annuere, melius erit ad euitandum scandalum, à prædicatione desistere. Exemplo Sancti Francisci dicentis in suo testamento;

Parocho contradicente quare non sit prædicandum.

[Si haberem tantam sapientiam, quantam habuit Salomon, & inuenirem pauperculos sacerdotes huius sæculi; in parochiis, in quibus morantur, nolo prædicare vltra voluntatem eorum.] Cedendum enim est ad tempus malitiæ, ne scandalum suscitetur; & denunciandum est Episcopo animarum periculum.

5 Secundum quod obligatoriè imponitur, (vt patet ex eodem Clem. V.) illud est. Quòd nullus fratrum audeat populo prędicare, nisi à Generali Ministro ad prædicationis munus, fuerit admissus. Quod ex Mat. & Luc. IV. desumptum est. Vbi baptizatus Iesus post peractum ieiunium cœpit prædicare missus à patre. Et ex illo Apostoli Rom. 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Vnde inquit Regula.

Prædicator debet mitti.

Tex.

ET nullus fratrum, populo penitùs audeat prædicare, nisi à Generali Ministro huius fraternitatis fuerit examinatus, & approbatus? & ab eo prædicationis officium sibi fuerit concessum.

SOli Generali Ministro ex Regula datur facultas approbandi fratres ad prædicationis munus; vt sic totum generale regimen Ordinis tam intrà, quàm extra, ipsi Generali Ministro euidenter appareat, immediatè esse subiectum.

Examen prędicatorum potest alijs committi à Generali.

6 Et licèt ex declaratione Gregor. 9. prædictorum examinatio, non nisi per eundem Generalem Ministrum fieri possit, nec per eum alteri prædicta examinatio valeat committi. Quia tamen, vt quatuor Magistri, & reliqui expositores dixerunt, hoc est, Regulam arctare; Ideò dicendum est, vt Innoc. IV. in Regulæ expositione, dixit, quòd potest idem Generalis vices suas Ministris prouincialibus, & eorum vicarijs seu commissarijs, committere in hac parte; nondum examinandi, sed etiam approbandi, & ad prædicationis officium, admittendi in Capitulis prouincialibus, cum consensu diffinitorum. Quod iuxta mentem Regulæ esse, probatur. Nam sicut Episcopi nonnulla sæpe, quæ ad ipsos tantummodò pertinent, alijs licitè, prouidéque committunt; & ipsi per alios prædicta facere probantur: Ità Generalis Minister tanquam Ordinarius, ordinariam habens ex Reg. potestatem examinandi fratres, approbandi, & ad prædicationis officium admittendi idipsum per alios facere poterit. Et quod per alios eius auctoritate fit: ipse facere conuincitur: vt bene Hugo hîc annotauit, & quatuor Magistri ante eum. [Nam si Episcopi (inquiunt ipsi) per alios examinant ordinandos, & Cancellarius Parisiensis examinat per alios in magisterio licentiandos; quare similiter Generalis Minister non poterit

per alios examinare) standum est ergò declarationi Innocentij prædicti, & Martini V. idipsum in suis constitutionibus asserentis cap. 9. & rationi prædictæ. Idque satis expediens videtur ad euitandos discursus, & multiplicanda itinerum pericula examinãdorũ; quòd eorum examinatio Prouincialibus, seu aliis fratribus Ordinis literatis committatur.

7 Immò Nicol. 3. in Regulæ expositione, & Clemen. IV. concesserunt, vt singuli Prouinciales in suis prouincijs, cum diffinitoribus, in Capitulis Prouincialibus congregatis plenam habeant auctoritatem, & facultatem examinandi, & approbandi fratres in sacra pagina eruditos, & quòd eis officiũ prædicationis, (Deum habendo præ oculis) committere valeant sicut ex forma Regulæ poterat Minister Generalis: vt in compen. priuileg titul. prædicator. §. 6. videri potest. Quam quidem licentiam præfati Ministri, (vt idem Nic. determinauit cap. Exijt. §. verùm quia) reuocare, ac suspendere poterunt sicut & quando id eis videbitur expedire. *Prouinciales possunt instituere prædicatores.*

8 Et licèt per prædictas concessiones, seu priuilegia, nihil carnale, aut temporale Religioni accrescat, sed solùm, quod purè, & simpliciter spirituale est; attamen quia per impetrata priuilegia tota posset in posterum perfectio Ordinis relaxari; meritò vsus congregationis nostræ habet, *Priuileg. damnãtur*

habet, vt solus Generalis Minister prædicationis officium, (sicut Regula mandat) concedere possit. Prouinciales verò, seu alij, qubus à Generali fuerit commissum, examinare promouendos, & literas approbatorias, de ipsorum laudabili vita, & doctrinæ sufficientia, Generali præfato facere poterunt; quod à quatuor Magistris, & Serc. consc. q. 95. satis videtur commendari.

Generalis est, prædicatores approbare.

9 Et ex dictis habes, quòd ex præcepto Regulæ nullus frater Minor potest populo prædicare; nisi à Generali Ministro debitè sit institutus prædicator. Quod cùm in Regula prohibeatur, non simpliciter, sed cum illo aduerbio (penitùs,) [Nullus frater penitùs audeat populo prædicare,] constat, quòd neque in foro, neque in Ecclesia, neque in altari poterit populo prædicare. Vox enim illa (penitùs) omnem modum excludit. Populi autem nomen hîc, omnes extra Ordinem nostrum constitutos, complectitur. Possunt tamen fratres, licèt prædicatores non sint, verba exhortationis, & salutis, tempore, & loco opportuno, alijs dicere. Et tanquam euangelici homines, & mundi contemptores; in domo, in via, in mensa, & vbique bonis ædificare sermonibus, & ad pœnitentiam exhortari: quoniam hoc eis non interdicitur, sed tantùm prædicationis ministerium.

10 Habes item, quòd instituendus prædicator, necessariò examinari, & approbari debet. Quod quidem intelligendum est de eo, de cuius sufficientia non constat. vt Sanct. Bonauen. & Bart. Pis. hîc annotarunt: & habetur expressum ex Gregor. IX. & Inno. 4. super Regul. Si qui verò examinari non indigent, quia in Theologica facultate, & prædicationis officio sunt instructi; & probabiliter constat de ipsorum sufficientia, si ætatis maturitas, & alia, quæ requiruntur in talibus conueniant; poterunt absque alia examinatione, de Generalis licentia, seu mandato, populo prædicare. Pro quo facit, quod annotauit Glos. in c. nullus. dist. 24. quòd ignoti tantùm sunt examinandi ad sacerdotium, licèt ius dicat, absolutè, quòd examinentur. *Examen prędicatoribus faciendum.*

11 Qui autem modus in examinando, & approbando, tenendus sit; de hoc Regula nihil dicit: ideo relinquitur dispositioni prælatorum, num. s. in Capitulis prouincialibus, aut extra Capitula fieri, debeant. Facienda est autem examinatio, non solùm quò ad sufficientiam scientiæ; sed quò ad alias etiam circunstantias. s. ætatis, morum, prudentiæ, & aliarum conditionum expedientium ad assumendum prædicationis munus, in edificationem Ecclesiæ. Et ideò Regula non tantùm dicit, quòd sit examinatus, sed addit, & approbatus: *Modus examinandi prædicatores.*

illud dicitur quò ad doctrinam, hoc verò quò ad alias circunstantias. Ideò Mart. quint. capite 9. dicit, quòd nullus debeat institui prædicator nisi habeat ætatem aptam sacerdotio, scilicet quòd 25. annum attigerit; & quòd sit competentis literaturæ & vita, & moribus, comprobatus, cuius doctrina, & exemplo, populus meritò valeat ædificari.

Quid non prædicandum.

12 Et aduertant prædicatores, quòd non possunt prædicare cruciatam, aut aliud, discurrendo per terras, virtute bullarum, sine licentia suorum prælatorum. Quia non intendit Pontifex eximere fratres, ab obedientia suorum prælatorum; nisi hoc expressè constaret esse de mente Papæ. Et idem dicendum est de illis, qui non sunt prædicatores. Quandoquidem Papa non intendit per tales bullas instituere prædicatores, eos qui aliàs non sunt à suis prælatis instituti.

13 Tertium est, vt ædificatio ex prædicatione sequatur, quòd solùm admonitio, & exhortatio ex Regula est. Ideò Beat. Pater à Spiritu sancto edoctus, tanquam scientissimus prædicator, optimè prædicatores instruit, & informat, dicens.

7 Tex.

MOneo quoque, & exhortor eosdem fratres, vt in prędicatione, quam faciunt, sint examinata, & casta eorum

eloquia: ad vtilitatem, & ædificationem populi, annunciando eis vitia, & virtutes; pœnam, & gloriam, cum breuitate sermonis, quia verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram.

14 QVatuor maximè à Prædicatoribus obseruanda ad populi ædificationem, instruit Pater Sanctus. Vt scilicet sit prædicator in verbis irreprehensibilis; in fine, ordinatus; circa necessaria, & præsertim quæ audientium animum mouere solent, intentus; & ne grauet prolixitate, breuiloquus. Quò ad primum ergò, vt scilicet in verbis irreprehensibilis sit; prædicatoris inquit eloquia examinata, & casta esse debent. [Examinata] id est non temerè, nec inaduertenter prolata; sed prouida, discreta, diligenter circumspecta & circumlibrata. Quia nullus (vt S. Bonauen. hîc annotauit) prædicare debet, nisi sciat ipse sermonem facere, & sufficienter disponere: & nullus ex improuiso prædicare debet, nisi priùs se disposuerit opportunè, & sufficienter studuerit. [Casta] hoc est, non impudica, nec lasciua, nec saporem impudicitiæ habentia: non scurrilitatem sonantia, non habentia aliquid impuritatis, aut erroris, aut hæresis, non malè sonantia, non suspecta, nec noua, aut extranea à Doctrina Catholicorum. Iuxta illud

Quatuor à prædicatoribus obseruanda.

Pauli.2. Tim.2.formam habere sanorum verborum. Item, deuitans profanas vocum nouitates.1. Tim.6. Castitas enim hæc excludit corruptionem falsitatis, & immixtionem non solùm enormitatis, immò etiam omnis vanitatis, seu verbi risum prouocantis, seu fastum, aut impetum prædicantium.

Causa finalis prædicationis.

15 Quò ad secundum, vt in fine sit ordinatus: ipsam finalem prędicationis causam describens, inquit [Ad vtilitatem, & ædificationem populi;] hoc est non gloria humana, aut quid terrenum ex prædicatione, intendatur, sed tantùm populi vtilitas, & ędificatio esse debet. Et ideò in cap. Religiosi, de excess. prælato. Clem.1. sub interminatione maledictionis æternæ, religiosis inhibetur, ne in sermonibus suis, prælatis Ecclesiarum detrahant, néve retrahant laicos ab accessu, & frequentia suarum Ecclesiarum. Item Mart. V. cap. 9. inhibuit, ne fratres prędicare audeant contra libertatem sanctę Ecclesiæ, vel scandalum contra clerum, vel religionem aliquam excitare: aut personam aliquam criminaliter nominare. Finis enim prædicationis, vtilitas & populi ædificatio esse debet.

Causa materialis prædicationis.

16 Quò ad tertium, pro causa materiali ad quam prædicator intentus esse debet, inquit: [Annunciando vitia, & virtutes, pœnam & gloriam.] His enim verbis, sicut Petrus Ioannes, hîc

ait, sufficienter comprehenditur, quid sit homini vitandum, quid agendum, quid timendum, quid sperandum, quid desiderandum. Non enim scipsos, prædicatores prædicare debent, suam philosophiam ostendentes, & fimbrias magnificantes, sed vitia prædicent fugienda, & detestanda; virtutes enixè prosequendas, & confouendas; pœnam æternam timendam: gloriam firmiter sperandam, & efficaciter bonis operibus procurandam. Hæc enim præcipuè torpentium corda mouent, & communiter populo Christiano sunt magis necessaria: ideò de his potiùs, quàm de subtilitatibus scholasticis est instruendus.

17 Pro causa verò formali, quod quartum & vltimum est, breuitatē specificat, [cum breuitate, inquit Sermonis.] Et exemplo Christi probat: quia scilicet [verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram] Estque hoc sumptum ab Apostolo. Rom. 9. licèt ibi breuitas, dicatur restrictio omnium legalium ad vnum Christum. Et breuitas, est charitas, quæ continet in se totam legem. Ad literam tamen studendum est breuitati: quia prolixitas, tædij mater est, & optima quædam efficit onerosa, & generando fastidium, auditores multoties retrahit ab auditu. Vbi si diligēter aduertas optimè hîc *Causa formalis prędicationis.*

totam prædicandi formam humilibus, & simplicibus verbis S. Franciscus docuit, & expressit. Vt scilicet (sicut diximus) sit prædicator in verbis irreprehensibilis: in fine ordinatus; circa necessaria, & maximè motiua, intentus; & ne prolixitate grauet, breuiloquus.

Studeant prædicatores.

18 Perspicies item hîc, quòd prædicatoribus ex intentione Sanct. Francisci incumbit studere; quoniam sine studio non possunt prædicationis verba debito modo examinari: nisi desuper miraculosè donetur. Item quòd hæc Minoritana Religio ad prædicandum instituta est; cùm in eius Regula inter omnes specialis mentio de prædicationis officio, contineatur. Vnde Sanct. Bonauen. in fine huius cap. inquit. Patet quòd fratres ex sua professione habent prædicare; in quorum Regula inter omnes specialis tractatus de prædicationis officio, continetur. Vnde certissimè constat, quòd nullis aliis Religiosis plus competit prædicare ex ratione sui status, quàm his, qui hanc Regulam profitentur. (hæc ille,) & hæc de 9. cap.

DE ADMONITIONE & correctione fratrum.

Cap. X.

FRatres, qui sunt Ministri, & serui aliorum fratrum, visitent, & moneãt fratres suos, & humiliter, & charitatiuè corrigant eos.



Osita in in sex primis huiusce Reg. capitulis, debita Ordinis fundatione: descriptóque in tribus aliis sequentibus se- septimo, scilicet octauo, & nono, debito eiusdem Ordinis regimine Nempe, de reuelatione lapsorum à culpis, in septim. de electione, & destitutione vniuersalis capitis in Ordine, in octauo; Et de erectione aliorum à casu, & de iuuamine ad salutem, per actum prædicationis, in nono. In his tribus vltimis sequentibus capitibus, tanquam in tribus portis, quarti lateris, quo hæc Regul. quasi spiritualis ciuitas clauditur; de regimine speciali intrinseco, agitur in hoc cap. X. de eodem speciali extrinseco in xi. & de finali in xii. & vltimo. De speciali ergò intrinseco regimine agens hîc Pater sanctus, primò de spirituali, & debita

Regula est ciuitas Spiritualis.

cura prælatorum in suos subditos: secundò de obedientia, & recursu eorundem subditorum ad ipsos: postremò de quadam Generali admonitione, & studio literarum prosequitur.

Ministri dicuntur serui fratrum.

2 Quò ad primum autem dicit, quòd fratres, qui sunt Ministri, & serui aliorum fratrum, eos visitare, admonere, & humiliter, & charitatiuè corrigere, debent. Vbi aduertant Prælati Ordinis, ministros, & seruos suorum esse fratrum. Non enim in Prælatorum nomine, se exaltare, & gloriari debent: sed se Christi vicarios, & imitatores qui non ministrari, sed ministrare venit, tenentur agnoscere. Se ministerium, non dominium super fratres habere, sciant. Iuxta illud Domini verbum: (Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos, non sic erit inter vos.) Seruos eorundem fratrum appellat: vt sic non tanquam domini potestatem in eos exerceant, sed ministerium. Et sicut seruis labor, & humilitas competit, sic Prælati se agnoscendo seruos, in labore vtiles esse debent, & in honore humiles: humilia sectantes exercitia, exemplo Christi, qui discipulis pedes lauit, Vt sic eorum exemplo fratres discant, quod eis suggeritur faciendum.

Matt. 20. Marc. 10. Luc. 12.

Seruitium Spirituale quod sit.

3 At quia spirituale seruitium, corporali est præferendum, & tūc Ministri suis subditis vtiliter seruiunt, quādo ea, quę ad sa-

lutem pertinent animarum, & curam respiciunt pastoralem, eis ministrant: vt est doctrinæ lumen suppeditare indoctis, medicinam infirmis, verbera pertinacibus: meritò de visitatione, monitione, & correctione, per eos exercendis, agitur, visitent, moneant, & charitatiuè corrigant.

4 Vbi tres prælatorum actus annotantur. Primus est, suos subditos socialiter visitare, nedum ad cognoscendum si quid ipsorum corporeis expediat necessitatibus, vt eis valeant subuenire: sed multò magis ad videndum frequenter ipsorum mores, ac illorum conditiones, diligenter circunspiciendum: vt quid pro ipsorum spirituali seruitio sit agẽdum, agnoscant. Et si agnouerint subditum non agere decenter, & debitè, prout ex professione tenetur: secundus eis præscribitur actus; qui est eum monere. Vbi enim crimen est secretum, vel tale, quòd absque scandalo aliorum dissimulari potest, non debet prælatus defectuosum subditum statim detegere, vel pœnitentia percutere: sed paterno affectu, benignè admonere: vt omissis quæ egerat, ad virtutes sectandas velociter assurgat. Qui quidem monitionis actus, etiam pro regulariter viuentibus, datur, vt sic admoniti non tepescant, sed in melius semper proficiant. *Actus tres prælatorũ visitantiũ.*

5 At vbi monitionis nõ esset locus, quia *Correptio*

facienda à prælato. nullus ex ea ſperari poſſet profectus, vel fortè abſque ſimplicium ſcandalo delictum diſſimulari non poteſt; tertius proponitur actus qui eſt, defectus & exceſſus corrigere. Regularem enim Ordinis obſeruãtiam diſciplina conſeruat. Et pereat neceſſe eſt Religio; vbi correctio deficit. Quare prælatus dum non corrigit vitia, Ordinem diſſolui patitur, & deſtruit.

Modus corrigẽdi. 6 Hæc tamen correctio vt proſit, humiliter, & charitatiuè, vt B. Pater inquit, eſt facienda. Et ſi enim paſtor aliquando rigidè agere debeat: modum tamen humilitatis, & compaſſionis affectum, nec in ipſo rigore deſerere debet, ſi corrigendis cupit prodeſſe. Et vſque adeò humilis debet eſſe correctio: vt ſaltem contumelia careat. Infirmas enim animas, ſæpe ad irreuerentiam, & deſperationem, contumelia mouet. Adeò charitatiua; vt odio, vel indignatione nil agat. Quoniam mendax in odientis, & indignantis ore, videtur eſſe correctio. Quare ſi zelus eſt adhibendus iuſtitiæ; humilitas, & charitas contumeliam penitùs, & indignationem excludant.

Viſitatio & correctio quo iure fiant. 7 Prædicta autem licèt ex Regula præceptoriè Miniſtris non imponantur, vt ex Clementis V. declaratione patet; non enim inter præcepta, nec inter habentia vim præcepti, nec item inter æquipollentia præceptis, connumerata reperiuntur: vt in primo cap. videri poteſt: Ex iure

iure tamen naturali, & diuino bene tenentur pastores suos subditos visitare, & corrigere. Nisi enim ad visitationem, custodiam ac vigilantiā tenerentur, non essent ipsi pastores. Pastorum siquidem est custodire gregem, vigilare super eo, singulas visitare oues, & vnicuique tribuere, quod conuenit. Consolidare infirmum, sanare ægrotum, alligare confractum, reducere abiectum, requirere perditum custodire pingue, ac forte. Et de hoc latè per S. Thom. & Caiet. 22. quæst. 185. art. 2. Et Adrian. in 4. de correctione fraterna, & Gabrielem in canon. Missæ. lect. 74. & 75. & communiter Doctores. Et sic debent intelligi, & limitari expositores Regulæ: dicentes quòd sit obligatorium Ministris, subditos visitare, & corrigere, scilicet ex iure diuino; vel naturali, non autem ex vi Regulæ. Ezec. 34. DD.

8 Quis autem modus in visitationibus, & correctionibus seruandus sit à prælatis, ampliorem tractatum requirit, Interim videantur in locis præallegatis S. Thom, 22. quæst. 67. artic. 4. Syluest. tit. Inquisitio per totum. Sot. de ratione tegendi, mēb. 2. per totum; & præcipuè, quæst. 6. & Nauar. de Iudiciis. DD.

Quando teneantur subditi reuelare prælatis crimina sibi nota.

Crimina quæ. & quomodo publicanda.

SVbditi verò suis tenentur denuntiare prælatis, excessus confratrum suorum, publicos, semi-publicos, & etiam occultos, si illi sibi mandauerint reuelari, modò contra ius naturale, vel diuinum, aut Ecclesiasticum, non faciant. Et ratio est, quia tenentur obedire suis prælatis, in pertinentibus ad suum officium, quando iuridicè præcipiunt. Immo etiam, illis non præcipientibus, vbi probabiliter agnouerint, prælatorum remedio peccantes fratres indigere: tunc aliorum culpas prælatis detegere tenentur. Naturali enim & diuino iure animabus proximorum, vbi alii, qui id faciant, non adsunt tenentur ex charitate, prouidere. Vt de hoc latè videri potest Sanct. Tho. & Caiet. 22. quæst. 68. art. primo. & Sot. de ratione tegendi, mem. 2. q. 2. & 7. ferè per totum. Sed quomodò sit hoc agendum, vt legi naturali, vel diuinæ non contraueniatur? & an forma Euangelica de correctione fraterna semper sit obseruanda ante denuntiationem? ampliorem exigit tractatum. Ideò videantur S. Tho. vbi suprà, Adria. & Gabr. & Syluest. locis præallegatis; & summistæ, tit. correctio, denuntiatio, testis, &c.

DD.

10 Admonuiſſe prælatos hîc, tantùm volui: vt circa lapſorum correptionem, maxima in eis diſcretio vigeat. Sicut enim tria ſunt genera delinquentium; ſic triplex eſt eis continentia neceſſaria. Quidam cùm deliquerint mox aut intus moti a Spiritu ſancto, aut foris correpti ab homine, ad pœnitentiæ remedium confugiunt. His ita clementer ſpiritualis medicus temperata ſatisfactionis remedia adhibere debet; quibus, & ſatisfaciant Deo de offenſis, & proximis de ſcandalo, vt cæteri peccare pertimeſcant. Et tamen propter leuitatem remedii, ipſos non pœniteat ſe ſubmiſiſſe. Iuxta illud Apoſtoli Gal. 6. ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum, hoc eſt ſic alteri facias, ſicut tibi ſi delinqueres, cuperes clementer fieri.

Diſcretio prælatorũ qualis ſit.

Alii cùm delinquunt, tegunt, palliant, defendunt, & virus intus latet. Et licèt rector ex certis indiciis deprehendat ibi saniem putridam eſſe collectam, ſi tamen non ità erumpit exteriùs, vel per euidens teſtimonium, vel per voluntariam confeſſionem, quòd poſſit opportunè ferro apertæ correctionis ſecari ibi ſiſtat. Si enim corripere voluerit, videbitur magis vitiorum diffamator, quàm vitioſorum corrector. Cùm ergò aliud con-

gruè facere non poſſit, oportet vt diſſimulet, & quod arguendo non valet, orando laboret obtinere: vt demùm aut Deus citiùs corrigat, aut latentem eius malitiam detegat, vt aliquod remedium apponatur. Quod de Chriſto legitur feciſſe cum Iuda, quem diu tacitè tolerauit, nec illum apertè corripuit, donec adeò eius iniquitas creuerit, quòd per ſe patenter erupit.

Alii tertiò, offendunt grauiter apertè, nec debitam correctionem recipiunt, vel fictè recicipiunt, quia verè non emendantur. Et infirmi ex eis fiunt deteriores, vel ſcandalizantur de ipſis, vel imitari eos incipiunt, dum vident eos impunè peccare: volentes etiam ſibi parci, ſicut & illis parcitur. Vbi enim quatuor iſta conueniunt, ſcilicet apertè peccare, & grauiter, & non eſſe ſpem correctionis propter obſtinationem, ſeu inueteratam mali conſuetudinem, & alios infici eorum exemplo, vel ſcandalizari, quia talia tolerantur: quid reſtat, niſi ouem morbidam abiicere, & membrum putridum præcidere, ne ſana indè inficiantur, & corrumpantur? Iuxta illud Apoſtoli Galat. 5. Vtinam abſcindantur, qui vos conturbant. Et iterum, Auferte malum ex vobiſmetipſis, quòd ſi infidelis diſcedit, diſcedat. 1. Corint. 7 Expedit enim, vt cuius vita in habitu religionis magis ſcandalizat ſimplices, quàm ædificet, vt fo-

ris missus solus damnetur: quàm quod per eum sacra religio contaminetur: vel saltem perpetuis mancipetur carceribus.

11 Illud item aduertant, vt omnes accusationes in principio habeant suspectas, donec veritas ex diligenti examinatione incipiat apparere. Aures etiam non præbeant multiloquiis quorundam: sed multiloquos specialiter in accusationibus suspectos habeant, nec facilè credatur eis. *Accusatio semper suspecta in principio.*

Perfecta limitatio auctoritatis prælatorum.

VBi de Visitatione, monitione, & correctione prælatorum, breuissimè dictum est, statim quæ præcipiendo fratribus Ministri cauere necessariò debeant, subnectit dicens.

NOn præcipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam, & Regulam nostram. *Tex.*

12 SAnè contra animam, & Regulam prælati præcipere non possunt, nec subditi obedire tenentur. Contra animam autem dico, non solùm peccatum mor- *Quid si contra animam, & Regul.*

tale, sed etiam quod homini est occasio vehemens, siue incentiuum proximum ad peccatum. Contra Regulam, non solùm, quod est contra præcepta Regulæ: verùm etiam, quod est contra statuta Ordinis, ad obseruandam Regulæ puritatem vt 4. Magistri. Hugo. Pisa. Petr. Ioan. hîc, & Seren. consc. quæst. quarta dixerunt. Quoniam (vt suprà diximus cap. 8. n. 17.) secundùm communiorem sententiam; habet generale Capitulum facultatem ex Reg. faciendi statuta pro bono Ordinis regimine; contra quæ, nullus Ordinis prælatus, nec ipse Generalis, vbi ei facultas fuerit interdicta, præcipere poterit. Vbi enim superior, quicunque ille sit, contra animam præciperet; nunquam ei esset obediendum, vt docemur ex vtroque Tho. 2. 2. quæst. 104. art. 5. Quoniam
Psal. 36. Eccl. 21. huiusmodi præceptum excederet limites potestatis super subditos; tanquam discordans à iure diuino vbique iubente, purè mala, esse vbique detestanda. Declina à malo, & fac bonum, Quasi à facie colubri, fuge peccatum.

13 Idémq; dicendum est, vbi aliquid, quicunque Ordinis Prælatus contra Regulæ præcepta, ex sola voluntate, absque vlla necessitate, aut vtilitate, seu rationabili causa præciperet.

14. Patet hoc, nedum de votis essentialibus, obedientia scilicet, pauperta-

te, & castitate : sed etiam de aliis, quæ præceptoriè habentur in Regula, iure n. naturali & Diuino, in pluribus sacræ Scripturæ locis expressè habetur, quòd vota reddantur : vt in Psal.
75 Vouete, & reddite Domino Deo vestro. Et in Ecclesiast. 5. si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Atqui Religiosi voto se astrinxerunt ad ea, quę in Regula sub præcepto ponuntur: ergò de iure naturali & Diuino tenétur illa seruare. Si igitur Ordinis Prælatus, ex solo placito, absque vlla necessitate seu vtilitate Ecclesiæ, aut rationabili causa, aliquod prædictorum præciperet non seruari: non esset ei obediendum, vbi hoc manifestè constaret. Quia tunc eius præceptum esset contra præceptum Dei, de reddendo voto, à quo omnis potestas est. Et scriptum est, obedire oportet magis Deo, quàm hominibus. Act. 5.
15 Immo idem dicendum est, de ijs quæ in Regula ponuntur, ad opera supererogationis spectantia; vt putà orare semper ad Deum puro corde, ieiunare in Epiphania, &c. Hæc enim vt talia; hoc est, quatenus opera supererogationis sunt, pro solito placito, absque necessitate, seu vtilitate aut rationabili causa præcipere ne fiant, non posset Ordinis Prælatus. Et ratio est, quia non potest inferior pro solo placito absque vlla rationa-

bili causa: exhortationem prohibere superioris. Vt exactè videri potest per
DD. Durand. in secundo sentent. distinct. vltim, quæst. vltim. à num sexto. Et habetur ex vtroque Thom. in 2.2. quæst. 104. artic. quinto Panhormit. de prescript, capite, si quando. & Nauarr in rubric. de iudic num. 19 81 & 89. Atqui æmulari charismata meliora, & ad ea quæ
1. Cor. 12. ante nos sunt, ad perfectionem vitæ spe-
Phil. 3. ctantia currere; & magis de die in diem
Apoc. 22. iustificari, & crescere in iustitia; Deus in Scripturis sacris pluries exhortatur: non potest ergò Religionis prælatus, qui Deo inferior est, absque necessitate vel vtilitate, seu rationabili causa, contra eius exhortationem præcipere.

Et idipsum dicendum est etiam, quatenus Regula hæc nobis consulit, & ad illa adhortatur Quoniam Prælati in religionibus instituuntur propter obseruantiam Regulæ, & ipsorum imperium, & auctoritas ad Regulæ obseruantiam tanquam ad finem sui principalem, ordinatur. Impossibile ergo est quòd ipsorum præceptum arctare subditos possit, ad id, quod Regulæ puritatem diminuat, vel dirimat. Et si Regulares Prælati præcipiendi potestatem non habent, nisi ab ipsa Regula, quo modò ipsamet Regula erit sibi ipsi contraria; sui ipsius destructionem, aut diminu

tionem intentans, contra seipsam prælatis auctoritatem præbendo?

16 Vbi ergò manifestè, absque vllo dubio constaret, quòd absque vlla necessitate, vel vtilitate, seu rationabili causa, sed ex solo placito prælatus Ordinis præciperet, ne talia vel similia supererogationis opera fierent: non teneretur ei frater obedire. Notanter dixi, vbi manifestè, & absque dubio constaret. Nam si non esset manifestum sed dubium: teneretur vtique subditus obedire, in iis, in quibus prælatus posset dispensare. Vt dicetur infrà num. 26. 32. & 58.

17 Cùm ergò, nullus in Ordine prælatus, ius habeat præcipiendi aliquid contra Deum, nec insuper contra Regulam, vt dictum est, quoniam non in destructionem iuris diuini, aut Regulæ, aut animarum, sed in ædificationem dati sunt: meritò nec ipsi contra animam, & Regulam, quin in Deum peccent, imperare, & præcipere poterunt: nec eis subditi obedire tenentur. Sed respondendum est eis (obedire oportet Deo, magis quàm hominibus.) Quod etiam ex ipsis verbis Regulæ patet. Vbi S. Franc. præcipiendò fratribus cunctis, vt suis obediant Ministris in omnibus, quæ promiserunt Deo obseruare: liberos eos statim reddit à prælatorum mandatis, vbi eis aliquid contra animam, & Regulam mandaretur. Inquiens.

Obedire Deo magis quam hominibus debemus. 2. Cor. 13.

Tex. *FRatres verò, qui sunt subditi, recordentur, quòd propter Deum abnegauerunt proprias voluntates: Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant suis Ministris in omnibus, quæ promiserunt Domino obseruare, & non sunt contraria animæ, & Regulæ nostræ.*

Quænam sit fratrum Minorum obedientia?

18 POstquàm ordinauit prælatos ad subditos, statim subditos ad prælatos Regulat; firmissimè eis præcipiens, vt in omnibus, quæ promiserunt Domino, & quæ contra animam, & Regulam non sunt, obediant. Ex his verbis, in dubium vertitur inter Doctores, num fratrum Minorum obedientia generalissima ad suos prælatos esse debeat: ità vt teneantur obedire in omnibus, ad quæ se astrinxerunt expresse, & insuper in cæteris omnibus prælatorum mandatis, modò contra animam, & Regulam non sint: an tantùm in eis, quæ Domino in Regula promiserunt? Et Ministrorũ nomine hîc, vt inquit Sanct. Bonauen. Hugo, Pisan. & cæteri; omnes prælati Ordinis intelliguntur. Ideò enim dicit suis Ministris, & non addidit Prouincialibus; sed suis

Obedientia fratrũ Minorum quantùm se extẽdat

Ministris nulla determinatione adiecta: vt de Prouincialibus, Custodibus, & Guardianis, hoc est, de immediatis prælatis omnibus, quotquot sunt in Ordine, se hîc loqui ostendat; qui debita ad Generalem Ministrum obedientia in primo capitulo fuerat locutus. De prælatis ergò generaliter intelligendo, quidam sunt, qui adhærentes obedientiæ, quæ communis est cæteris Religiosis omnibus, quæque distinguitur in obedientiam necessitatis, & charitatis, seu supererogationis: dixerunt Sanct. Franciscum non arctasse fratres suos ad illam obedientiam quæ est supererogationis, quæ legem nescit, & non arctatur terminis, sed fertur in latitudinem charitatis. Sed volunt Beatum Patrem arctasse fratres suos, tantùm ad obedientiam necessitatis; vt scilicet obediant suis prælatis in omnibus, ad quæ se explicitè in Regula astrinxerunt; & quæ ad ipsorum obseruantiam spectant, vel euitationem transgressionis eorum, quæ implicitè in ea includuntur. Quod ideò dico implicitè, & explicitè: quia Religiosus non solùm subditus est suo prælato, quò ad operationem, & exercitium eorum, quæ in Regula explicitè continẽtur; sed etiã quò ad omnia illa, quæ ad regularem vitam rationabiliter ordinari, aut reduci possunt. Vt sunt omnia pertinentia ad mutua obsequia fraternæ societatis, & communitatis,

Obedientia duplex, necessitatis, & charitatis.

Obedientia Regularis.

fine quibus conferuari non poſſet Ordinis regularis obſeruantia: vt putà ſeruire infirmis, facere coquinam, colere hortos, facere ſacriſtiam, & alia huiuſmodi officia, & negotia Ordinis. Vel quæ ad culparum cognitionem pertinent. Ad quæ duo ferè omnia huiuſmodi indifferentia, reducuntur. Alioquin oporteret inter prælatum, & ſubditum continua eſſe diſcrimina; an poſſet hoc præcipere? an-ve teneatur in hoc ſubditus obedire? cùm non ſit tale expreſſum in Regula. Vt de hoc videri poteſt Sanct.

DD. Thom. 22. quæſtione 104. art 5. ad tertium, & Caietanus 22. quæſt 88 ar. 8. Et hoc vult dicere Regula in illis verbis [obediant ſuis Miniſtris in omnibus, quæ promiſerunt] ſcilicet explicitè, vel implicite, vt ait Sanct. Bonau. & colligitur ex Piſano, hîc.

Profeſſio ad quam obedientiam obliget fratres.

19 Nec ad aliud prædicti autumant, arctari fratres ex vi profeſſionis. Vnde ad ea, quæ ſupererogationis ſunt, excedentia profeſſionem; vt eſt ieiunare ſemper quarta feria, flagellari, & huiuſmodi, non ſubſunt ſubditi ſuis prælatis regulariter; licèt in caſu, putà correctionis, ſubſint. Volentes quòd verba illa, [obediant Miniſtris, in omnibus, quæ promiſerunt Domino obſeruare] ad neceſſitatis obedientiam eo modo, quo ſuprà dictum eſt, referantur.

Quod autem ſequitur, [& non ſunt

contraria animæ, & Regulæ nostræ] ad obedientiam referunt superogationis, & charitatis: voluntque copulatiuam hoc loco, non continuare præceptum. Vel forte prædicta verba, restringere præcedentia: vt sit sensus, quòd in omnibus obediant Ministris, quæ promiserunt Deo obseruare; modò nec animæ, nec Regulæ sint contraria. Et huius opinionis est Pisanus hîc, & Serena conscientia quæstione quart. & Specul. fol. dicimoquarto. Et pro se adducunt Sanctum Bonauenturam 2. distinct. vltima, quæstione vltima, dicentem: [Obtemperare omnibus, quæ dicuntur, non tantùm non est facile, immò impossibile: ideò fines ponuntur obedientiæ. Vnde in Regula Sancti Francisci, non simpliciter præcipitur, prælatis suis in omnibus obedire: sed in omnibus, quæ promiserunt Domino, obseruare, & non sunt contraria animæ, & Regulæ nostræ. Quare concedendum est, quòd Religiosi, non tenentur in omnibus simpliciter obedire suis prælatis; nisi in ijs, quæ promiserunt, & non sunt contraria animæ, & Regulæ suæ] hæc ille. Pro quibus facere videtur quod inquit Sanctus Thomas 2. 2. q. 104. ar. 5. quem sequitur Durand 2. d. vlt. & Io. Maio. in 4. d 38. [Ad obedientiam (inquit ipse) perfectam, secundùm quam subditus obedit in omnibus simpliciter, quæ non sunt contraria legi diui-

næ, vel Regulæ quam professus est, nullus tenetur debito necessitatis, sed solùm ex honestate quadam: sicut semper tenemur æmulari charismata meliora.] hæc ille. Quibus etiam suffragari videtur, quod S. Bernard. de dispensatione, & præcepto, inquit. [Votum meum non augeat prælatus sine mea voluntate] Ergò non in omnibus; sed tantùm in ijs quæ promisit, tenetur subditus obedire.

S. Bern.

Alia opinio.

Obedientia fratrũ Minorum legem nescit.

20 Alij verò volunt, non illam tantùm hîc contineri obedientiam, quæ solùm obedit in ijs, quæ Regula seu statuta continent, secundùm quæ viuendum est: ad quam de necessitate omnis Religio astringitur: sed illam etiam perfectissimam, quæ legem nescit, terminis non coarctatur, nec contenta professionis angustijs, fertur in latitudinem charitatis. Et ad omne, quod iniungitur, modò contra animam, & Regulam non sit, spontaneè in infinitam libertatem extenditur. De qua signanter Petrus Apostolus ait 1. Petri 1. [Castificantes corda vestra in obedientia charitatis] charitatis inquit; per quam sequestrat eam ab obedientia seruili, non charitati prompta, sed obnoxia necessitati. Et huius sententiæ est Sanct. Bonauen. hîc, & in primo capite super Regulam. Inquit enim ipse (Sublimior est obedientia Monachorum, quàm sæcularium clericorum. Sed Monachorum obedien-

S. Bonau.

tia duobus constringitur. Primò, quia obedientiam vouent, salua stabilitate ad locum: Secundò, quia ad nihil obedire tenentur, quod Regulam suam transcendere demonstretur. Illi ergò soli, gradus perfectæ abnegationis attingunt, qui in omnibus etiam indifferentibus subsunt beneplacitis alienis, quia nullum habent patrocinium loci stabilis, vel regionis, ad quem eorum obedientia contrahatur. Qui nihil sibi obedientialiter impositum possunt repellere quasi transcendens suam Regulam; nisi sit ipsi Regulæ contrarium, vel saluti, directè vel aliqualiter. Vnde patet, quòd errant, qui dicunt, quòd in omnibus Religionibus obedientia sit æqualis) hæc ille. Idémque tenet Hugo hîc inquiens. (Perfectam hanc (vt creditur) obedientiæ legem, quæ nec contenta professionis angustijs, fertur in latitudinem charitatis, maximus perfectionis amator S. Franciscus, spiritus feruore instituit: vt scilicet fratres non solùm in his, quæ promiserunt Domino obseruare, sed etiam in omnibus quæ non sunt contraria animæ, & Regulæ, obediant; hos duos obediẽtiæ limites tantùm ponens.) Idipsum Patres Ordinis in expositione Regulæ, hoc capite, astruunt. [Habent (inquiunt,) subditi præceptum, quòd obediatur exteriùs opere, in his, quæ Regula imponit: & in omnibus alijs, quę expli-

Hugo.

Patres Ordinis.

citè non tangit. Cùm tamen sint talia, quæ non sint contraria animæ suæ, & Regulæ nostræ.] Hoc ipsum Petrus Ioann. hîc asserit, his verbis. [Si autem vis scire, quomodo in iis verbis, scilicet, quòd obediant in omnibus, quæ non homini, sed potiùs Deo promiserunt, & in omnibus quæ non sunt contra animam, & Regulam, altissima, & perfectissima obedientia, cum triplici rationabilissimo limite continetur; in quæstione de obedientia euangelica pro posse monstraui.] Idémque Ioann. de Peccano hîc asserit, & Sanctus Bernardinus latissimè tuetur, in tractatu de obedientia fratrum Minorum, per modum dialogi, argumento decimosecundo & D. Orbelli. 4 d. 38. quæstione 1. §. 24. Et quod maius est, idem habetur ex Pontificum statutis. Martini quin. in suis constitutionibus, cap. vlt. dicentis. Volumus, & mandamus vniuersis fratribus Ordinis, vt in omnibus ijs, suis prælatis obediant, & aliis licitis, quæ non sunt contra animam suam, & Regulam dicti ordinis. Et Leo X. illis verbis [Volumus, & mandamus, prout in dicta Regula S. Francisci continetur: vt omnes, & singuli fratres, in omnibus quæ non sunt contra Deum, animam suam & Regulam fratrum Minorum, teneantur obedire.]

Petrus Ioann. — *Ioann. de Peccano.* — *S. Bern.* — *Orbell.* — *Mart. V.* — *Leo. X.*

Reijciuntur glossæ falsæ.

21 Ex quibus patet, non esse veram illam glossam, quòd illa verba [obediant Mini-

ſtris in omnibus, quæ promiſerunt Domino obſeruare] referantur ab obedientiam neceſſitatis. Et quod ſequitur, [Et non ſunt contraria animæ, & Regulæ noſtræ] non ſit ex neceſſitate ſeruandum: ſed tantùm ex perfectione. Quoniam copula illa (et) vtraque copulando ſub eodem præcepto concludit. Nec valet illa gloſſa quòd verba ſequentia prædicta, reſtringunt præcedentia illa verba (Præcipio, vt obediant in omnibus quæ promiſerunt Domino obſeruare.) Vt ſit ſenſus, quòd obediant in omnibus promiſſis: modò non ſint contraria animæ, & Regulæ. Hoc enim idem eſt, ac ſi diceretur, promiſſa Regula non obligat, ſi fuerit animæ, vel ſibi ipſi, contraria: quòd abſonum, & ſatis abſurdum eſſe conſtat.

22 Nec obſtat, dictum Sanct. Bonau. in 2. ſe Ibi enim ſolùm probat, quòd nullus abſolutè tenetur in omnibus ſine vlla limitatione obedire: Nam, vt ipſe dicit, in aliquibus tenemur obedire Deo, in quibus non tenemur obedire hominibus. Ergò non tenemur obedire prælato in omnibus. Hæc ille. Quòd nos fatemur, quia non in illicitis, nec ſupra Regulam ſuam Religioſi tenentur obedire, vt infrà patebit Sed cum hoc, Minores fratres in omnibus indifferentibus licitis, dummodò ſ non ſint contraria animę, & Regulæ, obedire tenentur, vt patebit. Quod non ſolùm ipſe non negat *Soluitur obiectum.*

ad id teneri, quicunque ad hoc se obligauit: sed hoc astruit illis verbis: [Si loquimur de obedientia secundùm necessariam obligationem, terminum habet, & mensuram, iuxta magnitudinem voti emissi. Nota verba illa, secundùm magnitudinem voti emissi: Si enim obedientia ità magna promittitur, vt nihil excipiat, nisi quod contrarium est animæ, & Regulæ: ad omnia vtique licita, quæ animæ, & Regulæ non sunt contraria, iuxta voti magnitudinem tenebitur. Constat, quòd talis vniuersalis obedientia, cum his tantùm duobus limitibus dari potest, vt docet Ricar. de sancto Victore 1. par. [Potes, (inquit,) si volueris, nullam obedientiam indebitam tibi facere; si promittis coram Deo, & profiteris coram prælato tuo, obedientiam ad omnia: iam tibi de reliquo nulla obedientia erit indebita.] hæc ille, Atqui magnitudo voti obedientiæ fratrum Minorum, est cum illis tantummodò duobus limitibus, (modò non sit contraria animæ, & Regulæ) Ergò vniuersalis ad omnia licita est, adeò vt supra eam addi non possit. Quod idem Sanct. Bonauen. in fine dictæ quæst. astruit. In Regula (inquit ipse) D. Francisci simpliciter præcipitur, quòd illius Regulæ professores nihil omnino habeant proprium super terram: simpliciter etiam præcipitur perpetuò continere, non solùm ab actu, sed etiam à suspectu

Ricar. de Sancto Victore.

consortio, & consilio mulierum: sed non simpliciter præcipitur suis prælatis in omnibus obedire, sed in omnibus quæ promiserunt Domino obseruare, & non sunt contraria animæ, & Regulæ suæ. Nescio si ad aliquod istorũ votorum quisquam sciat plus addere: in hoc ergò perfectionis culmine, congruum est, prædictæ quæstionis terminare sermonem. Hæc ille. Si ergò ad dictam fratrum Minorum obedientiam, nihil addi potest, sed in culmine perfectionis est, vt Doctor Sanctus dicit: Est igitur vniuersalissima ad omnia indifferentia, cum his tantummodò limitibus, modò non sint contra animam, & Regulam. Alioquin nedum ipse Sanctus Bonauentura, (si aliud sentiret) sibi ipsi esset contrarius, vnum asserens in primo cap. Reg. & contrarium in hac vltima quæstione lib. 2. sent. sed in hac eadem quæstione falsum, & mendacium diceret. Nam si Minorum fratrum obedientia, non esset ea, quam diximus, vniuersalissima: posset maior obedientia dari, vt à Ricardo à Sancto Victore, & ex se euidenter constat. Quam tamen ipse Sanct. Bonau. dari posse negat. Ergo vniuersalissimam Minorum fratrum obediẽtiam ex Sanct. Bonauen. esse constat; dum ad eam plus addi posse negat. Et sic S. Bonau. in hac vltima quæstione, pro nobis est, non contra nos.

Solutio ad auctoritates.

23 Et ex dictis patet responsum ad Sanct. Thomæ, & sequacium, ac Sanct. Bernardi auctoritates. Hi enim omnes intendunt dicere, quòd nullus obligatur obedire supra id, quod vouit, nec nos negamus: Atqui nos fratres Minores, specialiter prę cæteris Religosis vouimus obedire in omnibus, quæ non sunt contra animam, & Regulam nostram: meritò ad hoc necessariò tenemur: quandoquidem non est supra id, quod vouimus. Quod quidem non aduertentes præfati Barth. Pisan. Spec. & Sere. consc. à communi tot illustrium virorum sententia, & vero sensu Regulæ recesserunt. Ideò non est de eis curandum. Sed asserendum est iuxta prædicta, generalissimam esse obedientiam fratrum Minorum, & in omnibus debere parere, modò contra animam & Regulam, quod præcipitur, non sit. Nulla enim ratio conuincere potest, vt vbi iubet homo, & Deus prohibet; hominem magis audias, surdus Deo. Valdèque peruersum est, se obedientem hominem profiteri; vbi agnoscitur superioris propter inferiorem soluere obedientiam, diuinam scilicet, propter humanam. Meritò S. Franciscus obedientiam suorum fratrum sub præfatis duobus limitibus conclusit; dum prælatis dicit, (non præcipientes aliquid, quod sit contra animam suam & Regulam nostram.) Et subditis imperat, quòd

obedientia Minorum est generalissima ad omnia.

S. Ber.

in omnibus obediant; modò non sint contra animam, & Regulam.

Quod mandatum censendum sit contra animam.

24 Contra animam censendum est, fieri præceptum, nedum cùm mortale, seu veniale aliquod præcipitur peccatum: verùm etiam cùm iubetur, quod de propinquo inducit in periculum mortalis peccati; seu proximum incentiuum est ad illud. Omne enim peccatum contra Dei voluntatem saltem simplicem esse, & contra spiritualem animæ vtilitatem, & gratiæ, & virtutum profectum; nō est qui neget. Impossibile autem est, Deum ordinasse aliquod consilium, aut votum contra ista. Immo omne votum vergens in detrimentum spiritualis boni; est illicitum, & inane. Iuxta illud Eccle.. Displicet Deo infidelis & stulta promissio. Et habetur à DD. in 4. sent. d. 38. Patet ergò, quòd nullum peccatum mortale, vel veniale ad imperium, & præceptum prælati, agendum est: cùm nullum votum obliget ad obediendum in malum. Falsum est enim, quòd quidam simplices dixerunt: omne scilicet veniale peccatum, esse à subditis perpetrandum, quando eis imperatur, propter bonum obedientiæ. Nemo quidem sanæ

Præcipere contra animam quid sit.

Veniale non committendū ob bonum obedientiæ.

mentis dicet quòd subditus teneatur aspicere mulieres aliquantulùm impudicè; cogitare turpia; scurrilia dicere verba; primos carnis motus in se sustinere, vel ad modicum excitare, & consimilia facere propter obedientiæ bonum, vbi à suo superiori præcipiuntur, & tamen constat, quòd hæc non semper mortalia sunt. Immò rectè intuenti, in hoc dicto apparet contradictio manifesta. Faciens enim veniale peccatum, peccabit vtique venialiter, quia nullum peccatum est ordinabile in Deum. Et obediens suo superiori secundùm quòd debet; non peccat, sed potiùs rectè agit. Et sic sequitur, quòd rectè agere, erit peccare; quod est manifesta contradictio. Et ideò nunquam obediendum est superiori aliquod præcipienti peccatum, licèt illud tantùm veniale sit; sed potiùs, vt Sanct. Thom. inquit, mors est corporis eligenda, quàm venialiter peccare.

Quol. 11. art 3.

S. Bern.

Distinctio bonorum, & malorum.

25 Vnde, ex S. Bernardo in Epistola ad Adam Monachum, scias quòd quædam sunt pura bona, quædam sunt pura mala, quædam sunt media inter hæc. Pura bona, sunt, vt fides, spes, charitas, humilitas, patientia, & id genus alia. Pura mala, vt furtum, sacrilegium, adulterium, supebia, odium, & cætera talia. Media inter hæc quæ quidem per se nec bona esse noscuntur, nec mala, sed indifferenter pro modo, loco, tempore,

vel persona se habere possunt; sunt ieiunium, vigilia lectio, & similia. In primis duobus, purè s. bonis, & malis; nulla à subditis superiori debetur obedientia. Quoniam nec pura bona omittenda sunt, etiam cùm prohibentur: nec pura mala patranda, quando iubentur. In mediis verò inter hæc, vtiliter à subditis superiorũ imperiis obeditur: modò hæc media, in purorum bonorum, vel malorum, non transierint rationem. Vt putà, coniugio iungi, indifferens est, quia licitum est coniungi, & non coniungi: at si fiat coniugium, vel profiteatur castitas, in purornm bonorum transit rationem, vt non liceat factum dissoluere. Transit item in purorum malorum rationem, in Religioso, proprium possidere: Medium enim est hoc indifferens, homini sæculari; quoniam licitum est ei possidere, & non possidere: Religioso autem professo, purum malum est. In medijs autem, quæ mediorum, & indifferentium rationem retinent: obediendum est prælatis, & limitationibus suprà positis, num. 16.

In dubiis obediendum est superiori.

26 Sciendum tamen est, qnod vbi subditus rationabiliter dubitat, an quod præcipitur sit peccatũ, nec ne? tunc *Obediendum est in dubiis.*

profectò obedire tenetur. Nam in dubiis tenetur subditus superiorum imperiis obedire. Siue dubitet, an quod præcipitur sit contra animam, vel Regulam? Vel, an Prælatus possit dispensare, vel non? Vel, an ex rationabili causa moueatur, vel absque ea, ex solo placito? Et generaliter, vbi est dubius an debeat obedire, nec-ne? tenetur obedire. Vt dixit Syluest. tit. Relig. 6. quæst. 6. Angel. tit. Religios. num. 29. & iidem & cæteri Summist. tit. obedient. Et habetur ex Sancto Augustino cap. Quod culpatur. 23. quæst. 1. [Vir iustus (inquit ipse,) si fortè etiam sub Rege homine sacrilego militet, rectè potest illo iubente, bellare: si ciuicæ pacis ordinem seruans, quod sibi iubetur, vel non esse contra Dei præceptum, certum, est: vel vtrum sit certum non est. Ita vt fortassè reum faciat Regem, iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi.] Rationabiliter autem dubitatur, vel ratione materiæ perplexæ, vel ratione bonitatis pręlati, aut ratione simplicitatis subditi. Rationabiliùs quidem dubitare in his potest simplex subditus, quàm discretus, & peritus. Et rationabiliùs dubitatur de imperio prælati stulti, & discoli, quàm de mandato discreti, & sancti; huius enim mandato tutè acquiescendum est. Et rationabiliùs dubitatur, vbi materia

Dubitandi ratio.

ria est perplexa, quàm in manifesta. Quare, irrationabile esset dubium; vbi dubitaretur de eo, quòd apud omnes* est notum. Nec huiusmodi dubietas, quæ ex ignorantia iuris prouenit; excusaret saltem à toto, vt latiùs de hoc diximus suprà in præludio secundo.

27 Vbi autem aliquid præciperetur, quòd de propinquo induceret in mortalis peccati periculum, seu proximum incentiuum esset ad mortale: non vtique tali esset parendum mandato, vt communiter hîc expositores asserunt. Nullus enim Dei honorem, suæque animæ salutem zelans, se scienter exponet alicui graui, mortalis peccati periculo; ob bonum obedientiæ, cùm scriptum sit Eccles. tertio, Qui amat periculum, peribit in illo. Et blasphemum est dicere, quòd Christi consilia, (vt est hoc, de viuendo in obedientia) extent contra Dei honorem, & nostræ sint saluti periculosa; nos aliquo modo in mortalia impellendo peccata. Quare, vbi fratri mandaretur mulierum confessiones audire: & per hoc valdè acriter tentationibus impugnaretur carnis; adeò vt probabiliter dubitaret, se casurum in consensum, & voluntatem peccandi; non tenebitur in hoc, suo obedire superiori: sed potiùs tenetur non obedire; ne contra Dei legem faciat, se manifesto exponendo

Obedientia inducens ad peccatum, non facienda.

periculo. Vt quatuor magistri, & cæteri expositores hîc, asserunt. Idemque dicendum est vbi sacerdoti ignoranti, præciperetur passim sæcularium confessiones audire. Manifestum enim hîc agnoscitur periculum; quia cæcus nescit de coloribus iudicare, neque dubitare, vel discernere potest, quæ in coloribus differentia sit. Et vt Christus ait, Matth. 15. Si cæcus cæco ducatum præstat, ambo in foueam cadunt. Et hoc ipsum dicendum est, si fortè præciperetur alicui nescienti natare, ingredi mare seu ingens pertransire flumen, cum manifesto mortis periculo, aut alia huiusmodi facere; non enim in similibus obediendum est. Nisi in casibus priuilegiatis; vbi scilicet Spiritus sanctus, id inspiraret, & constaret de tali nutu, & inspiratione diuina, aliàs non. Quia esset peccatum temeritatis, & tentandi Deum: & sicut stultè id imperaretur sic item stultè, & temerè executioni mãdaretur, Esset enim contra sui ipsius charitatem; nisi Spiritus sanctus ad id impelleret. Et sic de cæteris dicendum est imperiis quæ ad manifestum letalis culpæ periculum inducunt.

Quodnam mandatum sit contra Regulam.

Quid est facere c[t]- 29 Contra Regulam autem esse dicitur, quod contra precepta, seu

consilia Regulæ, est; vel contra con-stitutiones Ordinis, vt suprà dictum est secundùm quatuor magistros, & omnes. Et quidquid demùm induceret ad imperfectionem, seu impuritatem Regulæ, aut ad extinguendum orationis spiritum: contra Regulam censetur. In iis ergò, quæ contra Regulam, vt expositum est, præciperentur, obediendum non est: sicut nec vbi contra animam, aliquid imperaretur. Nisi talia essent, quòd prælatus in illis dispensare posset quia vbi prælatus legitimè, & rationabiliter dispensando præcipit, quilibet Religiosus subditus tenetur obedire.

tra Regulam.

Dispensare dupliciter potest prælatus.

29 Pro quo notandum est, quòd dupliciter contingete potest, prælatum dispensare. Aut quia id, quod mandat, consonum est Religioni, licèt contrarietur præcepto Regulæ; aut quia Religioni nullatenus est consonum, & obuiat Regulæ. In primo modo, vt putà, si prælatus imperet subdito in sexta feria, in qua ex Regula ieiunandum est; quòd prædicet, aut legat, aut aliud negotium suæ consonum Religioni, faciat. Si subditus mandatum exequi non poterit, & simul implere ieiunii præceptum regulare quia debilis est; poterit in hoc, & similibus dispensare prælatus. Et proculdubio tenetur subditus obedire prælato mandanti, & dispensanti in ieiunio, aut in equitatu, & similibus. Quia in his casibus

potestate non abutitur dispensandi, sed optimè vtitur ea; dum consonum negotium Religioni præcipit: & dispensando remouet impedimenta quæ maius bonum impedirent. Si autem prælatus alio se habet modo in præcipiendo, & dispensando; scilicet quòd solum actum præcipiat, in quo absque necessitate dispenset: putà quòd nihil boni faciendi subdito imperet, sed qui solùm præcipiat subdito vt frangat regulare ieiunium, vel quòd equitet, non tenetur, nec licitè potest ei subditus obedire. quoniam huiusmodi actus non sunt religionis vtilitati consoni; nec aliqua adest necessitas dispensandi.

Et hoc certissimum est quòd vbi concurrunt hæc duo nempè quòd certum absque hæsitatione vlla sit subdito, prælatum præcipere contra Regulæ præcepta, & minimè dispensare eum posse, in ijs quæ præcipit; Vel quòd licèt possit, dispensat tamen absque vlla rationabili causa: quòd subditus non tenetur ei obedire, nec potest. Quoniam nec prælatus huiusmodi habet facultatem præci-
DD. piendi contra Regulam, nec subditus contra eam facere potest. Vt videri potest per Caiet. in 2.2. quæst. 185. art. secundo, Angel. tit. Religiosus. num. 19. Syluest. tit. Religi. sexto. quæst. sexta & per summist. omnes tit. Dispensat. Et expressè habetur in hoc Regulæ capit,

10. in quo inhibentur prælati, contra Regulam præcipere,& ſubditi abſoluuntur à talibus præceptis.

30 Vndè generaliter dic, quòd vbi prælatus abſolutè ſine cauſæ diſcuſſione aliquid contra regularem vitam præcipit diſpenſando; non debet, nec licitè poteſt ei ſubditus, obedire, vbi hoc ei cum certitudine conſtat; ſed ſequi debet ſuæ Religionis ſtatuta Quoniam diſpenſatio ſine cauſa legitima ſufficienti, ad relaxationem vergit: & non eſt propriè diſpenſatio, ſed relaxatio, & diſſipatio. Vbi verò aliquid ex cauſa legitima diſpenſando præcipit, tenetur ſubditus obedire. Quia ex quo legitima acceſſit diſpenſatio, opus illud pro tunc, non eſt contra Regularem vitam: & ſic non excuſabitur ſubditus huiuſmodi nolens obedire. Vt videri poteſt per Caiet. 2.2.q. 104. art. quinto & quæſt. 185. art. 2. ad ſecundum. Et habetur ex Sanct. Bernardo de diſpenſatione, & præcepto. Votum, inquit ipſe, meum non minuat prælatus ſine neceſſitate. vbi ſatis inſinuat, quòd quando adeſt neceſſitas, prælatus poteſt diſpenſando præcipere. Rationabilis autem cauſa eſt, aut neceſſitas cogens, aut ſuadens pietas, vt ex eodem Caietano. 2.2.q.88.art. 8. colligitur.

Diſpenſationi prælati non ſemper eſt obediendū.

D. Bern.

31. Idémq. dicendum eſt, vbi aliquod præcipitur, quod ex ſuo genere, peccatū eſt veniale. Si enim talis ſit actio, à qua

Præceptum prælati in re veniali, facien-

dum est abiquando. superueniens prælati imperium, tollat rationem peccati; vt putà si aliquod verbum de se otiosum imperetur ad recreandum ægrotum, seu tristem aliquem consolandum, parendum est superiori præcipienti: vt annotauit sanctus Bernardinus in tractatu de obedientia fratrum Minorum. cap. 12. §. primus limas. De mortalibus verò, & absolutè necessariis ad salutem; certum est, quòd prælatus dispensare non potest.

In dispensabilia non sunt præcipienda nec exequenda.

32 Vbi ergò dispensatio non habet locum, vtputà quia id quod præcipitur indispensabile est, vel si dispensabile est, non adest legitima dispensandi ratio; nunquam prælatorum imperiis parendum esse, contra animam, & Regulam, vt expressè habetur in Reg. hac minoritana. Nullius enim prohibitio, valet obuiare præceptis, nullius iussio, præiudicare prohibitis. Vnde S. Bernardus dicebat Epist. ad Adam monachum scribens. (Si abbas meus, aut etiam Angelus de cœlo contraria iusserit; liberè recusabo huiusmodi obedientiam, quæ me transgressorem voti proprii, & peierare faciat nomen Dei mei) Sed si subditus dubitat, an prælatus possit super tali præcepto Regulæ, vel tali actu dispensare? vel si adsit causa rationabilis, & sufficiens? & an benè discusserit illam, an non? tunc tenetur obedire. Quia in dubiis generaliter tenetur subditus, prælato

obedire: vt suprà dictum est. nu, 26. ex capite. Quod culpatur. Et Sanct. Tho. Gotfre. & Raym. & communiter docto. res dicunt, quòd vbicunque non valet subditus sua diligenti inquisitione certificari de aliquo, tenetur obedire suis prælatis. De quo videri poterunt. Angel. tit. Relig. §. 29. Sylu. Relig. tit. 6. q. 6. Caiet. 22. q. 88. art. octau. licèt Adrianus in 2. quolib. aliqualiter dissonet. Et si subditus habet conscientiam, quòd obediendo in tali re dubia, peccet mortaliter: tenetur, vt inquit Adrianus, deponere illam, & firmare sibi contrariam, scilicet quòd non peccat, & illa deposita, tenetur ad obediendum. Stante autem conscientia quod peccat, peccaret vtique si obediret, quia faceret contra conscientiam. Et vt dicit Gerson de consideratione peccatorum, consideratione 16. quæcunque persona, quæ formatam habet conscientiam de aliquo, quòd sit peccatum mortale, & in illa conscientia illud facit, peccat mortaliter: licèt res illa non sit mala. Iuxta illud glossæ qui facit contra conscientiam, ædificat ad gehennam, super illis Apost. verbis Omne quod non est ex fide, peccatum est Rom. 14. Quod de firma conscientia (vt Gers. dicit) debet intelligi. Nam propter quasdã faciles dubitationes, quæ habentur, & non est facilè expellere; quandoque non peccatur, quando habetur fortior

Obediendum non est, etiam contra cõscientiam erroneam.

Adrian.

Gerson.

conſcientia ad contrarium. Et non obediendo prælatis, etiam peccaret; quia eis in dubiis tenetur obedire, & deponere conſcientiam culpabilem.

In dubio ſtandum eſt iudicio prælatorũ. Leo X.

33 Idémque dicit Sanct. Bernardinus art. ſeptimo quòd in omnibus dubiis, quæ non poſſent indubitanter declarari, ſubditi tenentur ſtare iudicio ſuorum prælatorum: & contrarium agentes ſunt tranſgreſſores obedientiæ. Et Leo X. fol. 59. conceſſit Generali, Prouincialibus, & Cuſtodibus quòd poſſint auctoritate ſuæ Sanctitatis, cum conſilio aliorum fratrum, ſi res fuerint magni momenti, determinare in ſcrupulis, & rebus dubiis: & eorum determinationi ſubditi ſecura conſcientia poterunt, & ſtare debent. Si tamen manifeſtè conſtaret ſubdito, quòd prælatus non poſſet in talibus diſpenſare; aut quod non eſt cauſa rationabilis ſufficiens ad diſpenſandum; & quòd mouetur prælatus leuiter ſine cauſæ diſcuſſione: tunc non teneretur ſubditus obedire, quandoquidem eius præceptum, non eſt rationabile,

In vanis, & fatuis non tenetur ſubditus obedire.

Præcepta fatua, &

34 HIs duobus ergò exceptis limitibus, contra animam ſcilicet, & re-

gulam in cæteris omnibus indifferentibus, nisi fatua, & vana sint, sed licita, & honesta, tenentur Minores fratres suorum prælatorum imperijs obedire. Vbi enim manifestè constaret, vana fictitia seu fatua esse quæ iubentur; vt sunt omnia, quæ pręter Regulam sunt, quę nec in ea continentur, nec ad contenta in illa, seu ad vitę spiritualis, profectum expediunt subditus nullus tenetur obedire. Et huius ratio est, quia nemo censendus est, profitendo Regulam, habuisse animum se obligandi vllo modo ad talia irrisoria, nugatoria, & fatua, quę pręter Regularem vitam sunt: sed ad ea tantùm, quę ad Regularem, & Religiosam pertinent vitam, & ad animę profectum conducunt. Atqui ius prędationis non se extendit vltrà super subditum, nisi in ijs, ad quę se subditus obligauit; non ergò super huiusmodi fatuis, & vanis ius imperandi se extendet. Et cum his concordat, Sanct. Thomas quolib. decim. articul. decim. & vigesimsecundo, quęst. 186. articul. 5. ad 4. dicens, quòd licèt votum obedientię ad Religionem pertinens habeat quandam vniuersalitatem, & se extendat ad dispositionem totius humanæ vitæ: non tamen se extendit ad omnes particulares actus quorum quidam non sunt de rebus pertinentibus ad dilectionem Dei, & proximi; nec ad regularem vitam, seu conuersationem, sicut est confricatio barbę, spue-

vana non sunt exequenda.

Nota.

D. Tho.

re in parietem, leuare festucam, respicere aues volantes, &c. Quæ fusiùs habentur in summa Ang. tit. Religiosus. §. 29. & Sylu. Religio. 6. q. 6. qui dicunt hanc esse communem opinionem Doctorum.

Obediendum est in indifferentibus semper.

Dixi si quæ iubentur non conducunt ad vitam spiritualem. Nam si prædicta quæ fatua & irrisoria videntur, non ioci, & risus gratia, sed ad mortificandum voluntatem, & ad subigendum & captiuandum intellectũ subditorũ ad superorũ obediẽtiã, mandarentur: tenentur, tunc Minores fratres obedire. Quia tunc non iocosa hæc sunt, sed res seriæ, maximè ad spiritualem vitæ profectum spectantes. Vnde plerique Sanctorum Patrum, similia huius gratia præcepisse leguntur; vt in eorum vitis constat. Et quia Minores fratres, in omnibus obedire tenentur, quæ contra animam & Regulam non sunt; in ijs etiam parere tenentur: & ita tenet Francisc. de Maron. quolib. quæst. 12. consid. 15.

35 Itaque in indifferentibus omnibus, quæ ad regularem vitam, & spiritualem ofectum reduci possunt: tenemur nos Minores fratres, prælatorum obedire mandatis. Idque ex sententia & dictis conuincitur Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 104. articul. 5. ad 3. & quæstione 186. articul. 5. ad quart. Inquit enim ipse, quòd obedientiæ votum ad Religionem pertinens, se extendit ad dispositionem totius

humanæ vitæ, quantùm ad regularem conuersationem: & secundùm hoc, obedientiæ votum habet quandam vniuersalitatem. Hæc ille in d. quæstione 186. Et quæstione 104. dicit, quòd Religiosi obedientiam profitentur, quantùm ad regularem conuersationem: & ideò iuxta obedientiam qua suis prælatis subduntur, in illis solis obedire tenentur, quæ possunt ad regularem conuersationem pertinere. Hæc ille. Atqui nos Minores fratres, vniuersalem modo quo dictum est obedientiam, professi sumus: & ferè omnia indifferentia ex suo genere, ordinari rationabiliter possunt ad regularem vitam, ex intẽtione, seu alia circunstãtia; ergo cadere possunt sub præcepto, sicut sub voto, & Minor. frat. obedire tenẽtur. vt expresſè testatur S. Bon. in c 1. super Reg.

Et hinc est, quòd omnis Religiosus subditus, suis tenetur obedire prælatis, si quid, quod infra Regulam sit, ei præceperint: vtputà vt reficiat corpus, vt recreationi aliquantisper vacet & cætera eiusmodi. Hæc cùm nec Regula prohibeat, nec alio prohibeantur iure, nisi certitudinaliter ei constet, quòd vergant, in notabile detrimentum corporis, vel animæ, exequi necessariò tenentur; nam possunt ad Regularem vitam ordinari. Immò, & bonum, quod non est necessarium ad salutem, sed supererogatoriè fit; propter bonum obedientiæ, *Bonum nõ necessariũ ad salutẽ.*

31. q. 3. omitti debet. vt habetur in cap. quid ergò ex D. Greg. lib 35. in Iob. in capite 12. Quandoquidem talis ieiuniorum, vigiliarum, & abstinentiarum omissio, ad regularem vitam poterit ordinari: putà quia prælatus vult subditum occupare in aliquo labore, & exercitio corporali. Tametsi peccaret prælatus, qui ex sola voluntate, absque vlla rationabili causa; ab huiuscemodi bonis suum subditum retraheret. Vt sup. num 26. dictum est, & annotauit Caietan. 22. quæst. 88. articul. 8. Enimuerò opera supererogationis excedentia professionem alicuius Religiosi, non subsunt prælatis, quò ad executionem, & impletionem eorum, quia non tenetur subditus supra professionem suam, suis necessariò obedire prælatis talia præcipientibus. Quoniam supra professionem, vt dictum est, ius imperandi prælati non habent: vnde S. Bern. dicebat, votum meum prælatus non augeat, sine mea voluntate. Attamen quò ad omissionem bonorum supererogationis, subsunt, & obedire tenentur subditi prælatorũ imperijs, excepto transitu, ad altiorem religionem, seu statum. Quoniam horum omissiones, (vt diximus) ad regularem vitam, poterunt ordinari; in qua directè Religiosus est subditus suo prælato.

S. Bern. de dispensat. & præcep.

Hinc est, vt ex vtroque Tho. vbi suprà colligitur, quòd nullum Religiosi votũ alicuius supererogationis boni est firmum:

Votum in supererogatorijs quare non est firmum.

quia est subditus prælato in omnibus suis operationibus, & omissionibus, quæ sunt, aut possunt esse opportunæ ad Regulam, & ad ea, quæ ad regularem vitam spectare agnoscuntur. Et ideò firmum esse non potest, quia de re est, quæ sub prælati potestate directè, vel reductiuè collocatur.

Quid sit supra Regulam præcipere.

36 EX dictis constat, parendum semper esse à Religiosis, suorum superiorum imperiis; vbi quod præcipitur secundùm Regulam est; Siue id quod præcipitur implicitè, siue explicitè in ea contineatur: cuiusmodi sunt omnia licita, & honesta infra latitudinem Regulæ, aut ei æqualia; sine quibus Ordo regularis, & plenior eius obseuantia conseruari non potest. Idque omnibus ferè Doctoribus probatissimum est; & habet Sanct. Thomas quolib. decim. articul. decim. Videndum est tantùm, nunquid in ijs, quæ supra Regulam sunt, & extra eius limites; superiorum sit parendum mandatis. Et capio hic Regulam, non pro ijs tantummodò, quæ in Regula continentur expresśè; vt sunt præcepta, exhortationes, & consilia, in ea expresśè posita: sed etiam, pro ijs omnibus, quæ implicitè in causa continentur in ea, & prælatorum imperijs relinquuntur: vt sunt,

Præcipere supra Regulā quid sit.

quæ communitatis, & fraternæ societatis obsequia, & culparum punitiones respiciunt. Et respondent ad hoc communiter Doctores, quòd quando tantùm ad maius meritum, aliquid supra Regulam promissam imperatur; non cogitur ex necessitate subditus, huiusmodi superioris imperio, obedire; sed si id faciat, perfectionis, non necessitatis est. Et huius ratio est, quia prælatus nil iuris amplius habet super subditum; nisi respectu eorum, ad quæ se voto obligauit: Vt inquit Sanctus Thomas 2. 2. quæstione 104. articul. 5. ad 3. & quæstion. 186. articul. 5. & communiter Theolog. in 4. sentent distinctione 38. Vnde Durand. 2. distinct. vltima quæstione vltima inquit: obedientia maior, vel minor cuiuslibet Religionis consurgit, & attenditur à forma voti illius Regulæ, cui se quis obligauit. Atqui subditus non se obligauit, nec se voto astrinxit ad arctiorem vitam promissæ Regulæ limites excedentem; sed ad suam Regulam tantummodò: meritò in iis, quæ promissæ Regulæ transgrediuntur limites, non cogitur parere mandatis.
S. Bern. Hinc Sanctus Bernard. de dispens. & præcept. inquit. [Nihil præcipiat mihi prælatus, eorum, quæ non promisi, nihil prohibeat eorum quæ promisi; nec augeat, nec minuat votum meum.] Et Ricard. de sancto Victor. [Debitum (in-

quit) est, quod præcipitur secundùm ordinem; indebitum, quod supra professionem.] Et hoc etiam latè probat Ger. in tractatu de vita spirituali Alph. 60. lec. 5. & 6.

37 Dixi si tantùm ad maius meritum imponatur; obediendum non esse. Quia si non absolutè ob id sed ex causa rationabili aliquando alicui, vel aliquibus aliquid strictius super Regula præciperetur, hoc est, quòd in Regula non habetur expressè. Vtpuà si pro peccato commisso præciperetur in pœnam, ieiunare in pane, & aqua tot dies, vel se disciplinare, seu à carnibus abstinere tot menses: vel si pro impetranda pluuia, seu belli, aut alterius plagæ remotione præcipiatur simul cum alijs fratribus ieiunare, vel se disciplinare, tot dies; obediendum est prælato; vt habetur. capite dilectus secundo de simonia, & supra dictum est. Quoniam hæc, verè non sunt supra Regulam, sed in Regula implicitè continentur, Vt omnis culparum punitio, & quod ad regularem vitam conformatur. Vnde si prælatus cum maiori parte capituli faceret statuta arctiora, & præcepta daret strictiora, quæ conferrent ad reformandam Regulam promissam, & ad puriorem, & pleniorem eius obseruantiam; talia præcepta, & statuta non possent dici super, sed secundùm Regulam, & intelliguntur in voto obedientiæ. Et ad hoc, facit c. vni-

Obediendum est aliquando præcipienti super Reg.

Statuta secundum Re. quæ;

cum, de statu Regularium. libro sexto, vbi Monialibus indicitur clausura. Et hoc, quia talis clausura expedit ad obseruantiam castitatis, & indicitur secundùm naturam rei; cùm non deceat mulieres euagari.

Dubium. 38 Sed fortè dices, ergò frater Minor, nec ad ieiunium, vel vigilias, vel alias, quasuis carnis macerationes, quæ in Reg. non habentur expresſè poterit imperio prælatorum arctari, nisi in casu, & ex causa; non autem ob bonum obedientiæ, & absolutè, quia sic prælatus imperat. Nam hoc supra promissam Regulam & supererogationis esset, non necessitatis in melius semper proficere; vt dicitur in capite Gesta. distinct 74. (Iustum est, vt nemo crescere compellatur, inuitus)

Solutio. Respondeo quòd rectè Doctores asserunt, & ipsa ratio id conuincit, quòd extra limites promissæ Regulæ, seu supra Regulam prælatus super subditum ius imperandi non habet? & per consequens non arctatur subditus ad obediendum in iis. Attamen ad prædicta ieiunia, vigilias, carnísque macerationes, quæ in Regula non habentur expresſè, dicimus Minorem fratrem ex solo imperio prælatorum arctari, & necessariò compelli.

Obedientia Minorum quã sit arcta. Quoniam, & si prædicta in cæteris religionibus sint supra Regulam promissam; in nostra tamen Religione non supra Regulam promissam (vt falsò sup-

ponitur) sunt sed infra limites Regulæ. *Obedientia minorum quibus limitibus concludatur.*
39 Obedientia enim Minorum fratrum, vt, Sanct. Bernardin. & Petr. Ioan, vbi suprà, annotarunt, tribus tantùm limitibus concluditur: manifesto scilicet peccato, manifesto peccati mortalis periculo, & manifesto Reg. promissæ contagio seu transgressione. Qui quidem ad duos (secundùm omnes) reducuntur limites; nihil scilicet contra animam, & Regulam præcipi posse. His tantummodò exceptis, Minorum obedientia, ad omnia licita, & honesta prælatorum imperia, ex voto professionis astringitur, vt Sanct. Bonauen. Hugo; & cæteri, quos suprà num. 20. recensui, testantur. Vndè & si in cæteris religionibus supererogationis sit tantùm, non necessitatis Obedientiæ, superiorum mandatis in prędictis carnis macerationibus obedire: quia in Regula nec explicitè, nec implicitè continentur: in nostra tamen Relig. necessitatis obedientiæ est, obedire prædictis. Quia licèt hæc sint supra statuta, seu specialia præcepta Regulæ, & in ea, non reperiantur expressa: non tamen sunt supra facultatem ab ipsa Regula superioribus traditam; quæ est, in omnibus posse imperare, modo contra animam, & Regul. non sint. Nec supra statutum sunt, de obedientia subditis datum de obediendo in omnibus, quæ contra animam,

& Regulam, non existunt: Vt adnotauit Sanct. Bernardinus in tract. de obedientia per modum dialogi, articul. 13. arg. 12.

Obedientia Minorum se extendit ad omnia licita, & honesta.

40 Quare licet verissimum vniuersaliter in omnibus Religionibus sit, quòd obedientia non se extendit vltra ius prælationis, & subditus vltra promissum, non cogitur obedire, vt S. Bernardus, S. Bonau. Dur. & cæteri DD. in locis citatis, manifestissima ratione dixerunt: non tamen idem omnium prælatorum Religionum ius est, nec eadem est omnium subditorum debita obedientia. Sed vt idem S. Bern. & prædicti, & communiter omnes Theologi docent in 4. sentent. dist. 38. ius imperandi prælatorum secundùm promissam Regulam limitatur. Quod idem est, ac si dicatur, quòd obedientiæ debitæ cuiusque Religiosi mensura, est votum quod vouit. Cùm ergò debitum obedientiæ, ex voto promissæ Regulæ consurgat, & Minorum fratrum obedientię, votum sit ad omnia, quæ contra animam, & Regulã non sunt, vbi ergò nil fratribus contra animam, aut Regulam præcipitur, prælatorum imperiis licitis, & honestis coguntur obedire. Quia nihil supra ius, & facultatem imperandi mandatur, sed infra limites facultatis predictæ.

Obedientia Minorum perfectissima est.

41 Hinc est, quòd perfectissima huius Religionis obedientia, aliarum omnium

Religionum, probatur; quia in nulla alia Religione talis obediendi forma expressè creditur præfixa sicut in ista reperitur. Et cùm huic obedientiæ nihil aliud addi possit, quoniam si posset, non esset Regula in obedientiæ voto perfectissima sicut in aliis paupertatis, & castitatis votis, esse probatur, vt in primo præludio dictum est. Et habetur ex S. Bonau. in 2. sent. dist. fin. q. fin. Meritò Pater Sanctus, altissimam, & perfectissimam suis fratribus obediendi formam præcipiens, recordationem maximè vtilem ad obseruantiam talis, ac tantæ obediētię, præmittit. Inquiens, [Fratres, qui sunt subditi, recordentur, quòd propter Deum abnegauerunt proprias voluntates.] Voluntatis abnegationem, ad obediendum, pręmittit: quia proprię voluntatis abdicatio, est obedientiæ fundamentum. Nam cùm propria voluntas ea sit, quæ omnino Diuino imperio non ligatur, vel superiorum Regulæ non adhæret, qui voluntatem propriam calcare non nouerit, obedientię virtutem adipisci non poterit.

In quo hæc Regula cum cæteris Religionibus in obedientiæ voto conueniat.

41 EX dictis, constare facilè potest, cōmune omnibus esse Religiosis,

Obedientia Minorum in quo conuenit cum aliis religiosis.

minimè teneri superioribus obedire, in his, quæ sunt contra Deum, vel contra Regulam, quorum eis dispensatio non committitur. Quod enim nec bonum est, nec benè fieri potest; purum proculdubiò malum est: & ad nullius superioris imperium, est patrandum. Immo ab his non prohibere prælatum suos subditos cùm possit; in crimen ei reputatur homicidii, vt Sanct. Bern. ait ad Adam Monachum, epist. 7. Commune item eis est omnibus prælatorum imperiis teneri obedire; quò ad ea omnia, quæ sunt, aut esse possunt ad Regulam, seu Regularem promissam vitam opportuna, seu reducibilia ad illam. Quæ in duplici genere sunt: vt annotauit Dur. 2. sent. dist. vlt. q. 4. Quædam reducibilia per modum præsuppositionis, sicut præcepta iuris naturalis, & Diuini, & Ecclesiastici: quæ enim à Religiosis vouentur, præsupponunt hæc. Et ideò Religiosi non solùm puniri à suis superioribus possunt, de eorum, quæ vouerunt transgressionibus, sed etiam de transgressione dictorum præceptorum; putà si sint fures, adulteri, periuri ieiunia Ecclesiastica absque necessitate soluentes; & sic de aliis. Alia autem reducibilia sunt, per modum cuiusdam consequentiæ: sicut ea, quæ pertinent ad obsequium communitatis, seu fraternæ societatis: & quædam similia, sine quibus bonus status Religionis

Durand.

Reducibilia ad Regularem obseruantiam.

seruari non posset. In iis ergo omnibus, quæ in Regula habentur expresse, vel ad eam reducibilia sunt secundùm proprii vniuscuiúsque voti rationem; commune est omnibus Religiosis, teneri obedire. Non in fatuis, & vanis, vt talia sunt.

43. Commune etiam est omnibus; in his quę supra Regulam sunt non teneri obedire. Quia supra limites potestatis, talia prælatorum imperia sunt, vltra quos se extendere haud possunt. Quare, non ex necessitate obedientiæ est eis in his obediendum, sed de perfectione, & supererogatione. Vndè Sanct. Thom. 22. q. 104. att. 5. ad 3. triplicem dixit obedientiam esse: Vnam sufficientem ad salutem quę scilicet obedit in iis, ad quę obligatur: aliam perfectam, quę obedit in omnibus licitis: Aliam indiscretam, quę etiam obedit in illicitis. Proprium verò Minoritanæ obedientię, est, simpliciter & absolutè, in omnibus licitis, & honestis, superiorum imperiis teneri obedire, modò contra animam, & Regulam non sint. Adeò quòd si prælatus, vel constitutiones Capituli, pręcipiant omnibus, vel alicui, quòd ter in hebdomada disciplinemur; seu quòd aliud opus satis strictum, & macerațiuum carnis faciamus, quod in Regula non continetur: licèt alii Religiosi non teneātur in iis obedire, nisi ex causa, vt dictum est, nos tamē

Obedientia triplex sufficiens, perfecta, discreta.

Statutum de disciplina facienda. Minores fratres simpliciter obedire tenemur. Sicut hodie in omnibus prouinciis nostræ Congregationis huiusmodi habetur statutum; quòd ter in hebdomada fratres se flagellis cædant. Licèt enim ad id sub culpa non obligemur: obligaremur tamen ex præcepto prælati, si præciperet. Nam hanc prælatis Regula dedit potestatem, adeò vt eis obedire teneamur in omnibus; quæ non sunt animæ, & Regulæ contraria. Quicquid circa hoc dixerint Pisa. Serc. consc. & Specul. Qui verè (bona ipsorum venia) fuerunt decepti ex verbis S. Thom. Durandi, Maio. loquentium communiter de obedientia Religiosorum. In qua non includitur obedientia particularis, quam aliquis singulariter faceret alicui prælato, seu quàm aliqua Religio specialiter profitetur, vt nostra.

Fratres nō possunt obligari ad aliam Religionē. 44 Illud tamen puto verissimum quòd si prælatus etiam cum maiori parte generalis Capituli, aliam vellet fratribus Religionem imponere, non tenerentur fratres obedire. Quoniam Minoritanam Regulam vouerunt fratres, non aliam. Nec ad aliam, hac dimissa, compelli poterunt, quin contra Regulam, & eius institutoris mentem, fieret. Si enim, vt suprà diximus, prælati præcipiendi potestatem ab ipsa Regula habent, quis sanæ mentis diceret, quòd ad sui ipsius destructionem, aut diminutionem

potestatem contulerit? Quod Ang. de Clauasio annotauit tit. Religiosus, §.29. ex Host. in c. cum dilecti, quod metus causa, & sequitur Sylu. Relig. 6. q. 6. & Cordub. hîc, q. 2.

An libertates Regulæ cadant sub præcepto prælatorum?

45 SEd dubitari posset, an libertates, seu concessiones Regulæ prælatorum imperiis valeãt impediri? adeò vt subditus necessariò obedire teneatur. V. g. An prælati valeant imperare suis subditis, quòd ieiunent quadragesimam Epiphaniæ? licet Regula dicat cap. 3. [Qui voluntariè eam ieiunant, sint benedicti à Domino, & qui nolunt, non sint astricti?] Quòd ieiunẽt die Lunæ, Mercurii, vel aliis diebus, præter eos, qui specificantur in Regula? cum in ea dicatur, ibidem. [Aliis autem temporibus, non teneantur, nisi sexta feria ieiunare?] Quòd non repetient de saccis sua vestimenta? cum Regula dicat c. 2. [Fratres vilibus vestibus induantur, & possint ea repetiare de saccis.] Quòd non comedãt carnes, vel oua? cum in Regula dicatur cap. 3. [Et de omnibus cibis, qui apponũtur eis, liceat mãducare.] Quòd Ministri non congregent fratres suos ad Capitulum, in eodem anno, in quo generale Capitulum fue-

Dubium.

Libertates Reg. quæ, & quot sint.

celebratum? licet Regula dicat, cap. 8. (Post Capitulum verò Pentecostes, possint Ministri, si voluerint, in eodem anno, semel suos fratres, ad Capitulum in suis Custodiis conuocare. Quòd ieiunent corporale ieiunium, etiam tempore manifestæ necessitatis? licèt legatur in Regula cap. 3 (Tempore verò manifestæ necessitatis, non teneantur fratres ieiunio corporali) Quòd pro spirituali Regulæ obseruantia, non recurratur ad Ministros? cùm Regula ipsa dicat, cap. 10. (Quòd vbicunque fratres agnouerint se non posse Regulam spiritualiter obseruare, possint recurrere ad Ministros. Quòd fratres vadant inter saracenos ad prædicandam euangelicam veritatem? cùm Regula dicat, cap. 12. (Quòd illi vadant, qui diuina inspiratione inspirati, eò ire voluerint.) Num prædicta, quæ ex Regula fratribus conceduntur; possint à prælatis prohiberi, & impediri, ne fiant? vel imperari, quòd necessario fiant? cum libertates Regulæ, sint ad vtrumlibet?

Solutio.

Libertates Reg. sunt in duplici differentia.

46 Ad hæc respondeo, quòd concessiones, seu libertates Regulæ sunt in duplici differentia. Quædam sic fratribus conceduntur, quòd non apparet interdicta prælatis auctoritas prohibendi, imperandíque contra eas: vel in parte, vel in toto, vbi id rationabilis suadeat causa. Quædam verò sic conceduntur, quòd

quòd etiam prælatis videtur interdicta potestas, contra eas imperandi. Primas quidem poterunt prælati, in parte, vel in toto ex causa rationabili prohibere ne fiant, aut mandare quòd fiant. Quia licèt liberum sit fratribus, ex Regula talibus vti libertatibus, vel non vti, exceptis vltimo loco positis, vt dicemus: modificatio tamen, quando, & quomodo talibus expediat concessionibus vti, vel non vti, regulariter pertinet ad prælatos. Et de hoc videri potest Hugo super capite tertio Reg. & Sanct. Bernardinus in tract. de obedientia per modum dialogi, art. 3. arg. 12. & Cordub. hîc, quæst. 2. Et ideò vbi imperium accesserit prælati, tenetur subditus obedire. Et huiusmodi sunt omnes quinque libertates per ordinem supra positæ. Vtputà si præcipiatur ieiunium Epiphaniæ vel aliud præter ieiunia Regularia, vel reperiare vestimenta de saccis, vel quòd commedantur carnes diebus licitis, vel congregare Capitulum prouinciale post generale celebratum, aut hæc præcipiatur omittere: in his enim prælatorum imperijs obediendum est: quanquam ex Regula, liberum sit fratribus prædicta facere, vel omittere. Quia licèt (vt ait Hugo super capite 2.) prælatus absque iusta, & rationabili causa, concessiones Regulæ non debeat impedire: fratres tamen subditi eius mandatum rationabiliter factum, concessionibus præ-

S. Bern.

Quæ Regulæ libertates possunt à prælatis imperari.

cum, de statu Regularium. libro sexto, vbi Monialibus indicitur clausura. Et hoc, quia talis clausura expedit ad obseruantiam castitatis, & indicitur secundùm naturam rei; cùm non deceat mulieres euagari.

Dubium. 38 Sed fortè dices, ergò frater Minor, nec ad ieiunium, vel vigilias, vel alias, quasuis carnis macerationes, quæ in Reg. non habentur expressè poterit imperio prælatorum arctari, nisi in casu, & ex causa; non autem ob bonum obedientiæ, & absolutè, quia sic prælatus imperat. Nam hoc supra promissam Regulam & supererogationis esset, non necessitatis in melius semper proficere; vt dicitur in capite Gesta. distinct 74. (Iustum est, vt nemo crescere compellatur, inuitus) Respondeo

Solutio. quòd rectè Doctores asserunt, & ipsa ratio id conuincit, quòd extra limites promissæ Regulæ, seu supra Regulam prælatus super subditum ius imperandi non habet? & per consequens non arctatur subditus ad obediendum in iis. Attamen ad prædicta ieiunia, vigilias, carnísque macerationes, quæ in Regula non habentur expressè, dicimus Minorem fratrem ex solo imperio prælatorum arctari, & necessariò compelli. Quoniam, & si prædicta in cæteris religionibus sint supra Regulam promissam; in nostra tamen Religione non supra Regulam promissam (vt falsò sup-

Obedientia Minorum quã sit arcta.

ponitur) ſunt ſed infra limites Regulæ. *Obedientia minorum quibus limitibus concludatur.*
39 Obedientia enim Minorum fratrum, vt, Sanct. Bernardin. & Petr. Ioan, vbi ſuprà, annotarunt, tribus tantùm limitibus concluditur: manifeſto ſcilicet peccato, manifeſto peccati mortalis periculo, & manifeſto Reg. promiſſæ contagio ſeu transgreſſione. Qui quidem ad duos (ſecundùm omnes) reducuntur limites; nihil ſcilicet contra animam, & Regulam præcipi poſſe. His tantummodò exceptis, Minorum obedientia, ad omnia licita, & honeſta prælatorum imperia, ex voto profeſſionis aſtringitur, vt Sanct. Bonauen. Hugo; & cæteri, quos ſuprà num. 20. recenſui, teſtantur. Vndè & ſi in cæteris religionibus ſupererogationis ſit tantùm, non neceſſitatis Obedientiæ, ſuperiorum mandatis in prędictis carnis macerationibus obedire: quia in Regula nec explicitè, nec implicitè continentur: in noſtra tamen Relig. neceſſitatis obedientiæ eſt, obedire prædictis. Quia licèt hæc ſint ſupra ſtatuta, ſeu ſpecialia præcepta Regulæ, & in ea, non reperiantur expreſſa: non tamen ſunt ſupra facultatem ab ipſa Regula ſuperioribus traditam; quæ eſt, in omnibus poſſe imperare, modo contra animam, & Regul. non ſint. Nec ſupra ſtatutum ſunt, de obedientia ſubditis datum de obediendo in omnibus, quæ contra animam,

& Regulam, non existunt: Vt adnotauit Sanct. Bernardinus in tract. de obedientia per modum dialogi, articul. 13. arg. 12.

Obedientia Minorum se extendit ad omnia licita, & honesta.

40 Quare licet verissimum vniuersaliter in omnibus Religionibus sit, quòd obedientia non se extendit vltra ius prælationis, & subditus vltra promissum, non cogitur obedire, vt S. Bernardus, S. Bonau. Dur. & cæteri DD. in locis citatis, manifestissima ratione dixerunt: non tamen idem omnium prælatorum Religionum ius est, nec eadem est omnium subditorum debita obedientia. Sed vt idem S. Bern. & prædicti, & communiter omnes Theologi docent in 4. sentent. dist. 38. ius imperandi prælatorum secundùm promissam Regulam limitatur. Quod idem est, ac si dicatur, quòd obedientiæ debitæ cuiusque Religiosi mensura, est votum quod vouit. Cùm ergò debitum obedientiæ, ex voto promissæ Regulæ consurgat, & Minorum fratrum obedientię, votum sit ad omnia, quæ contra animam, & Regulā non sunt, vbi ergò nil fratribus contra animam, aut Regulam præcipitur, prælatorum imperiis licitis, & honestis coguntur obedire. Quia nihil supra ius, & facultatem imperandi mandatur, sed infra limites facultatis predictæ.

Obedientia Minorum perfectissima est.

41 Hinc est, quòd perfectissima huius Religionis obedientia, aliarum omnium

Religionum, probatur; quia in nulla alia Religione talis obediendi forma expressè creditur præfixa sicut in ista reperitur. Et cùm huic obedientiæ nihil aliud addi possit, quoniam si posset, non esset Regula in obedientiæ voto perfectissima sicut in aliis paupertatis, & castitatis votis, esse probatur, vt in primo præludio dictum est. Et habetur ex S. Bonau. in 2. sent. dist. fin. q. fin. Meritò Pater Sanctus, altissimam, & perfectissimam suis fratribus obediendi formam præcipiens, recordationem maximè vtilem ad obseruantiam talis, ac tantæ obediētię, præmittit. Inquiens, [Fratres, qui sunt subditi, recordentur, quòd propter Deum abnegauerunt proprias voluntates.] Voluntatis abnegationem, ad obediendum, pręmittit: quia proprię voluntatis abdicatio, est obedientiæ fundamentum. Nam cùm propria voluntas ea sit, quæ omnino Diuino imperio non ligatur, vel superiorum Regulæ non adhæret, qui voluntatem propriam calcare non nouerit, obedientię virtutem adipisci non poterit.

In quo hæc Regula cum cæteris Religionibus in obedientiæ voto conueniat.

41 EX dictis, constare facilè potest, cōmune omnibus esse Religiosis,

Obedientia Minorum in quo conuenit cum aliis religiosis.

minimè teneri superioribus obedire, in his, quæ sunt contra Deum, vel contra Regulam, quorum eis dispensatio non committitur. Quod enim nec bonum est, nec benè fieri potest; purum proculdubiò malum est: & ad nullius superioris imperium, est patrandum. Immo ab his non prohibere prælatum suos subditos cùm possit; in crimen ei reputatur homicidii, vt Sanct. Bern. ait ad Adam Monachum, epist. 7. Commune item eis est omnibus prælatorum imperiis teneri obedire; quò ad ea omnia, quæ sunt, aut esse possunt ad Regulam, seu Regularem promissam vitam opportuna, seu reducibilia ad illam. Quæ in duplici genere sunt: vt annotauit Dur. 2. sent. dist. vlt. q. 4. Quædam reducibilia per modum præsuppositionis, sicut præcepta iuris naturalis, & Diuini, & Ecclesiastici: quæ enim à Religiosis vouentur, præsupponunt hæc. Et ideò Religiosi non solùm puniri à suis superioribus possunt, de eorum, quæ vouerunt transgressionibus, sed etiam de transgressione dictorum præceptorum; putà si sint fures, adulteri, periuri ieiunia Ecclesiastica absque necessitate soluētes; & sic de aliis. Alia autem reducibilia sunt, per modum cuiusdam consequentiæ: sicut ea, quæ pertinent ad obsequium communitatis, seu fraternæ societatis: & quædam similia, sine quibus bonus status Religionis

Durand.

Reducibilia ad Regularem obseruantiam.

seruari non posset. In iis ergo omnibus, quæ in Regula habentur expresse, vel ad eam reducibilia sunt secundùm proprii vniuscuiúsque voti rationem; commune est omnibus Religiosis, teneri obedire. Non in fatuis, & vanis, vt talia sunt.

45 Commune etiam est omnibus; in his quę supra Regulam sunt non teneri obedire. Quia supra limites potestatis, talia prælatorum imperia sunt, vltra quos se extendere haud possunt. Quare, non ex necessitate obedientiæ est eis in his obediendum, sed de perfectione, & supererogatione. Vndè Sanct. Thom. 22. q. 104. art. 5. ad 3. triplicem dixit obedientiam esse: Vnam sufficientem ad salutem quę scilicet obedit in iis, ad quę obligatur: aliam perfectam, quę obedit in omnibus licitis: Aliam indiscretam, quę etiam obedit in illicitis. Proprium verò Minoritanæ obedientię, est, simpliciter & absolutè, in omnibus licitis, & honestis, superiorum imperiis teneri obedire, modò contra animam, & Regulam non sint. Adeò quòd si prælatus, vel constitutiones Capituli, pręcipiant omnibus, vel alicui, quòd ter in hebdomada disciplinemur, seu quòd aliud opus satis strictum, & maceratiuum carnis faciamus, quod in Regula non continetur: licèt alii Religiosi non teneãtur in iis obedire, nisi ex causa, vt dictum est, nos tamẽ

Obedientia triplex sufficiens, perfecta, discreta.

Statutum de disciplina facienda. Minores fratres simpliciter obedire tenemur. Sicut hodie in omnibus prouinciis nostræ Congregationis huiusmodi habetur statutum; quòd ter in hebdomada fratres se flagellis cædant. Licèt enim ad id sub culpa non obligemur: obligaremur tamen ex pręcepto prælati, si præciperet. Nam hanc prælatis Regula dedit potestatem, adeò vt eis obedire teneamur in omnibus, quæ non sunt animæ, & Regulæ contraria. Quicquid circa hoc dixerint Pisa. Serc. consc. & Specul. Qui verè (bona ipsorum venia) fuerunt decepti ex verbis S. Thom. Durandi, Maio. loquentium communiter de obedientia Religiosorum. In qua non includitur obedientia particularis, quam aliquis singulariter faceret alicui prælato, seu quàm aliqua Religio specialiter profitetur, vt nostra.

Fratres nō possunt obligari ad aliam Religionē. 44 Illud tamen puto verissimum quòd si prælatus etiam cum maiori parte generalis Capituli, aliam vellet fratribus Religionem imponere, non tenerentur fratres obedire. Quoniam Minoritanam Regulam vouerunt fratres, non aliam. Nec ad aliam, hac dimissa, compelli poterunt, quin contra Regulam, & eius institutoris mentem, fieret. Si enim, vt suprà diximus, prælati præcipiendi potestatem ab ipsa Regula habent, quis sanæ mentis diceret, quòd ad sui ipsius destructionem, aut diminutionem

potestatem contulerit? Quod Ang. de Clauasio annotauit tit. Reliosus, §.29. ex Host. in c. cum dilecti, quod metus causa, & sequitur Sylu. Relig. 6. q. 6. & Cordub. hic, q. 2.

An libertates Regulæ cadant sub præcepto prelatorum?

45 SEd dubitari posset, an libertates, seu concessiones Regulæ prælatorum imperiis valeāt impediri? adeò vt subditus necessariò obedire teneatur. V.g. An prælati valeant imperare suis subditis, quòd ieiunent quadragesimam Epiphaniç? licet Regula dicat cap. 3. [Qui voluntariè eam ieiunant, sint benedicti à Domino, & qui nolunt, non sint astricti?] Quòd ieiunēt die Lunæ, Mercurii, vel aliis diebus, præter eos, qui specificantur in Regula? cum in ea dicatur, ibidem. [Aliis autem temporibus, non teneantur, nisi sexta-feria ieiunare?] Quòd non repetient de saccis sua vestimenta? cum Regula dicat c. 2. [Fratres vilibus vestibus induantur, & possint ea repetiare de saccis. [Quòd non comedāt carnes, vel oua? cum in Regula dicatur cap. 3. [Et de omnibus cibis, qui apponūtur eis, liceat māducare.] Quòd Ministri non congregent fratres suos ad Capitulum, in eodem anno, in quo generale Capitulum fue-

Dubium.

Libertates Reg. quæ, & quot sint.

quòd etiam prælatis videtur interdicta potestas, contra eas imperandi. Primas quidem poterunt prælati, in parte, vel in toto ex causa rationabili prohibere ne fiant, aut mandare quòd fiant. Quia licèt liberum sit fratribus, ex Regula talibus vti libertatibus, vel non vti, exceptis vltimo loco positis, vt dicemus: modificatio tamen, quando, & quomodo talibus expediat concessionibus vti, vel non vti, regulariter pertinet ad prælatos. Et de hoc videri potest Hugo super capite tertio Reg. & Sanct. Bernardinus in tract. de obedientia per modum dialogi, art. 3. arg. 12. & Cordub. hîc, quæst. 2. Et ideò vbi imperium accesserit prælati, tenetur subditus obedire. Et huiusmodi sunt omnes quinque libertates per ordinem supra positæ. Vtputà si præcipiatur ieiunium Epiphaniæ vel aliud præter ieiunia Regularia, vel repetiare vestimenta de saccis, vel quòd commedantur carnes diebus licitis, vel congregare Capitulum prouinciale post generale celebratum, aut hæc præcipiatur omittere: in his enim prælatorum imperijs obediendum est: quanquam ex Regula, liberum sit fratribus, prędicta facere, vel omittere. Quia licèt (vt ait Hugo super capite 2.) prælatus absque iusta, & rationabili causa, concessiones Regulæ non debeat impedire: fratres tamen subditi eius mandatum rationabiliter factum, concessionibus præ-

S. Bern.

Quæ Regulæ libertatis possunt à prælatis imperari.

dictis preponere debent. Et hoc, propter bonum obedientiæ, ob pacem, & vniformitatem, quibus Regulæ concessiones præiudicare non debent, cùm sine ijs, Religio non consistat.

Dubium.

47 Et si insistes quòd cum hæ libertates Reg. sint; prælatorum imperijs, nec præcipi, nec prohiberi poterunt. quia tunc talia imperia supra Regulam essent; quibus (vt dictum est) nullus arctari potest. Dico, prædicta in hoc sensu. Regulæ libertates esse; scilicet quia nullo particulari Regulæ statuto præcipiuntur, vel prohibentur: sed liberum relinquitur fratribus facere, vel omittere ea. Non tamen hoc modo libertates sunt, vt liberos reddant fratres ab illo particulari Regulæ statuto, quo summa fit auctoritas prælatis in omnibus imperandi: modò contra animam, & Regulam non sint.

Libertates cur possunt præcipi.

Obiectio.

48 Et si dicas, quòd in Regula expressè dicitur, quòd fratres non sint astricti ad ieiunandum ieiunium Epiphaniæ Et insuper, quòd non teneantur ad alia ieiunia corporalia, præter illa, de quibus fit mentio in Regula: ergò quicunque hæc præceperit, super Regulam imperabit, & per consequens non necessariò eius est parendum imperio. Respondeo, quòd Regula non vult aliud dicere, nisi quòd ex particulari Regulæ statuto, ad hæc fratres non arctantur; at per hoc non

Solutio.

Ieiunium Epiphaniæ an possit præcipi?

vetat, quod prælatus, cui summã in hoc capitulo imperandi potestaté tribuit, possit ad hęc, (cùm sibi videbitur opportunum,) obligare eos. Nec ista duo contraria sunt, aliquem. s. non obligari nomine tenùs ex speciali statuto Regulæ ad ieiunandum in Epiphania vel die Lunæ, & Mercurij. & quòd prælatus in casu, & ex causa (cùm ei videbitur) ad hæc de facto obliget. Sicut contraria non sunt, quòd Regula non obliget delinquentem tali culpa ex speciali eius præcepto, ad talem vel talé pœnã. & quòd prçlatus possit hoc facere, & faciat. Ad regularem enim hęc vitam reducuntur: & nullo modo supra Regulam sunt, vbi ex causa rationabili, præcipiuntur. Aduertant tamen prælati, ne Epiphanię ieiunium, absque magna, & vrgenti causa fratribus præcipiant. Cùm Pater Sanctus liberum esse fratribus voluerit, illud ieiunare, vel omittere. Et contra mentem prædicti Sancti Patris esse videtur, & fortè non absque peccato illud præcipere absque vrgentis causa prædicta.

49 Verum tamen est, vt ex S. Bernardin. habetur, vbi supra nu. 46. quòd si prælatus etiam cum maiori parte Capituli generalis, prædictas libertates vellet arctare, ità vt huiusmodi arctationes ponerentur in Regula nomine tenùs, tanquam communia præcepta ab

Libertates Reg quando non possunt præcipi.

omnibus in Ordine regulariter obseruanda; non vtique posset, nec ei tenerentur fratres obedire. Quoniam hoc expressè esset supra Regulam, & contra Regulam ipsam. Nam absoluta esset regularium libertatum annullatio, & peremptio; ad quod prælatorum auctoritas non se extendit. Vndè dictus Pater Sanct. Franciscus,(vt in Chronicis Ordinis legitur,) prohibuit præceptum fratris Heliæ tunc Vicarii, Generalis, de non comedendo carnes in toto Ordine. At vbi prælatus ex causa rationabili in aliquo casu,aliquid contra prædictas præceperit libertates;obediendum est eius imperio:quia hoc ad regularem vitam reduci potest.

Ieiunium non potest præcipi in necessitate

50 In aliis verò tribus Regulæ libertatibus;non potest prælatorum mandatum subditos ad obediendum arctare. Vt est illa, quòd fratres ieiunare non teneantur tempore manifestæ necessitatis. In hoc enim interdicta videtur superioribus auctoritas contrarium præcipiendi, & obligandi fratres ad ieiunium. Quoniam vbi manifesta necessitas excusat; iniustum,& irrationabile omne prælatorum mandatum, contrarium præcipiens, conuinceretur. Illa item,quòd pro spirituali Regulæ obseruantia, possint subditi ad suos Ministros recurrere: non eo modo libertas est,vt liberum sit fratri ea vti, vel non vti, sed sub præcepto

ad id cogitur. Et in hoc sensu libertas est, vt à nullo superiori valeat impediri, vt infra patebit. Et ideò contra hanc libertatem, nullum erit prælatorum imperium, ad subditos arctandos. Idémque dicendum est, (licèt Sanct. Bernardinus in dicto art. tertio arg 12. videatur senti- re contrarium,) de transitu ad infideles pro prædicando Euangelio. Cùm enim Pater Sanctus ad tam arduum opus, Spiritum sanctum velit esse motorem; constat, quòd in prælatis ad hoc non residet coerciua potestas: vt in capite 12, patebit. Et de iis tribus libertatibus Regulæ debet intelligi illa Sanctorum Patrum auctoritas, in hoc capite (Si inhibetur, quod Regula concedit, & prohibetur id, quod præcipit, non debet subditus obedire.) Nott.

An omne prælatorum imperium, obliget ad mortale?

51 SEd fortè quæres, nũ omne prælatorum præceptum, obediendi subditis necessitatem inducat, adeò vt eorum transgressio sit mortalis? Ad id respondeo, quòd præceptum propriè sumi potest, quatenus condistinguitur à consilio, quod in beneplaciti libertate relinquitur. Et sic sumptum, teste Sanct. Ambr. lib. 10. capite 82.) inuitat voluntarios, a-

ſtringit inuitos, & imponit neceſſitatem obediendi: adeò vt peccatum incurratur, ſi non impletur. Iuxta illud, Quod præcipitur, imperatur; quod imperatur, neceſſe eſt fieri 14. quæſt. prim. capite Quod. Et in duplici eſt differentia: Nam quædam ſunt præcepta antonomaſticè, ità ſcilicèt ſtrictè præcepta, vt ſi homo ea tranſgrediatur, mortaliter peccet, & animam occidat. Vt habetur in Clementina, Exiui de paradiſo, de verb. ſign. in ſexto: cuiuſmodi ſunt, Non mœchaberis, non furtum facies, & id genus alia. Hæc enim, tanquam neceſſaria ad æternam vitam indicuntur, adeò quòd ſi contra prædicta peccatur, lethalis incurritur culpa, & anima vita gratiæ priuatur, & ſpiritualiter moritur: ſicut corpus corporaliter moreretur ſi venenum ſumeret. Alia ita præcipiuntur, quæ ſi non ſeruentur, non per hoc peccatur mortaliter, ſed tantùm venialiter: adeò vt anima vita gratiæ non priuetur, licèt ægra reddatur. Vt ſunt illa, Non dices verbum otioſum, iurationi non aſſueſcat os tuum, &c. quæ dicuntur præcepta largo modo: ſed propriùs, mandata, ſeu monitiones, ſunt appellandæ. Quandoquidem non præcipiuntur tanquam neceſſaria ad vitam æternam, ſed tantum vt ſpectantia ad integritatem vitæ, & ideò eorum tranſgreſſio mortalis non eſt. Ve-

Præceptum duplex eſt.

Trāſgreſſio venialis præceptorum.

rum est tamen, quòd licèt prædictis contraueniendo, non moriatur anima, nec vita gratiæ priuetur aliqualiter tamen læditur integritas vitæ, ob venialem culpam quæ incurritur. Sicut aliquis corporalis cibus nocens, licèt penitùs non interimat, obesse tamen potest integritati corporalis salutis, stomacho putà, vel capiti nocumentum inferendo. Vt latè de hoc prosequitur Gerson alph. 63. & in 5. & 6. lectione de vita spirituali, & etiam Caiet 22. quæst. 104. art. secundo. Et videri potest per Sanct. Thomam prima secundæ quæst. 99. art. 5. & q. 100. art. 9. & 22. q. 44. art. 1. *DD.*

52 Nec item illa, quæ verè præcepta sunt sic omnia strictè præcipiuntur, vt quomodocunque fiat contra ea, mortaliter peccetur, & Dei gratia amittatur. Licèt enim strictè præcipiantur, non tamen in quocunque gradu, & casu, sub mortali culpa imperantur: sed tantùm vbi tota præcepti latitudo transgreditur. Sunt enim quædam præcepta habentia quandam latitudinem, adeò quòd si transgressio totam eius latitudinē non exit, mortalis vtique non sit, sed tantùm venialis. Vt est furtum de re parua, parua læsio famæ proximi, desiderium paruæ rei alienæ. Licèt enim furari, lædere proximi famam, rem alienam concupiscere, sit contra Dei præcepta propriè sumpta: quia tamen transgressiones *Præcepta non semper inducunt mortale.*

prædictæ, respectu paruæ rei non totam præceptorum latitudinem exeunt; non nisi veniales erunt. Et idem est dicendum, vbi non præteritur præceptum ex deliberatione, & certa scientia, & consensu expresso, sed per ignorantiam inuincibilem, vel ex primo motu, absque pleno consensu. In hoc casu, (vt inquit Gerson Alphab. 32. de cognitione peccati,) non est aliquod ita strictum mandatum, quin aliquando transgredi possit, non peccando mortaliter pro eò, quòd consensus est id, quòd principaliter facit peccatum. Quare, non in quocunque gradu, nec in omni casu mortaliter peccatur, transgrediendo præcepta, sed in eo casu in quo strictè præcipiuntur, & tota precepti latitudo transgreditur, & fit ex certa scientia, & pleno consensu, & absque vlla causa, vel necessitate rationabiliter excusante. Nam vbi necessitas, & rationabilis excusat causa, non est vlla lex obligans. vt dixit Gabriel 4. d. 16. quæst. tertia. not. 6. Et hæc vera sunt, in quocunque præcepto, siue Diuinum sit, siue humanum Ecclesiæ. s. vel Regulæ, vel constitutionum, aut prælatorum. Quoniam, & leges humanæ iustæ, vim habent obligandi in foro conscientiæ à lege æterna, à qua deriuantur: iuxta illud Prou. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Vt in Sanct. Thom. 1. 2. quæst. 96

Ignorantia faciens culpā venialem.

Quæ excusant à culpa mortali.

articul. 4. videri poteſt, & Sanct. Bonau. 2. d. 35. circa literam, dicente, quòd qui non obedit prælato, peccat, ſicut qui non obedit Deo: & latiſſimè per Gabr. in 4. d. 16. q. 3. not. 6 & per Gerſo. fuſius in alphab. 63. de vita ſpirituali, vbi ſupra, & Cordub. q. 3.

53 Modus autem cognoſcendi, quando aliquid ſtrictè præcipitur; regulariter agnoſci poteſt aliquo horum quatuor modorum Ex materia, quę præcipitur: ex pœna, ſub qua pręcipitur: ex verbis, quibus aliquid præcipitur; & ex intentione præcipientis. Vbi enim materia, quæ præcipitur neceſſaria eſt ad ſalutem; conſtat, quòd huiuſmodi trangreſſio eſt mortalis. Vt eſt illa, Non occides, non mœchaberis, & cætera præcepta Diuina, & naturalia ad ſalutem animæ ſpectantia. Verùm in præceptis humanis, impoſſibile eſt, ex ſola materia agnoſcere, quænam præcepta obligent ad mortale. Nam quædam minima ſub mortali peccato præcipi videntur; vt patet de concidentibus cadauera, vt transferant ad alia loca; quod quidem ex ſe nullum eſt peccatum. vt in extrauag. Deteſtandæ, de ſepultur. Ideò in his recurrendum eſt ad pœnam, vel ad verba ſub quibus præcipiuntur.

Præceptũ quando obligat ad mortale.

54 Et ſi fortè pœna eſt maior excommunicatio, vel aliquid ſimile, quod cum vita animæ non conſiſtit; vtpura maledictio-

Excom. maior. eſt pro mortali.

nis æternæ, vel indignationis omnipotentis Dei, mortalis vtique huiusmodi erit transgressio. Vt patet de statu, regul. cap. Vnico. §. Et quoniam. lib. 6. & tenet Gabr. 4. d. 16. quæst. 3, num. 6. & Sylu. tit. præceptum, circa finem. Et hoc verum est in omni excommunicatione maiori, siue illa sit latæ sententiæ, siue comminatoria. Cum hoc tamen discrimine, quòd transgressor præcepti facti à prælato, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ; mortaliter eò ipsò peccat, quò præceptum transgreditur. Nam si secus esset, excommunicationem non incurreret; quia excommunicationis prædictæ pœna tantæ indignationis est, vt non nisi propter mortalem incurratur culpam; vt sacris canonibus probatur. 11. quæstione 3. capite. Nullus, & capite. Nemo Episcoporum. Transgressor autem præcepti sub comminata pœna, mortaliter non peccat, quousque ad hoc peruenerit, quòd verè dignus sit, vt actu excommunicetur, & non priùs; quia cùm præcedere debeat monitio, antequam huiusmodi excommunicetur; non peccabit mortaliter quousque monitorio resistat; quoniam non est adhuc dignus excommunicari. At si monitus perseuerat in transgressione, verè mortaliter peccat; quia dignum se facit, vt excõmunicetur: vt dixit Caiet. in sũm. verbo, præceptum, & 22. q. 186. ar. 9.

Pœna sine culpa. Si verò pœna apposita simul cum vita

animę consistit vt suspensio, interdictum, irregularitas, vel aliqua pœna aut, corporalis ad tempus, non oportet in transgressione horum mortale incurri peccatum, vt idem Caietan. dicit, vbi supra, quem Cordub sequitur hîc, contra Syluest. titul. præceptum, contrarium asserentem. Vult enim Syluest. quòd mortale incurratur peccatum, vbi suspensionis, depositionis, vel interdicti fuerit opposita pœna: quòd sine ratione videtur dictum, cùm irregularitatis, & interdicti pœna, absque culpa; & suspensio, cum veniali tantùm culpa incurri possit. vt per summist. in eisdem titulis, irregular, interd. & suspens. videri potest. At vbi pœna corporalis apposita sit magna, vtputà mortis, mutilationis membri, carceris perpetui, publicæ flagellationis, & huiusmodi; mortaliter tunc peccaret transgressor, tali se exponendo periculo contra propriam sui ipsius charitatem: & quia huiusmodi pœnæ poni non solent, nisi proco, quòd multum esset læsiuum iustitiæ.

mortali, quando imponitur

55 Si verò verbis spectandum sit, num quod præcipitur obliget ad mortale? quia fortè nec materia, quæ præcipitur est talis, quæ ad mortale obliget, nec pœna vlla apponitur, quæ mortalem culpam inducat. Dico, quòd cum hoc nomen præcepti, incertum sit, pro quonam accipiatur; an scilicet pro præcepto strictè

Verba in præceptis quamvim habeant.

sumpto, an pro præcepto largè sumpto (quod propriè vt dictum est, mandatum est appellandum) cùm vtrisque præceptis sit commune: Ideò non est facilè determinare, quænam voces præceptiuæ in iure communi, ad mortalem obligent culpam, quæ vt ad venialem. Illud attamen certum est, quòd cùm præcipitur aliquid in virtute sanctæ obedientiæ, obligatio est ad mortale ex vi verborum: quia horum verborum connexio ex communi Ecclesiæ vsu, solita semper est, præcepti strictè sumpti vim importare. Et idem est, si dicatur sub pœna maledictionis æternæ, vel indignationis omnipotentis Dei: vt patet in capite vnico §. fin. de statu Regular. libro sexto. Certum item est, quòd illa verba, vim præcepti, vbicúnque antonomaticè obtinent; quæ apud eos pro præceptis strictè sumptis, consueuerunt intelligi. Vt in regula nostra est illa vox, (Teneantur) vt habetur in Clem. de verborum significatione, cap. Exiui de paradiso: & omnia inhibitoria verba, quæ in primo capitulo numerauimus. Vt patet ex capite Exijt, qui seminat, de verbo. signif. in sexto. Et quæ non consueuerunt sic intelligi, huiusmodi præcepti vim non habent. Quia nominibus vtimur, iuxtà vsum. Rationabile item videtur, nedum in Regula nostra, in qua necessarium est, vt patet ex dicto capite exiui; sed etiam vbicúnque illa inuenitur vox (præcipio)

quòd ibi sit obligatio ad mortale: quia ex dicta Clemen. Exiui, huiusmodi supponitur vocem, talis stricti præcepti vbique habere vim, vt omnibus patere potest, & annotauit Caietan. 22. quæstione 186, articul. 9. & nostra Religio habet, vt nunquam prælatorum præcepta obligent ad mortale, nisi quando dicitur, præcipio, vel per sanctam obedientiam iniungo, vt annotauit Hugo hîc.

Nota.

16 Cætera autem simplicia prælatorum mandata scilicet, fac hoc, vel illud; solum præcepta sunt, largo modo sumpta, ad veniale tantùm peccatum obligantia. Nisi aliundè certè, indubitanter constet de intentione præcipientis; quòd scilicet intendat obligare ad mortale. Si enim scitur, quòd præcipientis intentio fuit obligandi ad mortale; mortalis erit transgressio: licet verba talia non sint, quæ præceptum videantur inducere. Nisi paruitas materiæ, vel insufficiens causa excuset, vt inferiùs dicimus. Idemque dicendum est si verba strictè præceptoria sint, & constet de intentione præcipientis, quòd non sit obligandi ad mortale; quia tunc transgressio non erit mortalis. Intentio enim præponderat verbis; & verba intentioni deseruire debent, non intentio verbis, vt l. non dubium C. de legibus. Quare, vbi de intentione constat præcipientis, sufficit ad ligandum ad mortale, si ex causa

Præcepta simplicia obligant ad veniale.

Intentio præcipientis quàm necessaria.

fit; quia ex intentione præcipientis pendet præcepti vis. vt per Gabriel. & Caiet. videri poteſt, in locis citatis ſupra num. 54. & per Syluest. & cæteros ſummiſt. tit. præcept. & tit. lex.

57 Dixi (ſi ex cauſa fit,) quoniam vt Adri. quolib. 6. art. 2. inquit, ſola prælati intentio non ſufficit ad obligandum ad mortale, quomodocúmque, & ſine cauſa fiat; ſed requiritur iuſta cauſa. Nam vt Sanct. August. ait in lib. de lib. arbitrio. lex eſſe non videtur, quæ iuſta non fuerit. Iuſta autem lex, ſeu prælati imperium comprobatur ex fine; ſcilicet ſi ad aliquod commune, vel particulare bonum ordinetur. Et ex actore, quando ſcilicet præceptum non excedit poteſtatem mandantis. Et ex forma præcepti, videlicet ſi ſecundùm ęqualitatem proportionis; imponuntur ſubditis onera in Ordine ad bonum commune. Vbi autem in præcipiendo nullum bonum intenditur; vel contra commiſſam poteſtatem fit præceptum; vel inæqualiter, & ſupra vires onera diſpenſentur: etiam ſi ad bonum communitatis ordinentur, iniuſtum præceptum conuincitur, & magis violentia, quàm lex obligans, eſt appellanda. Vnde, tales leges, ſeu prælatorum imperia, non obligant in foro conſcientiæ; niſi fortè propter vitandum ſcādalum, vel turbationem, propter quod homo etiam iuri ſuo debet cedere, ſecun-

dum illud Matth. 5. Qui te angariauerit mille passus, vade cum eo, alia duo. Et qui abstulerit tibi tunicam, dimitte ei, & pallium. Et hæc sententialiter habes ex Sanct. Thom. 12. quęstione 96. articul. quart. Dixi notanter (sine causa,) quia si aliqua adesset causa, licèt non omninò sufficiens ad tam strictè pręcipiendum; tunc licèt ipse pręlatus peccet abutens sua auctoritate; videtur tamen eius præceptum valere, & ligare saltem ad peccatum veniale: nam non obligare ad mortale, communiter tenent Doctores Quia ad obligandum ad pœnam æternam non habet causam; quamuis habeat ad obligandum ad pœnam temporalem, & ad peccatum veniale. Vt tenet Adria. vbi sup. & Garb. in 4. distinct. 16. quęstione 3. not. 6.

Causa pręcepti debet esse iusta.

DD.

58 Aduertat tamen subditus, quòd periculosum est ei, ad iudicandum se intromittere, an præcepti causa iusta sit, vel iniusta? Et nisi manifestè ei constaret, quòd esset iniusta, debet præsumi iusta; & tenetur sub mortali obedire secundùm prædictos Doctores, & Ger. Alph. 63. litera q.

Subditi obediant simpliciter

An liceat subdito præter verba legis, aut mandati, facere aliquando?

59 ET quoniã (vt ex dictis patet) præcipientis intentio magis spectãda est,

Lex bona sem-

per ordinatur ad bonum. quam verba: & verba ipsa ad intentionem præcipientis, sunt interpretanda. Hinc quæri potest, cuius sit prædicta verba interpretari? Ad quod dico, iuxtà sanctum Thom. 12 quæstione 96. articul. sexto, quòd omnis lex, siue superioris mandatum, ad aliquod commune, seu *S. Thom.* particulare bonum, ordinatur: si verò, ad hoc deficit, virtutem obligandi, non habet. Contingit autem multoties, quòd aliquid obseruari, vtile sit communi saluti, vt in pluribus, quòd tamen in aliquibus occurrentibus casibus, esset maximè nociuum. Vtputà, tenere clausas obsessæ ciuitatis portas, vtile quidem communi saluti est, ne liber hostibus daretur aditus. At si aliquando hostes, aliquos ciues insequerentur, per quos ciues ciuitas conseuartur; damnosissimum tunc esset ciuitati, si eis, portæ non aperirentur. Et quia condens legem, seu statutum, aut præceptum aliquod mandans, non potest ad omnes singulares casus intueri; proponit legem secundùm ea, quæ vt in pluribus accidunt, suam ferens intentionem, ad communem vtilitatem, Vnde si occurrat casus, in quo talis legis obseruatio, sit dãnosa communi saluti, non est obseruãda, sed *Ambiguitas præcepti quomodo tollatur* sequenda est legislatoris intẽtio. Illud tamen aduertẽdum est, quòd si casus occurrens sit ambiguus, adeò vt in sua ambiguitate remaneat, num in tali casu, verba

ſint obſeruanda legis,an intentio ? Tunc ſi eſt ambiguus ſuſtinens moram, vt non ſubitum habeat periculum,cui ſtatim occurri oporteat; non pertinet ad quemlibet, legem interpraetari ſed conſulendus eſt ſuperior, qui propter huiuſmodi caſus, habet auctoritatem interpretandi legem. Si verò ambiguus eſt, non patiens moram, vt poſſit ad ſuperiorem recurri, & tamen in prædicta remanet ambiguitate; verba legis ſunt obſeruanda.

60 Si autem occurrens caſus ſit ita ambiguus, quòd rationabile videtur, quòd ſi legiſlator adeſſet, hanc partem in hoc caſu determinaret eſſe ſeruandam, ſcilicet verba legis eſſe omittenda, & ſeruandam intentionem; tunc ſi caſus ſubitum habet periculum, vt moram non præſtet recurrendi ad ſuperiorem, verba ſunt dimittenda, & ſeruanda legis intentio: quia ipſa neceſſitas interpretatur legem. Vbi autem occurrens caſus, non eſſet dubius, ſed manifeſtus, ſiue patiens, ſiue impatiens moræ ſit:ſine ſuperioris conſultatione, intentio eſt ſeruanda legis,prætermiſſis verbis:quia in manifeſtis non eſt opus interpretatione, ſed executione, & neceſſitas non ſubditur legi. Et hæc ex vtroque Thoma.1.2.quæſt.96.art. 6.& Gabr. in 4. diſtinct.16.quæſt. 3. not. 6. & Adrian. 6, quolib. art. 2. lit. 1. deſumpta ſunt.

Intentio legis, non verba quādo ſeruantur.

DD.

Transgressio iuris positiui quã inducat culpam.

61 Hinc vniuersalis fiat Regula; quòd in iis si quæ sunt positiui iuris, si absque contemptu ad refutationem finis, quis ex ignorantia excusante, de qua in secundo præludio tetigimus, aut ex apparenti sibi excusante necessitate, aliquod præceptum transgreditur; non peccabit mortaliter. Quia dum animum habet quòd nunquam contra tale præceptum committeret, si sciret se mortaliter peccare: sed potiùs credit ob existentem illam necessitatem se excusari à mortali, quamuis in veritate causa absque dispensatione minimè sufficiens sit, à mo tali tamen excusatur. Quoniam bono animo id facit, putans quòd adsit aliqua causa rationabilis, ad tollendum præceptum.

Intentio piæ Ecclesiæ, & prælatorum.

Nec est intentio piæ matris Ecclesiæ, vel Regulæ conditoris, aut cuiúsque superioris præcipientis, hasce bonas animas tam hostili vinculo illaqueare: sicut illorum; qui sine vlla causa, & sine prædictis conditionibus eorum transgrediuntur imperia. Et propterea talis non incurret excõmunicationem (apud Deum,) si excommunicatio tali esset præcepto adiuncta, licèt in foro Ecclesiæ esset absoluendus, vt annotauit Caiet. in summa. Verbo præceptum. & habetur ex

DD.

Palu. 4. distinct. 15. quæst. 4. num. 6. Adrian. 6. quolib. articul. 2. Gabriel 4. dist. 16. quæst. 3. not. 6. Vnde, exempli gratia, si quis præceptorium ieiu-

nium solueret, ex aliqua causa quam ipse rationabilem & sufficientem, ad frangendum ieiunium æstimaret, licèt verè non esset ex toto sufficiens; & si ex simili causa quis frater Minor portaret calceamenta, aut plures tunicas quàm Regula concedat, aut æquitaret, &c non nisi venialis esset transgressio cùm putet sufficientem esse causam ad tollendum præceptum.

62 Et ex his habes, haud esse verum, quod Angelus, tit. inobedientia, asserit; trāsgressionem præcepti positiui non esse se mortalem, nisi ex contemptu. Ex quacunque enim causa ceu ira, vel libidine siue negligentia, aut passione aliqua scienter fiat extra latitudinem præceptorum strictè sumptorum, mortalis erit transgressio, licèt non fiat ex contemptu. Vt ex vtróque Thoma. 22. q. 104. art. 2. patet. & Gabr. vbi supra. Sola enim voluntaria transgressio præcepti obligantis ad mortale inducit peccatum mortale, nisi fieret ex surreptione, inaduertentia, aut ignorantia excusante, vt aliàs dictum est. Et solus contemptus, siue præcepti strictè sumpti sit, siue simplicis mandati; obligat ad mortale. Et ideò in constitutionibus fratrum Prædicatorum sub disiunctione dicitur (nisi propter præceptum, vel contemptum;) tanquam præcepti strictè sumpti transgressio, distinguatur contra transgressionem ex contemptu.

Transgressio præceptorum, quando mortalis.

Alioquin ſequeretur, quòd qui ex cupiditate, aut voluptate abſque contemptu contraheret in gradu prohibito ab Eccleſia; non peccaret mortaliter. & huius generis alia; quod nullus rationabiliter diceret. Et luculenter hæc videri potetunt per Syluest. tit. Inobedient. & per Doctores ab eo adductos. Nam ſi eſſet vera opinio Angel. ſeu veriùs cardin. nulla eſſet differentia inter præcepta Eccleſiæ, & eius conſilia in obligando. Nam etiam conſilia obligant ad non contemnendum. vt docent Sanct. Bonau. in 2. diſt. vlt. Scot in 4. diſt. 3. quæſt. 4. Gabr. vbi ſupra. Et dicitur num. 63. Nec obſtat illud S. Bernardi dictum, quod pro ſe Angel. adducit lib. 11. de diſpenſatione, & præcepto. [Non qualiſcunque mandati præteritio, criminalem inobedientiam facit, ſed repugnare, & nolle obedire. Et lib. 8. Si iubente ſeniore mihi ſilentium, verbum elabitur, reum me eſſe fateor, ſed venialiter: Si verò ex contemptu ſciens, & deliberans ſpõte in verba prorumpo, præuaricatorem me conſtituo & criminaliter,] hæc ille. S. enim Bernardus de ſolis præceptis largè ſumptis loquitur; vt ex eius exemplis, patet, & ideò ea vocat mandata; quorũ tranſgreſſio niſi ex contemptu fiat, ſolùm venialis eſt, vt dictum eſt.

63 Et ſic, vbi ex contemptu aliquid fit, ſeu fieri omittitur, loquendo de contem-

ptu propriè dicto; mortalis erit transgressio. Cuiusmodi est, quando subditus superioris mandatum transgreditur, non ex ira, aut voluptate, sed quia ex intentione non vult obedire præcepto, & subijci superiori. Qui enim non obtemperat superioris præcepto, ea intentione, vt non obediat: verè contemnit superioris mandatum, seu mandantem ipsum. Et ideò ad transgressionem procedit, quia contra superioris mandatum, seu voluntatem qualitercunque insinuatam, vel creditam facere vult; & renuit ei subiici. Itaque, idem est contemptus præcepti, & nolle ex intentione subiici & obedire præcepto. vt adnotauit Caiet. in summ. tit. Inobedient. & Syluest. & cæteri summist. titul. contempt. Et dixit Gerso. in moral. Alph. 24. l. Et hic verè proprius est inobedientiæ actus: sicut proprius obedientiæ actus est, facere, vel omittere aliquid ad adimplendam sibi agnitam superioris voluntatem. Vt ex vtroque Thoma 22. quæst. 104. art. 2. & quæstione 186. articul. 9. ad tertium habetur, & Adrian. Sexto quolib. articul. secundo, & Summist. titul. contemptus.

Contemptus mortalis qualis sit.

Qui sic trãsgreditur, siue id, quòd præcipitur sit præceptum strictè sumptum, siue præceptum largè sumptum seu mandatum siue consilium tantùm sit, aut

Christi aut prælatorum; mortaliter transgreditur, secundùm prædictos, & communiter Doctores. Quia licèt subditus non teneatur ad seruanda prædicta omnia sub mortali, sed tantum ea, quæ strictè præcipiuntur: Præcepta autem largè sumpta, sub veniali tantùm, & consilia sub nulla culpa: Quandoquidem consilia non vt necessaria ad vitam æternam proponuntur, sicut præcepta strictè sumpta; nec vt ad integritatem vitæ spectantia, vt præcepta largè sumpta, sed tantùm vt conferentia ad vitam æternam: Vnde Sanct. Hieronym. lib 1. contra Iouinian. ad Eustochium de Custodia virginitatis, inquit [Consilium qui libenter audierit, & fecerit maiorem habet gloriam: At præceptum, qui non impleuerit, nisi pœnitentia subuenerit, pœnam euadere non poterit.] Attamen, mortalem incurrit culpam; qui ex contemptu transgrederetur Quia contra dilectionem Dei est, eius nolle præceptis, vel mandatis, vel consiliis, subiici, vt consilia sunt. Et contra dilectionem proximi est, si oportet illi subiici, nolle ei hoc debitum exhibere, quod est subiici illi. Vt ex dictis Doctoribus latiùs videri potest. Et Gerson. 2 part.. Alphab. vigesimo quarto, Gabr. vbi suprà, & Caietan in summa, verbo contemptus.

Vnde verbum otiosum dicere, aut io-

cosum mendacium, & huiusmodi ex cõtemptu, mortale est peccatum. *Nota.*

64 Mortalis item est culpa, nolle Religionem ingredi ex contemptu consilii Christi: quia & si ad tale adimplendum consilium, sub nulla culpa quis astringitur, tenetur tamen de necessitate salutis, Christi velle subiici consiliis, vt consiliis, quare, horum contemptus mortalis est. Inquit enim Gerson de vita Spirituali 3 p alph. 60. lectio, V. legem consiliorum diuinorum nihil pendere velut inutilem; & tanquam obseruatores eorum non in se perfectiores fiant, improbare: damnationem non euadit. Quod item in Moral. asserit. 2. par. alphab. 24. C. *Contemptus Consiliorum est mortalis.*

65 Ex quo habes, quòd præter communia Christianorum vincula, & tria insuper Religionis essentialia vota, & cætera pręcepta, quæ in Regula expressa sunt, & à pręlatis ore tenus strictè fiunt, ad quę sub culpa arctaris mortali, nisi aliqua supradictarum excuset causa, mortaliter etiam peccabis, si ex contemptu transgredieris quodcunque Regulæ mandatum, monita vel consilia. Quia dum hæc regularia contemnis, Deum in ipsa Regula contemnis, qui eam per suos Ministros tradidit, & ordinis superiorem, cui promissio facta est de subiectione ad illam. Quare, si ex contemptu renueris illud Regulæ adimplere *Nota.*

Cap. 6. consilium, seu exhortationem [fratres quando vadunt per mundum, non litigent, neque contendant verbis neque iudicent alios, sed sint mites pacifici, modesti, mansueti, & humiles.]
Cap. 5. Vel illud. [fratres, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideli-
Cap. 6. ter, & deuotè.] Vel illud [Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis; cui totaliter inhærentes, nihil pro nomine Domini nostri, sub cælo habere velitis.]
Cap. 6. Vel illud] Vbicunque sunt, & se inuenerint fratres, ostendant se domesticos inter se, & securè manifestet vnus alteri necessitatem suam.] Vel illud. [In prę-
Cap. 9. dicatione, sint examinata, & casta eorum eloquia, ad ædificationem populi] Vel illud [Attendant fratres,
Cap. 9. quòd super omnia, desiderare debent habere Spiritum Domini, & sanctam eius operationem, orare semper ad Deum puro corde.] Vel aliquid aliud consiliorum, seu monitorum quæ in Regula ponuntur, mortaliter vtique peccabis. Quia renuere subiici Regulæ consiliis, seu monitis, vt talibus, directè est contrariari professioni suæ, quam quis de obseruanda hac Regulari vita prout in ipsa Regula præscribitur, Deo vouit.

66 Et licèt multa prædictorum ad opera supererogationis spectent, & Religiosus non teneatur esse perfectus, & ideò

ex necessitate non obligetur ad illa: Attamen (vt supra in primo capite dictum est) ex necessitate salutis, tenetur tendere ad perfectionem, secundùm illa media, quæ in sua Regula ponuntur, & eo modo quo ibi exprimuutur; Ideo prædicta contemnens, professioni suæ, tendendi scilicet ad perfectionem, aduersatur. Contrarius enim est debito tendendi ad perfectionem, perfectionis contemptus: ac per hoc mortalis huiusmodi contemptus conuincitur: Siue sit quia renuit Regularibus consiliis, seu monitis, vt talibus subiici, siue quia pefectionem contemnat, vt ex vtroque Thoma habetur 2.2. quæst. 186. dicto artic. nono. Idémque dicendum est de consiliis prælatorum, modò ipsa consilia rationabilia sint. Qui enim notabiliter vilipendit illa, seu prælatorum auctoritatem consulentium illa, mortaliter (secundùm omnes) peccabit: quia in hoc notabiliter damnificatur proximus in æstimatione, vel auctoritate, vel subiectione ei debita.

Quotuplex sit contemptus.

67 NOta hîc secundùm Caiet, in summula, verbo, contemptus quòd huiusmodi contemptus dupliciter consi- *Contemptus duplex sit.*

per ordinatur ad bonum. quam verba: & verba ipsa ad intentionem præcipientis, sunt interpretanda. Hinc quæri potest, cuius sit prædicta verba interpretari? Ad quod dico, iuxtà sanctum Thom. 12. quæstione 96. articul. sexto, quòd omnis lex, siue superioris mandatum, ad aliquod commune, seu *S. Thom.* particulare bonum, ordinatur: si verò, ad hoc deficit, virtutem obligandi, non habet. Contingit autem multoties, quòd aliquid obseruari, vtile sit communi saluti, vt in pluribus, quòd tamen in aliquibus occurrentibus casibus, esset maximè nociuum. Vtputà, tenere clausas obsessæ ciuitatis portas, vtile quidem communi saluti est, ne liber hostibus daretur aditus. At si aliquando hostes, aliquos ciues insequerentur, per quos ciues ciuitas conseuartur; damnosissimum tunc esset ciuitati, si eis, portæ non aperirentur. Et quia condens legem, seu statutum, aut præceptum aliquod mandans, non potest ad omnes singulares casus intueri; proponit legem secundùm ea, quæ vt in pluribus accidunt, suam ferens intentionem, ad communem vtilitatem, Vnde si occurrat casus, in quo talis legis obseruatio, sit dãnosa communi saluti, non est obseruãda, sed sequenda est legislatoris intẽtio. Illud tamen aduertẽdum est, quòd si casus occurrens sit ambiguus, adeò vt in sua ambiguitate remaneat, num in tali casu, verba

Ambiguitas præcepti quomodo tollatur

ſint obſeruanda legis, an intentio? Tunc ſi eſt ambiguus ſuſtinens moram, vt non ſubitum habeat periculum, cui ſtatim occurri oporteat; non pertinet ad quemlibet, legem interpraetari ſed conſulendus eſt ſuperior, qui propter huiuſmodi caſus, habet auctoritatem interpretandi legem. Si verò ambiguus eſt, non patiens moram, vt poſſit ad ſuperiorem recurri, & tamen in prædicta remanet ambiguitate; verba legis ſunt obſeruanda.

60 Si autem occurrens caſus ſit ita ambiguus, quòd rationabile videtur, quòd ſi legiſlator adeſſet, hanc partem in hoc caſu determinaret eſſe ſeruandam, ſcilicet verba legis eſſe omittenda, & ſeruandam intentionem; tunc ſi caſus ſubitum habet periculum, vt moram non præſtet recurrendi ad ſuperiorem, verba ſunt dimittenda, & ſeruanda legis intentio: quia ipſa neceſſitas interpretatur legem. Vbi autem occurrens caſus, non eſſet dubius, ſed manifeſtus, ſiue patiens, ſiue impatiens moræ ſit: ſine ſuperioris conſultatione, intentio eſt ſeruanda legis, prætermiſſis verbis: quia in manifeſtis non eſt opus interpretatione, ſed executione, & neceſſitas non ſubditur legi. Et hæc ex vtroque Thoma.1.2.quæſt.96.art. 6.& Gabr. in 4. diſtinct.16.quæſt. 3. not. 6. & Adrian. 6, quolib. art. 2. lit. 1. deſumpta ſunt.

Intentio legis, non verba quãdo ſeruantur.

DD.

nium solueret, ex aliqua causa quam ipse rationabilem & sufficientem, ad frangendum ieiunium æstimaret, licèt verè non esset ex toto sufficiens; & si ex simili causa quis frater Minor portaret calceamenta, aut plures tunicas quàm Regula concedat, aut æquitaret, &c non nisi venialis esset transgressio cùm putet sufficientem esse causam ad tollendum præceptum.

62 Et ex his habes, haud esse verum, quod Angelus, tit. inobedientia, asserit; trāsgressionem præcepti positiui non esse se mortalem, nisi ex contemptu. Ex quacunque enim causa ceu ira, vel libidine siue negligentia, aut passione aliqua scienter fiat extra latitudinem præceptorum strictè sumptorum; mortalis erit transgressio, licèt non fiat ex contemptu. Vt ex vtróque Thoma. 22.q.104. art. 2. patet. & Gabr. vbi supra. Sola enim voluntaria transgressio præcepti obligantis ad mortale inducit peccatum mortale, nisi fieret ex surreptione, inaduertentia, aut ignorantia excusante, vt aliàs dictum est. Et solus contemptus, siue præcepti strictè sumpti sit, siue simplicis mandati; obligat ad mortale. Et ideò in constitutionibus fratrum Prædicatorum sub disiunctione dicitur (nisi propter præceptum, vel contemptum;) tanquam præcepti strictè sumpti transgressio, distinguatur contra transgressionem ex contemptu.

Transgressio præceptorum, quando mortalis.

Alioquin ſequeretur, quòd qui ex cupiditate, aut voluptate abſque contemptu contraheret in gradu prohibito ab Eccleſia; non peccaret mortaliter, & huius generis alia; quod nullus rationabiliter diceret. Et luculenter hæc videri potерunt per Syluest. tit. Inobedient. & per Doctores ab eo adductos. Nam ſi eſſet vera opinio Angel. ſeu veriùs cardin. nulla eſſet differentia inter præcepta Eccleſiæ, & eius conſilia in obligando. Nam etiam conſilia obligant ad non contemnendum. vt docent Sanct. Bonau. in 2. diſt. vlt. Scot in 4. diſt. 3. quæſt. 4. Gabr. vbi ſupra. Et dicitur num. 63. Nec obſtat illud S. Bernardi dictum, quod pro ſe Angel. adducit lib. 11. de diſpenſatione, & præcepto. [Non qualiſcunque mandati præteritio, criminalem inobedientiam facit, ſed repugnare, & nolle obedire. Et lib. 8. Si iubente ſeniore mihi ſilentium, verbum elabitur, reum me eſſe fateor, ſed venialiter: Si verò ex contemptu ſciens, & deliberans ſpõte in verba prorumpo, præuaricatorem me conſtituo & criminaliter,] hæc ille. S. enim Bernardus de ſolis præceptis largè ſumptis loquitur; vt ex eius exemplis patet, & ideò ea vocat mandata; quorũ tranſgreſſio niſi ex contemptu fiat, ſolùm venialis eſt, vt dictum eſt.

63 Et ſic, vbi ex contemptu aliquid fit, ſeu fieri omittitur, loquendo de contem-

ptu propriè dicto; mortalis erit transgressio. Cuiusmodi est, quando subditus superioris mandatum transgreditur, non ex ira, aut voluptate, sed quia ex intentione non vult obedire præcepto, & subijci superiori. Qui enim non obtemperat superioris præcepto, ea intentione, vt non obediat: verè contemnit superioris mandatum, seu mandantem ipsum. Et ideò ad transgressionem procedit, quia contra superioris mandatum, seu voluntatem qualitercunque insinuatam, vel creditam facere vult, & renuit ei subiici. Itaque, idem est contemptus præcepti, & nolle ex intentione subiici & obedire præcepto. vt adnotauit Caiet. in summ. tit. Inobedient. & Syluest. & cæteri summist. titul. contempt. Et dixit Gerso. in moral. Alph. 24. l. Et hic verè proprius est inobedientiæ actus: sicut proprius obedientiæ actus est, facere, vel omittere aliquid ad adimplendam sibi agnitam superioris voluntatem. Vt ex vtroque Thoma 22 quæst. 104. art. 2. & quæstione 186. articul. 9. ad tertium habetur, & Adrian. Sexto quolib. articul. secundo, & Summist. titul. contemptus.

Contemptus mortalis qualis sit.

Qui sic trãsgreditur, siue id, quòd præcipitur sit præceptum strictè sumptum, siue præceptum largè sumptum seu mandatum siue consilium tantùm sit, aut

Christi aut prælatorum; mortaliter transgreditur, secundùm prædictos, & communiter Doctores. Quia licèt subditus non teneatur ad seruanda prædicta omnia sub mortali, sed tantum ea, quæ strictè præcipiuntur: Præcepta autem largè sumpta, sub veniali tantùm, & consilia sub nulla culpa: Quandoquidem consilia non vt necessaria ad vitam æternam proponuntur, sicut præcepta strictè sumpta; nec vt ad integritatem vitæ spectantia, vt præcepta largè sumpta, sed tantùm vt conferentia ad vitam æternam: Vnde Sanct. Hieronym. lib 1. contra Iouinian. ad Eustochium de Custodia virginitatis, inquit. [Consilium qui libenter audierit, & fecerit maiorem habet gloriam: At præceptum, qui non impleuerit, nisi pœnitentia subuenerit, pœnam euadere non poterit.] Attamen, mortalem incurrit culpam; qui ex contemptu transgrederetur Quia contra dilectionem Dei est, eius nolle præceptis, vel mandatis, vel consiliis, subiici, vt consilia sunt. Et contra dilectionem proximi est, si oportet illi subiici, nolle ei hoc debitum exhibere, quod est subiici illi. Vt ex dictis Doctoribus latiùs videri potest. Et Gerson. 2 part.. Alphab. vigesimo quarto, Gabr. vbi supra, & Caietan in summa, verbo contemptus.

Vnde verbum otiosum dicere, aut io-

cosum mendacium, & huiusmodi ex cõtemptu, mortale est peccatum *Nota.*

64 Mortalis item est culpa, nolle Religionem ingredi ex contemptu consilii Christi: quia & si ad tale adimplendum consilium, sub nulla culpa quis astringitur, tenetur tamen de necessitate salutis, Christi velle subiici consiliis, vt consiliis, quare, horum contemptus mortalis est. Inquit enim Gerson de vita Spirituali 3 p alph. 60. lectio, V. legem consiliorum diuinorum nihil pendere velut inutilem; & tanquam obseruatores eorum non in se perfectiores fiant, improbare: damnationem non euadit. Quod item in Moral. asserit. 2. par. alphab. 24. C. *Contemptus Consiliorum est mortalis.*

65 Ex quo habes, quòd præter communia Christianorum vincula, & tria insuper Religionis essentialia vota, & cætera pręcepta, quæ in Regula expressa sunt, & à prę latis ore tenus strictè fiunt, ad quę sub culpa arctaris mortali, nisi aliqua supradictarum excuset causa, mortaliter etiam peccabis, si ex contemptu transgredieris quodcunque Regulæ mandatum, monita vel consilia. Quia dum hæc regularia contemnis, Deum in ipsa Regula contemnis, qui eam per suos Ministros tradidit, & ordinis superiorem, cui promissio facta est de subiectione ad illam. Quare, si ex contemptu renueris illud Regulæ adimplere *Nota.*

Cap. 6. consilium, seu exhortationem [fratres quando vadunt per mundum, non litigent, neque contendant verbis neque iudicent alios, sed sint mites pacifici, modesti, mansueti, & humiles.]
Cap. 5. Vel illud. [fratres, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideli-
Cap. 6. ter, & deuotè.] Vel illud [Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, cui totaliter inhærentes, nihil pro nomine Domini nostri, sub cælo habere velitis.]
Cap. 6. Vel illud] Vbicunque sunt, & se inuenerint fratres, ostendant se domesticos inter se, & securè manifestet vnus alteri necessitatem suam.] Vel illud. [In præ-
Cap. 9. dicatione, sint examinata, & casta eorum eloquia, ad ædificationem populi] Vel illud [Attendant fratres,
Cap. 9. quòd super omnia, desiderare debent habere Spiritum Domini, & sanctam eius operationem, orare semper ad Deum puro corde.] Vel aliquid aliud consiliorum, seu monitorum quæ in Regula ponuntur, mortaliter vtique peccabis. Quia tenuere subiici Regulæ consiliis seu monitis, vt talibus, directè est contrarium professioni suæ, quam quis de obseruanda hac Regulari vita prout in ipsa Regula præscribitur, Deo vouit.

66 Et licèt multa prædictorum ad opera supererogationis spectent, & Religiosus non teneatur esse perfectus, & ideò

cx

ex necessitate non obligetur ad illa: Attamen (vt supra in primo capite dictum est] ex necessitate salutis, tenetur tendere ad perfectionem, secundùm illa media, quæ in sua Regula ponuntur, & eo modo quo ibi exprimuutur; Ideo prædicta contemnens, professioni suæ, tendendi scilicet ad perfectionem, aduersatur. Contrarius enim est debito tendendi ad perfectionem, perfectionis contemptus: ac per hoc mortalis huiusmodi contemptus conuincitur: Siue sit quia renuit Regularibus consiliis, seu monitis, vt talibus subiici, siue quia pefectionem contemnat, vt ex vtroque Thoma habetur 2.2. quæst. 186. dicto artic. nono. Idémque dicendum est de consiliis prælatorum, modò ipsa consilia rationabilia sint. Qui enim notabiliter vilipendit illa, seu prælatorum auctoritatem consulentium illa, mortaliter (secundùm omnes) peccabit: quia in hoc notabiliter damnificatur proximus in æstimatione, vel auctoritate, vel subiectione ei debita.

Quotuplex sit contemptus.

67 NOta hîc secundùm Caiet. in summula, verbo, contemptus quòd huiusmodi contemptus dupliciter consi- *Contemptus duplex sit.*

pliciter, & secundum quid.

derari potest, simpliciter. s. & secundùm quid. Simpliciter quidem, quando subditus renuit superiorum imperiis. vel monitis velle subiici, vt dictum est, secundùm quid verò, quando solùm contemnit in aliquo minimo, cum hac consideratione & intuitu, quia minimum est. Qui hoc modo contemnit, quia non absolutè contemnit, sed cum hac additione, quia minimum est, quod mandatur, aut consulitur, non nisi venialiter peccabit. Quia, hîc non transgreditur prælati imperium, vt faciat contra mandatum absolutè, sed cum additione distrahente, putà, quia minimum est, quòd iubetur. Et illa minimi consideratio, minuit rationem mandati seu consilii, ac per hoc minuit rationem contemptus. vt non nisi venialis sit. Qui enim simpliciter, & absolutè contemnit, haud quidem superiorum imperium modificat, hac consideratione, quia minimum est, quod mandaretur sed simpliciter renuit, seu aspernatur mandatum, seu velle superioris subiici voluntati, & ideò mortaliter peccat. Quoniam eiusmodi actus, est prælato iniuriosus, lædens quantum in se est, notabiliter proximum. Qui verò paratus est superioris voluntati obedire, & contemnit facere hoc, quod prælatus mandauit, ea ratione quia minimum est, putans in minimo nolle eum superiorem

Minima contemnere, quod peccatum.

ſtrictè arctare: non ruit in perfectum contemptum, quia non facit contra mandatum. vt faciat contra mandatum abſolutè, ſed cum hac additione in minimo, ideo venialiter tantùm peccabit. Quoniam affectus eius detinetur illo minimo, tanquam non verè contemnat. Sicut in furto alicuius rei minimæ, ſuſtentatur affectus illo minimi intuitu ac non furetur. Et ex hoc patet, quod peccatum aliquod veniale, purà verbum otioſum, mendacium officioſum & id genus alia, committere ex contemptu, infrà limites tamen venialis permanendo, hoc eſt, quod non ſimpliciter renuat velle ſubiici Dei imperio ſub veniali culpa prohibentis, ſed cum hac conſideratione quia veniale eſt, & venia dignum, non niſi venialis erit contemptus.

68 Idémque dicendum eſt, (vt ex Gerſ. habetur alphab. 34. lit. m.) Vbi contemptus non ex deliberatione, ſed ex ſubreptione fuerit, hic enim non niſi venialis erit. Vnde ſi ſubdito perturbato, & occupato in diuerſis, præcipiat prælatus aliquid agendum, & ſubditus ex ſubreptione reſpondeat, nolle illud facere vel nolle ei obedire: & tamen poſtmodùm ad ſe rediens, compungitur dolens, & ſic adimplet mandatum quod antea renuerat: non niſi venialiter peccabit, modò ex vera ſubreptione id faciat. Nam ſi deliberatione, & ex

Contemptus Subreptitius an ſit culpabilis.

animo contempſerit; mortalis erit tranſgreſſio. Sed hoc verum eſt ſecundùm Gerſo. 2. par. alphab. 34. lit. m. ſi huiuſmodi reſponſio ex ſubreptitio contemptu, vna, duabus, vel tribus vicibus fiat: nam ſi ex conſuetudine habet, ſic reſpondere, mortaliter peccabit. Licèt enim nullum veniale peccatum, etiam centies, & millies repetitum, mortale aliquandò fiat: hoc tamen verum eſt, dum intra limites venialis exiſtit. Sed ſi circunſtantiam aliquam induat, ob quam mortale reddatur, non ampliùs veniale, ſed mortale erit: vt eſt in propoſito. Licèt enim ſubreptitia ex contemptu reſponſio, etiam ſi millies fuerit interpollatis temporibus repetita, non niſi venialis ſit, quia ſemper eſt ex ſubreptione: ſi tamen in conſuetudinem ducatur, conditionem videtur induere, quæ ad mortale ducit, quæ eſt, vel deliberatus conſenſus renuendi ſuperioris mandatum: vel ſaltem voluntas ſe exponendi manifeſto periculo, ſuperioris contemnendi mandatum ex profeſſo, dum in conſuetudine ſic reſpondendi, perſeuerat. Et ſicut qui ſcienter ſe inebriandi periculo exponit mortaliter peccabit; ſic, qui ſe periculo conſtituit ſuperioris mandatum pleno conſenſu contemnendi, mortaliter peccabit. Et hoc eſt, dum malæ conſuetudini, quam aduertit, non reſiſtit.

Veniale quomodo fiat mortale.

69 Hîc tamen aduerte, ne pro contemptu accipias ipsam peccandi frequentiam; sicut Ioan. Andreas, & Hostiensis, & alij plerique iurisperiti opinati sunt. Dixerunt enim hi: quòd qui passim, & frequenter transgreditur, contemnere videtur. Vnde inquiunt, quòd communio cum excommunicato frequens, erit mortalis. Quare (secundùm eos) frequentia peccandi, contemptus est, vel saltem contemptui comparatur. Idque comprobant illa Sanct. Aug. sententia, 25. dist. c. Vnum. §. multi. Ebrietas, si assidua fuerit, inter mortalia deputatur. Et illa, nullum peccatum adeò veniale est, quod non fiat criminale dum placet. Hom. 23. Et habetur in d. cap. Vnum. §. Quod autem. Hæc autem opinio, quòd sola frequentia contemptus sit mortalis, vel quòd mortale facit, quod de se veniale est, longè à veritate distat, nec cæteris placet. Minuta enim peccata sine quibus hæc vita non ducitur; plurimum ex consuetudine fiunt. Vt est iocosè, aut officiosè mentiri; verba dicere otiosa, plus sumere in potu, & cibo, quàm necesse sit, pauperes importunè petentes exasperare, & id genus alia. Et tamen constat, solùm venialia manere, quantumlibet in consuetudinem deducta fuerint. Vnde cum Sancto Thoma 2.2. quæst. 186. in dicto art 9. ad tertium. & Adrian. sexto, quolib.

Frequentia peccandi non est contemptus.

S. Aug.

art. 2. lit. D. & cæteris ferè omnibus Theologis, tenendum eſt, non peccari ex contemptu, etiam ſi frequenter peccatum ex alia cauſa, putà ira, vel concupiſcentia iteretur. Nec ex frequentia peccandi, veniale peccatum fieri mortale, etiam ſi millies iteretur, modò infra limites venialis conſiſtat: ſed ad mortale diſponit.

Ebrietas quando ſit mortalis.

70 Quod autem dicit Sanct. Auguſtinus, quòd ebrietas ſi aſſidua fuerit, inter mortalia deputatur: non vtique intendit, quòd aſſiduitas ob ſolam frequentiam actus, inducat mortale, ſed quia eſſe non poteſt, quin is, qui aſſiduè inebriatur aliquando ſciens, & volens ebrietatem incurrat. Frequenter enim vim meri, & ſuam ad ſe inebriandum facilitatem, expertus eſt: Et qui ſciens, & volens, inebriatur, vel qui notabiliter negligit aduertere tale periculum, in quod ex ebrietate incidit, quod toties expertus eſt, & tamen deliberat bibere vinum, & non curat inebriari mortaliter peccabit. Vt ex eodem Sanct. Tho. 2. 2. quæſt. 150. art. ſecundo ad primum habetur, & Adria. vbi ſuprà, & Gerſone alphab. 34. Eſt enim ebrietas inordinatus vſus, & concupiſcentia vini. Contingit autem tripliciter fieri. Vno modo quòd quis non æſtimet, potum eſſe immoderatum, & inebriare potantem, & tamen bibendo inebriatur: & ſic ebrietas

Ebrietas triplex eſt ſecundum S. Th.

nullum erit peccatum: cum præter intentionem illa ebrietas accidat. Alio modo sic, quòd quis percipiat immoderatum esse potum, non tamen æstimet inebriare posse, & sic peccatum veniale esse poterit. Tertiò modo esse potest, quòd aliquis bene aduertat immoderatum esse potum, & inebriare potantem: & tamen magis vult in ebrietatem incurrere, quàm à potu abstinere, & sic verè ebrius dicitur. Quia mortalia crimina specificantur non ab eis, quæ per accidens eueniunt præter intentionem: sed ab eo, quod est per se intentum. Et isto tertio modo sumpta ebrietas mortale erit peccatum, quia sic, homo volens, & sciens priuat se vsu rationis qua secundùm virtutem operatur, & peccata declinat. Et sic peccat mortaliter, periculo peccandi se committens: etenim ebrius vitia cauere non potest, & quæ sobrii cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus, hæc S. Thomas. Ex quo patet, quòd assiduitas mortalem facit ebrietatem, non propter solam iteratio-nem actus: sed quia esse non potest, quòd homo assiduè inebrietur, & non incurrat ebrietatem, sciens, & volens, dum pluries vini expertus est fortitudinem, & suam ad ebrietatem facilitatem. Idémque nihil ad intentionem Iuristarum, qui ex sola frequentia venialem actum volunt fieri mortalem. Hoc enim

Assiduitas ebrietatis quando est mortalis culpa

non est verum, nisi de illis venialibus, quæ conditionem mortalis culpæ induunt. Vt dictum est, de eo qui sciens & volens se inebriat, vel notabiliter negligit euitare periculum se inebriandi.

Veniale, ex complacentia, quando mortale fiat.

71 Quod item dicit Sanct. Aug. nullum peccatum adeò veniale esse, quod si placeat, non fiat mortale: non est intelligendum, quòd quælibet complacentia venialis culpæ, constituat mortale: sed de illa intelligitur complacentia, quæ in pleno contemptu fundatur; si de veniali generaliter loquimur. Vel loquitur de veniali tantùm ex circunstantia imperfecti consensus, quod ex se mortale est: ideò dum placet, mortale fit. Vt doctè Gerson exponit libro 2. alphab. 34. lit. t.

Quotuplex sit peccatum veniale.

Veniale peccatum duplex.

72 VNdè scias, veniale peccatum duplex esse, vnum ex suo tantùm genere tale, vt verbum otiosum, mendacium iocosum, &c. Alterum, veniale ex hoc tantùm, quod non fit cum deliberatione perfecta, sed in primo motu, vel quadam subreptione, licèt ex suo genere sit mortale. Quandoquidem, nullum est mortale peccatum, quin ob defectum perfecti consensus intra metas solius venialis manere possit. Quòd ad hæc pec-

cata venialia ex imperfecto consensu, verissima est Regula, seu Sanct. August. sententia; quòd nullum peccatum est adeò veniale, quin mortale fiat, dum placet. Quia dum placet, exuit circunstantiam alleuiantem, ex qua erat tantùm veniale, quæ erat subreptio, seu imperfectus consensus, & fit mortale; quia tale ex suo genere est, & modò fit ex complacentia, & pleno consensu. Si autem de venialibus ex genere, hæc est intelligenda sententia; tunc vera erit, si ex vero contemptu fiat; & hac ratione peccatum admittitur, quia prohibetur, & displicet Deo. Dixi [vero contemptu] quia si contemnit secundùm quid, quia. s. renuit subijci voluntati Dei venialia prohibentis; & illa vult committere, quia ab eo tantùm venialiter prohibentur, & displicent; non nisi venialiter peccabit. Vt videtur sentire Gerson vbi suprà, & patet ex Caietano suprà, in summa, verbo, contemptus. Quia ille intuitus venialis, minuit de ratione veri contemptus, & ideò non nisi venialis erit transgressio: vt diximus suprà nu. 67. *Contemptus venialium, quando est venialis.*

73 Et ex his habes, quòd statutariæ legis, seu superiorum præceptorum transgressio, mortalis semper est; si ex pleno fiat contemptu. Sine contemptu verò, interdum venialis est; vt si ex ignorantia excusante, vel ex primo motu absque pleno consensu, fiat. Interdum

est mortalis, quando ex deliberatione, & certa scientia, & pleno consensu absque nulla legitima excusante causa, admittitur, licèt absque contemptu fiat: Aliquandò verò pro occurrentium circunstantiarum varietate; nulla culpa erit.

An pœnalium constitutionum transgreßio sit mortalis.

Transgressio constitutionum an sit culpabilis.

74 EX ijs patet, quòd transgressio constitutionum purè pœnalium, quæ tamen nec pœnam talem habent annexam, ex qua transgressor ad culpam mortalem obligetur, vt est excommunicationis pœna, & aliæ, quas supra recensui num. 54. sed aliquam aliam, putà priuationis vocis, suspensionis ab officio, & cætera id genus, seu sunt nostræ ferè omnes Ordinis constitutiones; verè non erit mortalis, nisi adsit contemptus: vel aliundè id, quod statuitur, culpam inducat mortalem, putà à lege Diuina, vel Ecclesiæ, vt ex vtróque Thoma habes, 22. quæstione 186. articul 9. ad primum.

Pœna an statim incurratur.

Sed si quæras, an huiusmodi transgressor, obligetur in conscientia ad has pœnas, si actu scilicet ei imponantur à prælato, & etiam si non imponantur? Respondet Caietanus 22, quæstione 186. art. 9. quòd pœna quandoque in talibus

statutis non est taxata, sed taxanda est à prælato, quandoque est taxata, sed non imposita, sed imponenda transgressoribus à prælatis. Et ijs duobus casibus non tenentur transgressores ad dictas pœnas; nisi eis imponantur à prælatis. Quia dum lex, seu statutum non ordinat, vt transgressores faciant talem pœnitentiam, sed vt eis imponatur: non tenentur ad amplius, quàm lex ordinat. Quandoque verò est taxata, & imposita in ipsis statutis, vtpotè, qui fecerit hoc, faciat hoc; ad huiusmodi pœnitentias tenentur transgressores etiam si nullus prælatus imponat. Hæc ille. Ex diametro contrarium sentit Sotus de iustitia, & iure, lib. 1. quæstione sex. articul. sex. Conclu. prima. Lex enim pœnalis, secundùm eum, ob id, quod dicit ipso facto, vel ipso iure, aut quid simile; non obligat ad pœnam ante sententiam à iudice latam, sic vt reus teneatur in conscientia pœnam adimplere. Nam cùm pœna, (vt nomen denotat,) passio sit; natura abhorret, vt idem sit agens, & patiens. Proinde lex, quæ reum, propriæ pœnæ ministrum, seu executorem faceret; non esset naturæ conformis. Atque ideò cùm humanæ leges à naturali deriuentur; nulla sic est obligatoria. Et illa verba [ipso facto] nil aliud dicere volunt; quàm tali facto, talẽ pœnam deberi. Qui non obstat, quominùs de quan- Sotus.

titare, & modo facti sit considerandum; si tanta debeatur pœna; cùm alleuiantes possint adesse conditiones, & causæ. Et illa verba, [ipso iure] idem significant: à iure scilicet talem taxari pœnam tali facto: sed expendendæ sunt causæ facti. Et hanc sententiam ante Sotum, videtur tenuisse Syluester titul. Assassinus, contra Panhor. Addit tamen, quòd si lex, seu statutum priuans aliquem bonis ipso facto, addat, quòd nulla requiritur declaratio super facto, tunc nulla requiritur declaratiua sententia, sed in conscientia teneretur reus ex ipso facto, ad pœnam taxatam. Solennis est quæstio, & inter solennes controuertitur Doctores, quos Syluest. & Sot. recensent, ipsi videantur.

Dubium.

Culpa quando non fit, si pœna non adimpleatur.

75 Et si dubites, an in isto vltimo casu incurratur aliqua culpa, si ipsa pœna taxata, & imposita, non sustinetur? Iam patet responsio, quòd licèt quidam asserant, quòd incurratur peccatum, si pœnitentia taxata non sit: verius tamen videtur, nullam culpam incurri, secundùm Syluestrum, Sotum, & alios plerósque. Sed quidquid sit de hoc; constat, quòd nulla incurritur culpa; si pœna in nostris constitutionibus taxata, & imposita, non adimpletur. Et ratio est, quia vniuersaliter, nostræ constitutiones dicunt, Nolumus, quòd statuta, & constitutiones nostræ obligent ad culpam,

ſed tantùm ad pœnam. At ſi tranſgreſſor in operando, aut omittendo quid contra ſtatutum, excuſatur à culpa; & omittendo pœnam, non excuſaretur à culpa; particularis vtique eſſet illa lex, ſcilicet quòd conſtitutiones noſtræ non obligent ad culpam reſpectu agendorum, ſed benè reſpectu patiendorum. Atqui lex eſt vniuerſalis, ergò nullo modo obligat ad culpam; niſi ex contemptu, vel cupiditate, vel negligentia. Alioquin ſequeretur, quòd cùm nos fratres Minores non aliter ad prædictas pœnitentias teneamur, niſi ex vigore noſtrorum ſtatutorum, quòd ſtatuta prædicta obligarent ad culpam, abſque contemptu; cuius oppoſitum in eis habetur. Illa verò obligatio, quòd teneamur implere ſtatuta, vel pœnam impoſitam pati, contrafaciendo, valet ad hoc, vt prælatus poſſit iuſtè nos cogere ad illam patiendam. Siquidem prælatus ſtatuti executor eſt; & ideò hanc, vel illam mandando, ſeu præcipiendo pœnam; eam pati, & acceptare tenemur: alioquin mortaliter, aut venialiter peccaremus, prout ſtrictè, vel largè ſuperior præceperit.

76 Hîc tamen nota, quòd licèt verum ſit tranſgreſſiones noſtrorum ſtatutorum non eſſe peccata, hoc tamen intelligendum eſt ex ſuo genere. Hoc eſt, quòd huiuſmodi actus, ſiue com- *Tranſgreſſor ſtatutorũ quãdo peccet.*

missionis, siue omissionis sint; ex statutis Ordinis sub nulla culpa mandantur: immò extra omne genus culpæ, statuuntur ex genere actus. Attamen ex parte operantis, potest talis actus, qui nulla lege, seu statuto est peccatum, ingredi genus culpæ, & fieri peccatum. Quod tripliciter contingere potest. Primò si operans, vel omittens contra statutum; id faciat ex contemptu. Qui enim ex contemptu statutum silentium frangit; peccat mortaliter, vel venialiter, secundùm qualitatem contemptus, vt suprà dictum est. Secundò, si id faciat ex cupiditate, seu libidine, aut nimia affectione. Quoniam actus quilibet, tametsi ex se culpabilis non sit, immò necessarius sit, & præceptus Diuino, & naturali iure, vt est comedere; si tamen ex cupiditate, aut nimia affectione fiat, peccatum est, secundùm communiter Doctores, agentes de ieiunio, & temperantia. Multò magis ergò ille actus qui non est præceptus, sed excusatus secundùm se a culpa, vt est quærere oua, caseum, & cætera. si ex nimia concupiscentia fiat, erit peccatum secundùm qualitatem concupiscentiæ. Tertiò, si id ex negligentia admittat, ità quòd ipsa negligentia sit causa illius. Vbi enim interuenit negligentia, vt causa; non euaditur culpa grauis, seu leuis, secundùm qualitatem negligentiæ.

Negligentia quando sit culpabilis.

Peccatum enim illud est, quod contra debitum fit, vel fieri negligitur. Nec solùm in operando indebitè, sed etiam in volendo indebitè opus aliquod, peccatum est, cùm culpa præcipuè in voluntate est.

In operationibus enim hoc inuenitur, quod licèt quis sine culpa possit voluntariè opus aliquod, putà orationem, lectionem, prædicationem omittere, quia obligatoria in casu non sunt, si tamen orat, vel legit, vel prædicat, negligenter, vtique peccabit. Quia modus faciendi sub obligatione cadit, vt scilicet rectè, & benè fiat, quod fit. Idipsum in volitionibus dicendum est, vt scilicet qui vult, rectè, & debitè velit. Nam licèt quis sine vlla culpa valeat aliquid nolle, si tamen vult peccat, nisi rectè velit.

Vnde in Religionibus, si quis absolutè non vult ire ad lectionem, vel orationem, quæ non sunt de præcepto, nulla incurritur culpa. Non ex parte omittentis, quia nec ex cotemptu, nec ex concupiscentia, nec ex negligentia id facit, sed quia absolutè non vult. Nec ex parte actus omissionis, quia statutum ad nullam culpam constringit, & ex suo genere, vt suponitur, actus non est culpabilis. Si autem ire vult, sed negligentia, & pigritia detinetur ne eat, verè culpa inuenitur ex parte ipsius segniter, & indebitè volentis. Tene-

tur enim ex quo vult, sine vlla mala conditione velle. Iuxta illud Deutero. decimosexto. Iustè quod iustum est, persequeris Et ideò Religiosi dupliciter possunt in Regularibus obseruantiis, ex negligentia culpabiliter deficere. Ex negligentia inquam extrinseca, putà cùm quis ex incuria, & mentis torpore, & pigritia omittit ire ad orationem, hora debita. Et ex negligentia intrinseca, putà cùm ex affectus tepiditate omittit ire ad orationem, ad quam vellet ire. Quia vbicunque negligentia inuenitur vt causa, culpabilis ex parte ipsius operantis, redditur actus. Stat enim, voluntariam transgressionem statutorum, non esse culpam ex genere suo: & tamen negligentiam eorundem esse culpam, ex parte operantis. Quandoquidem eiusmodi culpam, statuta humana nec intendunt, nec omninò tollere possunt: quia aliunde contra ius Diuinum, vel naturale contrahitur. Et hæc exactè, & luculenter videri poterunt ex Caietano 2. 2. quæstione 186 articul. 9 Quódque Sanctus Thomas ad primum, breuiter docuit illis verbis. [Transgressio statutorum, vel omissio, ex suo genere, non obligat ad culpam neque venialem, sed solùm ad pœnam taxatam sustinendam, quia per hunc modum ad talia obseruanda, obligantur: qui tamen possent venia-

Religiosi quando peccant ex negligentia.

Nota.

DD.

liter, vel mortaliter peccare, & ex negligentia, vel libidine, vel contemptu] Hæc illæ. Cum quo concordat Hugo. capite secundo de negligentia loquens, vbi dicit, quòd vbique neglectus, qui languor inertiæ est, culpabilis est.

77 Statuta autem, seu constitutiones, perpetuas esse scias: & seruari debent quousque reuocentur. Præceptum autem seu ordinationes prælati, expirant expirante ipso à suo officio, vt communiter tenetur, & habet consuetudo, quę optima est legum interpres. De quo videri poterunt Summistæ tit. statuta, & constitutiones. *Statuta sunt perpetua, non præcepta.*

Et ex dictis colligere facilè poteris, trāsgressiones declarationum Nicolai tertii, & Clementis quinti non esse nobis culpabiles ex vi ipsarum declarationum, seu statutorum: nisi talis transgressio aliàs esset contra pręcepta Dei, Ecclesiæ, Regulæ, vel prælatorum Ordinis, & nulla ratione esset excusabilis. Vel nisi ex parte ipsius operantis redderetur culpabilis, scilicet ex contemptu, vel cupiditate, vel negligentia vt dictum est. & latè suprà diximus in cap. 4. num. 55. *Transgressio constitutionū an sit culpabilis.*

An Regula nostra sit à prælatis dispensabilis.

Dispensatio quid sit.

78 NVm autem super nostram Regulam aliquādo licitè fieri possit dispensatio? Dico, quòd dispensatio propriè est alicuius iuris aliàs obligantis iusta, & rationabilis relaxatio ab auctoritatem ad id habente. Vt enim licita ipsa sit dispensatio, iustam & rationabilem ad dispensandum requirit causam; quæ si non adsit, dissipatio potiùs erit quàm dispensatio. Exigit item auctoritatem dispensantis, saltem cùm haberi potest, & non est periculum in mora; quia nullus est iudex in sua causa, sed superioribus demandata est cura, legis interpretandæ. Vt de hoc latè videri potest Caiet. iuxta Sanct Thom. 22. quæst. 88. art. 12 & per summistas titulo dispensatio, & tit. Votum. Causa autem ad dispensandum iusta (secundùm prædictos summistas, & Ioan. Pirinum in tract. super dispensatione fratrum Minorum, Corol. 3.) duplex est scilicet vtilitas, vel necessitas. Vbi enim aliqua vtilitas corporalis, vel spiritualis ipsius personæ dispensandę, seu aliorum probabiliter ex tali dispensatione speratur: vel aliqua necessitas corporalis, seu spiritualis dispensandę personæ, seu aliorum communis immi-

Causa dispensandi duplex.

neat, licita tunc, & iusta videtur dispensandi ratio. Nec quæcunque parua vtilitas, aut necessitas rationabilis causa ad dispensandum omninò, vel circa omnia censenda est, quia in aliquibus requiritur maior, in aliquibus minor sufficit. Et ideò vigil debet esse prælatus ad iudicandum, sufficiens-ne sit ad dispensandum vtilitas, vel necessitas, quæ verè proponitur? vt habetur 1. quæst. 7. cap. Et si illa.

79 Nunc sic iis breuiter prælibatis, redeundo ad quæsitum, dico, quòd prælati Ordinis nostri, (vt de summo Pontifice taceam, qui ex iusta, & rationabili causa in tota potest Reg. dispēsare) non possunt in tribus essentialibus votis dispensare, sicut nec aliarum Religionum prælati. Nec item dispensare possunt in aliis Regulæ præceptis eminentibus: nec etiam in illis æquipollentibus, vel habentibus vim pręcepti, in quibus constat sic velle Regulam arctare, & obligare fratres, sicut in eminentibus prędictis. Vnde, in illis octo principalibus pręceptis inhibitoriis, suprà in primo cap. positis, nullus Religionis prælatus, nec totus Ordo absque priuilegio, seu sibi facta auctoritate à Papa, dispensare valet. Nec itē in illis æquipollentibus, vel vim habentibus pręcepti, in quibus, vel ex tenore literę, vel ex fine intento, conuinci potest Regulæ intentionem esse, vt nullatenus

Dispensare vota essentialia non possunt prælati.

[illegible] Vt videntur esse il-
[illegible] Quod [illegible] fratres tenentur
[illegible] Generalem Ministrum.)
[illegible] Quod Ministri, & Custodes
[illegible] Ministrum Generalem non
[illegible] tenentur eligere ali-
[illegible] fratrum in infirmi-
[illegible] in seruare te-
[illegible] (Quod non prædi-
[illegible] Episcopatu alicuius Episcopi,
[illegible] contradictum,)
[illegible] & notabilis ap-
[illegible] non seruentur. Et
[illegible] sicut
[illegible] & alia huius-
[illegible] potest hanc in-
[illegible] Regulæ mentionem, vt
[illegible]

[illegible] Quando vero non sit de Regula
[illegible] quod indispensabi-
[illegible], ex sua
[illegible] est, & [illegible] ca-
[illegible] particularibus casi-
[illegible] aliter
[illegible] per
[illegible] hoc [illegible]
[illegible] R[illegible]
[illegible] de-
[illegible] est di-
[illegible]
[illegible] D
[illegible] gula
[illegible] te

quæ in casu, ex iusta causa, dispensabilia sint censenda, saluo omni meliori iudicio, videntur esse infrà scripta.

Primum, ex cap. 2. de nouitiis à solis Ministris recipiendis ad Ordinem, & habitum nouitiorum, & professionem. Secundum; ex eod. de non habendo plures tunicas. Tertium, ex eod. quòd fratres induantur, vilibus vestimentis. Quartum, ex eod. quòd fratres non portent calceamenta. Quintum ex cap. 3. quòd clerici faciant diuinum Officium, secundùm vsum S. R. Ecclesiæ. Sextum, ex eod. quòd fratres ieiunent à festo omnium Sanctorum vsque ad Natiuitatem Domini. Septimum, ex eod. quòd non possint equitare. Octauum, ex cap. 4. quòd Ministri tantùm, & Custodes sollicitam curam gerant pro infirmis, & fratribus induendis. Nonum, ex capite 6. quòd recurratur ad Ministros pro casibus reseruantis. Decimum, ex cap. 8. quòd Prouinciales teneantur ire ad Capitulum g[illegible] Vndecimum ex cap. 9. quòd nu[illegible] t; nisi à Generali Ministro [illegible] tus, & approbatus. Duode[illegible]. 10. quòd recur-[illegible] ur ad [illegible] spirituali Regulæ [illegible] ru[illegible] idem poterunt præ-[illegible] iusta causa, dispé-[illegible]. Quidquid dicat [illegible] ispensatio. §. 8. [illegible] ntra deuiátes,

Dispensabilia in Reg. quæ sint.

notab 3. §. nūc ad ſuū. Scilicet quòd noſtri Ordinis prælati, in tota Regula ex iuſta cauſa diſpenſare poſſunt, exceptis tribus eſſentialibus votis; ſicut & cæteri aliarum Religionum prælati. Iſti enim ideò generaliter poſſunt in tota Regula diſpenſare, præter tria eſſentialia vota, & delationem & formam habitus: quia in ſuis Regulis, nullum ferè obligatorium ſub ſtricti præcepti vinculo continetur, quòd in noſtra non eſt. Multa enim ad obſeruantiam Regularem & actus exteriores ſpectantia in ea ſtrictè præcipiuntur; vt in primo cap. videri poteſt. Quare non in tota Regula, ſed tantùm in prædictis poterunt Ordinis prælati ex cauſa diſpenſare. Generales enim Miniſtri, poterunt in prædictis omnibus diſpenſare. Et quæ per ipſos tantùm ex Regula proponuntur agenda; per cæteros poterũt expedire, illis ſuas vices committendo. Prouinciales item in omnibus prædictis poterunt diſpenſare: eis tantummodo exceptis, quæ ſolum Miniſtris Generalibus reſeruantur. Poterintque per alios ea expedire negotia, quæ ſibi ſpecialiter ex Regula explenda committuntur. Cuſtodes verò, & Guardiani poterunt etiam, vbi iuſta perſuaſerit cauſa diſpenſare in prædictis; his duntaxat exceptis, quæ ſolis Generalibus, & Prouincialibus ex Regula vel ex conſuetudine reſeruantur: vt in ſecundo capite. numero, 100.

Prælati diſpenſantes quales ſint.

& in propriis locis, vbi de prædictis agitur, latè videri poteſt. Et de his videantur Sanct. Bonauen. cap. 2. & 9. Hugo cap. 3. & expoſitiones ſanctorum Patrum cap. 4.

ET vbicunque ſunt fratres, qui ſciret, & cognoſcerent ſe non poſſe Regulam ſpiritualiter obſeruare; ad ſuos Miniſtros debeant, & poßint recurrere. *Tex.*

81 POſita ſubditorum debita ad ſuos prælatos obediẽtia, remedium hîc fratribus pro debita Regulæ obſeruantia præbetur; vt ſcilicet ad ſuos Miniſtros debeant, & poſſint recurrere, vbi certitudinaliter nouerint, ſe Regulam ſpiritualiter obſeruare non poſſe. Hîc autem nomine Miniſtrorum, omnes prælati Ordinis intelliguntur. In toto enim iſto Capitulo, vt ſuprà diximus, ſecundùm communiter Regulæ expoſitores, per Miniſtros, S. Franciſcus intelligit, omnes prælatos Ordinis. Quod ex eo patet, quia omnibus competit, & neceſſarium eſt; viſitare, monere, & corrigere ſubditos ſuos. Omnibus item prohibetur, nihil quod contra animam, & Reg. ſit, poſſe præcipere. Nunquid item non tenentur ſubditi Generali, Cuſtodibus, & Guardianis in omnibus licitis obedire, ſicut & prouincialibus Miniſtris? An non, tenentur

Prælati Ordinis, omnes dicũtur Miniſtri.

fratres in Ministrorum absentia, in præfato debitæ Regulæ obseruantiæ casu, ad suos Custodes recurrere, & in Custodũ absentia, ad suos Guardianos? An tantùm Ministri, & non omnes Ordinis prælati tenentur subditos suos humaniter recipere, & eorum animabus piissimè prouidere? Cùm ergò prædicta omnia, cunctis prælatis Ordinis sint cõmunia: constat, quòd non de solis Ministris Prouincialibus, sed de omnibus prælatis est sermo. Idque item ex eo constat, quòd in cæteris Regulæ capitulis, vbi de Ministris Generali, & Prouincialibus agitur, in aliqua saltem capituli parte, Generalis, vel Prouincialium nomen exprimitur; sed in toto hoc capitulo, nullibi alicuius horum nomem recensetur. Ex quo apparet, quòd nomen Ministrorum hîc, communiter ad omnia quorumcunque in Ordine prælatorum officia, se extendit, omnésque complectitur prælatos quorum proprium munus est suis subditis ministrare, & seruire, & ideò Ministri appellantur.

Recursus ad quoscunque prælatos faciendus.

82 Dum ergò Pater sanctus, ad Ministros pro Regulæ obseruantia pręcipit esse recurrendum, constat, quòd nedum ad Ministros Generalem scilicet, & Prouinciales poterunt subditi recurrere: sed ad Custodes etiam & Guardianos, cùm sub Ministrorum nomine omnes

pręlati

prælati Ordinis comprehendantur. Immò (vt videtur Hugo sentire) non statim ad Prouinciales deberent fratres recurrere, sed tunc, quando inferiorum prælatorum subsidio adiuuari non possent. Vbi enim à Guardianis, vel Custodibus opportunum ad Regulæ obseruantiam adhiberi potest remedium; superfluè ad Prouinciales recurritur. Verùm quia Prouincialis Minister totam sub imperio suo prouinciam habet subiectam, ex quo liberiùs. & vtiliùs ad se recurrentibus poterit prouidere: ideò liber cunctis fratribus pro Regulæ obseruantia, ad eum indulgetur recursus.

83 Huiusmodi autem ad Prouincialem recursus; non solùm per corporalem accessum, sed etiam per insinuationem fieri potest. Et si corporali quis velit accessu recurrere honesto modo id faciendum est, cum alio fratre socio, à suo superiori sibi assignando, vt Religio nostra habet de more. Et ex reg. satis probatur, hanc Sancti Francisci fuisse intentionem, vt fratres regulariter incederent; vt in tertio capite patet: ne libera infirmis, & tentatis tribuatur facultas sceleribus intendendi, cum scandalo aliorum, & Ordinis ruina. Nec passim omni petēti assignandus est socius sed post quam vera recurrendi necessitas superiori fuerit patefacta: ne cuilibet necessitatem fingenti, libera extra obe-

Recursus fiat honesto modo.

dientiam vagandi præbeatur commoditas. Circa quod, statutum Ordinis est seruandum, quod habetur in capite 10. constitutionum. Vbi declaratur, tunc prædictum recursum licitum esse censendum, cùm frater Guardiano, & discretis conuentus, necessitatem suam declarauerit: & ipsi rationabilem esse petitionem iudicauerint. Quoniam (vt pluries dictum est) iudicio prælatorum est, in his, & similibus, standum.

Recursus, quando licitus.

An fratres necessariò teneantur recurrere ad Ministros pro Regulæ pura obseruantia?

84 ET quoniam causa, pro qua ad Ministros est recurrendum, ipsa spiritualis Regulæ obseruantia hîc assignatur, & præscribitur: Ideò notandum est, duobus modis intelligi, Regulam spiritualiter obseruari. Vno, eam scilicet debitè, purè, religiosè sine trangressionis peccato, aut manifesto peccandi periculo, vt par est, seruare. Vt patet ex quatuor magistris, Hugo. & Barth. Pisano, & Petro Ioan. capite 10. & S. Bernardino in tract. 2. de obedientia. §. Hos itaque limites. Alio modo est, illam obseruare secundùm suam perfectam puritatem, suúmque rigorem, sine vlla dispensatione aliqualiter etiam licitè relaxante; vt patet in expositione san-

Reg. quomodo spiritualiter obseruetur.

ctorum patrum, & Sanct. Bonauenturæ capite 10. Vbicunque ergo fratres valde probabiliter cognoscerent, quòd ratione loci vbi commorantur, notabiliter impediuntur à debita, seu Religiosa Regulæ obseruantia; ita quòd sine peccato vel sine periculo valde propinquo ad peccatum, ibi commorari non possunt: tunc ex vi Regulæ tenentur ad suos recurrere Ministros, pro sufficienti remedio ad debitam Regulæ obseruantiam.

85 Vbi nota tres simul conditiones requiri, vt hoc sit obligatorium ex Regula. Prima, quod frater notabiliter impediatur à debita, & religiosa Regulæ obseruantia, adeò vt sine peccato, vel occasione valde propinqua ad peccatum, ibi permanere non possit, Dixi, impediatur à debita Regulæ obseruantia. Nam si a prædicta debita Regulæ obseruantia minimè impediretur, adeò quòd sine vllo peccato, & peccandi manifesto periculo esse possit, tametsi, à puriori & perfectiori Regulæ obseruantia retrahatur, non per hoc, tenetur ex Regula ad Ministros recurrere. Nam satis est quòd debita Regulę obseruantia non impediatur. Et idem dicendum est, si aliquando à præfata debita Regulæ obseruantia, impeditur, non tamen notabiliter, sed parum leuiter: adeò quod si frater fortiter agere velit, & cautè viuere satagat, potest

Conditiones recurrendi pro obseruantia.

Prima cōditio.

ibi ſine notabili tranſgreſſione morari. Et ideò dixi, non ſimpliciter ſi impediatur, ſed ſi notabiliter impediatur à pura Regulæ obſeruantia. Et ſic intelligit, & interpretatur hunc Regulæ paſſum, Hugo, & communiter expoſitores in hoc cap. Secunda eſt, Quòd fratres valdè probabilem habeant certitudinem de impedimento prædicto: nam ſi leuem haberent ſuſpicionem, non ſufficit ad obligandum, nec prælati tenerentur eis de remedio prouidere. Ideo dicit Regula. quòd vbicunque ſint fratres, qui ſcirent, & cognoſcerent. (ſcirent) ſcilicet certitudinaliter per experientiam (& cognoſcerent) per rectum iudicium, ſe non poſſe Regulam obſeruare ſpiritualiter, tenentur, &c. Tertia, (ſecundùm Barth. Piſa. quem ſequitur Cordub. hîc quæſtione quarta) conditio eſt, quòd impedimentum prædictum ratione loci proueniat, vbi fratres morantur, Vt putà (ſicuti conſtat ex conſtitutionibus Martin. V.) cùm tali loco eſt annexa proprietas, vel cura animarum, pueros baptizandi, & alia parochialia faciendi, vel quia domino reclamante, ibi fratres morantur, vel quia propter neceſſariorum penuriam, oportet eos in quæſtibus, & congregationibus inhoneſtis, contra Regulæ puritatem, & vſum Ordinis generalem, excedere: vel propter inhoneſtam ſeu

Tertia conditio,

importabilem fratribus societatem, præsertim infirmis: vel propter quid simile: Quod cùm sit indeterminatum, relinquitur iudicio prælatorum.

86 Quorum dictum licèt sit verum, & omnibus sit consentaneum quòd vbi talia alicui loco adfuerint impedimenta, tenentur fratres ex Regula ad suos Ministros pro spirituali Regulæ obseruantia, recurrere. Attamen vt ex Petro Ioann. & communiter doctoribus habetur, nedum tenentur fratres ad suos Ministros recurrere, cùm ratione loci eis impedimentum præstatur, ne purè possint Regulam obseruare; verumetiam si aliundè quàm ex loco, id eis impedimentum, adueniat. Vnde dicebat Hugo hîc: (vbi ergo castitatem, charitatem, quietem mentis ad Deum, vel alia quæ ad Regulam spectant periclitari, seu notabiliter impediri, contigerit, vel certè intolerabilis alicui pro sua debilitate, vel alia necessitate opprimat rigor; fratres non solum ad Prouinciales, sed ad suos quoslibet indistinctè prælatos, secundùm Regulam, habent recurrere,) hæc ille. Idémque asserit Petr. Ioan. hîc (Dantur, inquit ipse, de hoc casu alia exempla: vtputà periculum fornicationis, datum ab aliqua fœmina, quod commodè euitari non potest, nisi recedendo: vel periculum mortiferæ di-

Petr. Ioã.

Hug.

Petr. Ioã.

ſtractionis, & negotiationis, propter officium procurationis temporalium ſibi commiſſum: Vel periculum alicuius peſtiferæ ſocietatis aliquorum fratrum: vel periculum ex continua mora cum aliquo ſæculari principe vel prælato, ex qua ſibi videtur plurima pericula imminere] hæc ille. Et Vbertinus dicit. (Quod non poteſt Regula ſpiritualiter obſeruari, vtputà, ſi non permittuntur fratres veſtimentis vilibus vti, & auſterè viuere, ſicut Regula præcipit: Aut quia habent fratres curam animarum. ad quam ratione loci tenentur: Aut, quia locus habet annuos reditus, & prouentus: Vel propter quæſtus pecuniæ, aut aliarum rerum inordinatos, & prohibitos: Vel propter periculum peſtiferæ ſocietatis aliquorum fratrum Regulæ obſeruantiam impedientium: Vel propter periculum lapſus carnis, datum ab aliqua fœmina: & ſimilibus.) Et addit. (Et quidam ex nobis audierunt, ab antiquis fratribus qui à S. Franc. & ab eius ſociis, qui ſecũ in datione Regulæ fuerant, propriis auribus perceperunt; quòd vna de principalibus cauſis quare hunc recurſum Sanct. Franciſcus mandauerit, tranſgreſſoria fuit relaxatio contra paupertatis articulum. Quam cùm præuideret Pater ſanctus, aliquos Ordinis prælatos ſectaturos, & fratribus quò ad eam tyrannicè illicita imperaturos, ne id fieret, poſt

Vbertinus

Obedientiam à subditis, superioribus præstandam, immediate hoc apposuit præceptum, quòd teneantur pro spirituali Reg. obseruantia, ad Ministros recurrere. Quia non potest promissæ Reg. transgressio per prælatum subdito imponi, quin potiùs prælatus in hoc suo debet subdito ministrare, & seruire pro pura Regulæ obseruantia,) hæc sententialiter ille. In Serch. conscien. per ordinem alphabeticum lit. l. Quòd & quatuor Magistri, & B. Bonauentura videntur breuiter sensisse. Quare, non solùm ex Regulæ præcepto ad Ministros est recurrendum, vbi periculum transgressionis Regulæ immineat ratione loci, sed ob quamcunque aliam causam iustam ad transgrediendum Regulam impellentem, vt patet ex dictis. Nec Mart. V. & Sanct. Bernardinus in sua Epistola capite quarto, voluerunt aliquando dicere quòd sola transgressio, quæ ratione loci prouenit, sufficiens est causa, ob quam ad Ministros, sit recurrendum: sed hæc inter alias iustas causas computatur, & est. *Epilogus.*

87 Pro prædicta ergo pura, debita, ac religiosa, absque vlla mortali transgressione, aut transgrediendi probabili periculo, ipsius Regulæ obseruantia quæ ex prædictis, aut similibus causis impeditur: Non solùm possunt fratres, adeò vt à nemine valeant impediri, sed etiam non

præcepto tenentur, ad suos Ministros recurrere, vt ex textu Regulæ patet; Prefati autem prælati, sub mortali tenentur culpa, de opportuno eis remedio prouidere in prædictis. Ideò Pater sanctus dicit.

Tex. *MInistri verò benignè, & charitatiuè eos recipiant, & tantam familiaritatem habeant circa ipsos, vt dicere poßint eis, & facere, sicut Domini, seruis suis. Nam ita debet esse quòd Ministri sint serui omnium fratrum.*

De charitate, & Ministerio prelatorum.

Charitas, & benignitas ministrorum

88 CHaritatiuè in corde, & benignè in vultu, & sermone; debent Ministri ad se recurrentes recipere. Et ità, familiares illis se debent ostendere, vt recurrentes fratres, dicere, & facere eis possint, sicut, domini seruis suis. Nõ enim decet superiores signo aliquo, verbo, vel facto fastũ pretẽdere, qui subditos repellat fratres, à fiducia recurrendi ad Ministros, pro suis necessitatibus. Sed tãquã veri spirituales Patres: ad se recurrentes filios, familiariter in omni debẽt charitate suscipere: vt suas eis necessitates ostẽdere, suasque fiducialiter conscientias aperire au-

deant. Qui verò secùs facerent, contra Regulam, vt dicunt communiter Doctores, committerent. Quia si subditi ex Regula tenentur ad Ministros pro Regulæ obseruantia recurrere; ex eadem Regula, tenentur Ministri, eis sufficienter prouidere, & non austeritate repellere. Alioquin frustrà esset tale pro Regulæ obseruantia ad recurrendum mandatum; si non tenerentur Ministri paternaliter recurrentes recipere, & de opportuno remedio eis prouidere. Immò ad id etiam diuino iure tenentur; ratione sui officij. Inde est. quòd Sanctus Pater dicit: [Ita quòd possint dicere, & facere, sicut Domini seruis suis.] Quia sicut seruus Domino; ita prælatus subdito, pro Regulæ obseruantia, vtiliter seruire, & iuuare tenetur. Remanet enim subditus in hoc liber, & Dominus salutis suæ; cui non solùm imponi non valet aliquid, quod sit contra Regulam nostram; sed ipse potest, & debet cum omni tamen humilitate, dicere prælato. Tu mihi seruire debes ad spiritualem promissæ Regulæ obseruantiam. Nec tantùm ipsi prælati, sed alij, qui quomodolibet a tali debito recursu, & necessario remedio fratres impedirent; mortaliter peccarent. Nota.

89 Et ex dictis colligere potes, quòd vbi fratribus certitudinaliter constaret, non posse Regulam spiritualiter, in sua since-

ritate, & puritate, seruare: non statim per seipsos superiorum suorum debēt ordinationes infringere, sicut quidam fantastici, atque leues faciunt. Sed possunt, immò ex præcepto Regulæ hîc specialiter dato, tenentur ad Ministros recurrere, vt eis periculum suum denuntient. Non enim decet fratres cum suis superioribus contendere; sed pro spirituali Regulæ obseruantia, recurrent ad Ministros.

Recursus licitus pro puriori obseruantia, non tamen debitus.

90 Pro puriori verò obseruantia secundùm suam perfectam puritatem, & rigorem, sine vlla dispensatione etiam licitè in aliquo relaxante: an teneantur fratres eodem Regulæ præcepto ad Ministros recurrere? Dico secudùm Cordubensem, hîc, quæstione quarta, puncto quarto, quòd vbicúnque fratres à prædicta obseruantia se notabiliter nouerint impediri, non tenerentur ex dicto Regulæ præcepto, ad suos Ministros recurrere: liberè tamen possent eos adire, pro opportuno remedio ad obseruantiam prædictam. Et ipsi Ministri in hoc eis debent sufficienter prouidere. Et grauiter vtique peccarent, quicunque à tanto bono, eos impedirent. Quòd autem in prædicto casu, nullo astringantur præcepto recurrendi ad superiores: ex eo patet. Quia licitè viuere, & seruare Regulam possunt sine vllo, (vt supponitur) peccato, seu manifesto peccandi periculo, quamuis aliqualiter relaxatè. Et li-

cèt melius esset, strictiùs, & perfectiùs viuere, & Regulam seruare: ad hoc tamen non tenentur ex pręcepto. Sufficit enim cuilibet, quòd sufficienter absque peccato viuat; & suam, ad quam tenetur, professionem seruet. Non enim quis præceptoriè astringitur ad viuendum eo puriùs, & perfectiùs, quò potest; licèt id facere bonum sit, & ad id satagendum. Inde est, quòd licèt fratres ex necessitate præcepti, non obligentur ad hoc; liberè tamen pro dicta puriori promissæ Regulæ obseruantia, ad suos possunt superiores recurrere. Quia nemo debet à meliori bono impediri; & licitum cuique est, maximè Religioso ad perfectionem contendenti, pro obseruantia consiliorum, & puritate maiori, licitis medijs conari. Et satis hoc ex Regula videtur concedi, secundùm S. Bonauen. & expositiones Sanctorum Patrum, in hoc passu Regulæ, ex illis verbis. [Debeant, & possint ad suos Ministros recurrere.] debeant, scilicet obligatoriè, pro necessaria Regulæ puritate obseruanda. Possint autem, pro perfecta, & supererogatoria obseruantia eiusdem.

91 Quòd autē prælati teneantur eis sufficienter prouidere de tali remedio, & illos non impedire; ex iam dictis verbis Reg. ad Ministros, charitatiuè, & benignè ad se confugiētes recipiēdi; iam patet. Et insu-

Prælati tenentur fauere perfectioni Reg.

per ex iure Diuino tenentur prælati, ad fauendum perfectioni Regulæ, & legis Christi. Quoniam non est eis data potestas in destructionem, sed in ædificationem, vt ait Paulus 2. Corinth. decim. Idque de Regul. capite licèt, habetur clarissimè. Ibi enim dicitur, quòd prælatus sine difficultate, & prauitate qualibet, debet subdito ad frugem melioris vitæ transeundi, indulgentiam concedere; ne videatur propositum impedire diuinitùs inspiratum. Ibi enim dicitur, quòd talis mouetur ex lege priuata Spiritus sancti, consulentis sequi charismata meliora: & per consequens vbi spiritus Dei, ibi libertas. Quare, peccant prælati contra Regulam, & contra ius Diuinum, & humanum, si ad se confugientibus, de præfato remedio non prouident. Quinimmò. & qui eis essent impedimento ad dictum maius bonum assequendum: resistunt enim hi gratiæ Dei, & Spiritus sancti motui, ad maius bonum mouentis, & excitantis. Idque patere potest ex simili. Nam si peccat, & resarcire tenetur, qui alium impedit à lucro temporali probabiliter acquirendo: quantò magis peccabit, qui aliquem retrahit, & impedit à lucro spirituali? Et tamen verum est, quòd perfectior, puriórque Regulæ obseruantia est aptior, & melior via ad charismata meliora acquirenda, & spiritualia bona augenda,

Nota.

Impedientes perfectionem peccant.

quam Rgulæ obseruantia, non ita pura, & perfecta. Prædicta tamen vera sunt, quando manifestè, & satis probabiliter constat, quòd satis quis impeditur à præfata perfecta Regulæ obseruantia: nam vbi hoc esset dubium, prælatorum iudicio standum est. Sciendum tamen est, quòd viuere secundùm declarationes Nicolaij tertij, & Clemen. quint. & alias approbatas, & receptas expositorum declarationes; est viuere secundùm præfatam Regulæ puritatem, & secundùm intentionem Beati Patris nostri Francisci, sine vlla relaxatione: vt latè in tertio præludio, disseruimus.

92 Aduertendum autem, quòd non passim prælati, petentibus subditis Regulam rigorosiùs quò ad exteriores, seu corporales obseruantias obseruare, concedere tenentur. Vtputà, nudis pedibus ambulare, vnum tantùm habitum sine alia tunica portare, vestibus rudissimis indui; ieiunia Regulæ in pane, & aqua implere. Hæc enim passim concedere non tenentur: nisi vbi nullum corporale, seu spirituale, particulare, vel commune ex talibus corporalibus rigoribus timeretur detrimentum. Ex talibus enim rigoribus notabiliter excedentibus, propter humanam corporis, & animæ infirmitatem, quotidie declinantium; experientia nos docuit, multa pericula corporalia & spiritualia prouenire. Quare, non debet *Asperitates non semper concedendæ à prælatis.*

prælatus passim hæc concedere; nisi de quorum solida virtute, atque diu probata, & sincera animi intentione, firmáque constantia, & sancto proposito; & pariter corporis sana, robustáque virtute, constiterit. Potius enim est, vt in obedientia, humilitate, patientia, plenóque terrenorum omnium contemptu, & propriæ voluntatis abdicatione, oratione, & animi puritate, subditi exerceantur; quàm vt in his exteriotibus singulares videri velint: vt latè differit Gerson in tract. de tentationibus Diaboli Alphab. 70.

Libertas subditi pro obseruanda Reg.

93 At si sufficienter subditus à suo superiori minimè prouideatur, vt possit ad obseruantiam puriorem transire: tunc per se poterit humiliter priùs petita, licèt non obtenta licentia, eò transire, vbi puriùs Regula obseruatur. Nam si quis vouit vnam Religionem minus strictam, licitè potest secundùm Deum, & Ecclesiam, ad strictiorem transire: licitè ergò frater poterit à statu inferiori, quamuis licito, ad altiorem, & puriorem Regulæ promissæ obseruantiam euolare, petita priùs (vt diximus) humiliter, licèt non obtenta licentia.

Immò si viderit subditus, se esse in loco vbi sine peccato viuere non potest, & tamen ei prælatus de opportuno remedio prouidere non vult: nedum potest, sed etiam tenetur, inde recedere, petita priùs

(vt dictum est) licentia; quia quilibet pro debita promissæ Regulæ obseruantia laborare tenetur, & debet. Et si prælatus oppositum præcipiat, etiam sub excommunicationis pœna; non solùm non tenetur subditus obedire, sed omninò non obedire constringitur, pro debita suæ Regulæ obseruantia. Nec sine licentia obtenta, erit apostata: nam talis non est censendus sine licentia recedere, sed cum licentia Regulæ, ad hoc specialiter obligantis; & cum licentia expressa Ecclesiæ, vt habetur in capite licet, de Regul. Tunc enim posset censeri apostata, & verè excommunicationem incurreret; quando non transiret secundùm formam taxatam in dicto cap. licet; & in statutis Ordinis rationabilibus. *Nota.*

94 Hinc colligitur, quòd si subditus probabiliter videat, & agnoscat se iniustè affligi, & acriter ab iniusto prælato malitiosè puniri; adeò quòd certè iudicet, se amplius persecutiones prædictas pro sua fragilitate sustinere non posse, quin de propinquo ruat in mortale peccatum impatientiæ, seu desperationis, &c. nisi inde recedat. Potest idem, & debet de licentia humiliter petita, licèt non obtenta, inde licitè recedere: ad suum superiorem pro opportuno remedio, recurrendo. Nec tenetur ibi manere cum huiusmodi occasione propinqua ad mortale: etiam si sub *Subditi quid faciant in persecutione.*

excommunicationis pœna, ei inhibeatur recessus. Quia dum ex illa mala sui iniqui prælati societate, præstatur ei impedimentum ad salutem, & occasio propinqua ad mortale, dum vires ad patienter ferendum non habet; potest, & debet ad suum superiorem prædicto modo recurrere, suam procurando salutem, quæ à nemine licitè prohiberi sibi potest. Notanter tamen dictum est, si manifestè viderit malitiosè à suo prælato notabiliter, acritérque se affligi: ac per hoc manifestè se videt in occasione propinqua ad mortale. Quoniam non sufficit fratri absque obtenta licentia ad superiorem recurrere: si tantùm leuiter ex propria affectione suspicetur, & iudicet de malo animo prælati aut de suo periculo ad mortale. Nec videtur sufficere, occasio remota ad peccatum, nec si leuiter puniatur: sed requiritur, quòd sit certitudo probabilis de prædictis, & acriter affligatur. Et hæc dixi, ne quis ex sua affectione corruptus, sibi somnia fingat, vt vult. Ideò in propria causa semper sunt consulendi alij Deum timentes; & non est propium sequendum iudicium, num licitus sit huiusmodi recursus, necne.

Suspicio non sufficit ad recursum.

Nota.

MOneo verò, & exhortor in Domino Iesu Christo, vt caueant fratres ab omni superbia, vana gloria, inuidia, auaritia, cura, & sollicitudine huius sæculi, detractione, & murmuratione. *Tex.*

95 POstquam S. Franciscus superiorum in subditos, & subditorum in suos prælatos in iis, quæ ad Regimen, obedientiam, & puram Regulæ obseruantiam spectant, præceptis ordinauit, & direxit expressis: generalem nunc omnibus superioribus, & subditis monitionem proponit; vt à præfatis malis se coerceant. Ab omni, inquit, superbia, hoc est, omni specie superbiæ, hypocrisi scilicet, elatione, ambitione, conuicio, contemptu, arrogantia, irreuerentia, insolentia, ingratitudine, & ab omni (inquit) superbia, vt intelligant, quamcunque eos superbiam cauere debere, nempè cordis, conuersationis, sermonis, & operis, ne humilitas promissa depereat. A vana gloria, ne per eam, bonum quod faciunt, perdant. Ab inuidia, ne mutui boni desit dilectio. Ab auaritia, quæ in rerum terrenarũ non habitarum cupiditate consistit, & in tenacitate rerum obtentarum; ne tantæ promissæ derogent paupertati. A cura, & sollicitudine huius sæculi, hoc

Monitiones vtilissimæ.

est secularium rerum; ne à propria, & cæterorum procuranda salute, & profectu virtutum impediantur. A detractione, & murmuratione, ne charitas erga proximum periclitetur, & pax.

Ad quam culpam obligent hæ monitiones.

Dubium.

96 Sed fortè dubitabis, cùm hæc omnia tanquam mortalia ex Dei lege videantur prohibita; cur hîc Pater Sanctus monitoriè fugienda exhortatur? Ad quod dico, quòd in omni genere capitalium peccatorum aliquid est mortale, & aliquid est veniale. Superbia, mortale est peccatum, cùm quis superbiendo putat gratiam, quam habet, ex seipso habere, nec Deum vult donatorem agnoscere, vel quia existimat se illam benè meruisse à Deo; quia Deus ita ei tenebatur facere, & secùs faciendo iniustè fecisset.

Solutio.

Superbia quando sit mortalis.

97 Vana gloria, mortalis est culpa, quando quis vanam gloriam, & laudem quęrit ad hoc; vt maiorem sibi vendicet licentiam, & viam ad facienda mortalia mala. Quia vbi finis est mortalis; mortalis ipsa vana gloria erit, quæ est ad talem finem. Vel quia vanè quis gloriatur de opere mortali, putà occidisse hominē probum, ignem iniecisse in magnum alteriùs iniu-

Vanagloria mortalis.

stum damnum, fœminas bonas rapuisse, vendicasse se iniustè de altero, & cætera id genus. Aut velle facere peccata ad vanam captandam gloriam, apud homines. Vel si faciendo aliquod ex suo genere opus bonum, putà eleemosynam, ieiunium, &c ad hunc principalem finem facit, vt vanam captet apud homines gloriam. Vel si sanè gloriatur in aliquo indifferentì bono, putà in veste pretiosa, in pulchritudine, in diuitiis, ad finem malum mortalem, trahendi scilicet alios ad peccatum.

98 Inuidia, mortale de se peccatum est, quia de bono dolet alieno & gaudet de malo. Vbi enim ex voluntate deliberata, & certa scientia, sine causa bona, quis de bono alterius dolet, vel gaudet de malo, mortaliter ex inuidia peccat: quia hoc est contra proximi charitatem. *Inuidia quando est mortalis.*

99 Auaritia, quæ inordinatus est appetitus habēdi aliquid, mortalis de se est; vt ait D. Tho. 2.2. q. 118. art. 1. siue sit in desiderādo bonū alterius, ità vt auferretur, si fieri posset, siue in appetendo ad temporalem vtilitatem, aliquid sibi illicitū, putà prælaturam, aliudve regimen, &c. ad quæ munera se indignum agnoscit, aut agnoscere debet; siue sit in acquirēdo per iniustitias, & fraudes, & vias illicitas mortales; siue sit in retinendo alienum scienter, & contra placitum eius, cuius res illa est, absque voluntate restituen- *Auaritia quando est mortalis.*

di eam tempore,& loco debito. Vel retinendo propria superflua,quæ nihil prosunt ad necessitatem, & ad statum personæ; adeò ardenti desiderio, vt potiùs eligatur, quòd res putrescant, & vastentur, quàm in vsum, & fructum aliorum tradantur.

Cura sæculi quando est mortalis culpa.

100 Cura, & sollicitudo huius sæculi, mortalis etiam culpa tunc est,cùm res necessariæ, & superfluitates nimis ardenti desiderantur affectu: adeò vt mens impediatur totaliter ad cogitandum de propria salute. Quare, qui sic de sæculo, seu sæcularibus rebus est sollicitus; vt contra Regulæ honestatem notabiliter faciat, vt illa dimittat, ad quæ ex lege aliqua obligante,vel voto Regulæ tenetur; mortaliter peccat.

Detractio quando sit mortalis.

101 Detractio item mortalis est, cum ex inuidia, aut odio, quis malè de altero loquitur. Vel si id solùm faciat ex lubricitate linguæ, & facilitate loquendi: si tamen malum quòd dicitur, in magnum alterius damnum cedere possit: quia cauenda est dicendi leuitas, quando ad grande alterius damnum,cedit.

Murmuratio quãdo sit mortalis.

102 Murmuratio, etiam mortalis est, cùm quis scienter impugnat Dei iudicia, aut superiorum auctoritatem: vel cùm ad suscitandum scandalum, ordinatur. Vbi enim prædicta ex deliberatione, certáque scientia.& pleno fiunt consensu;mortalia sunt peccata absque du-

bio. At si per ignorantiam, aut ex primo motu absque pleno consensu admittantur sæpè sunt venialia. Superbia verò venialis erit, quando quis aliquam putat se habere gratiam, quam non habet: putà viriliter resistendi tentationibus, & mirabilia faciendi pro Deo: quia scilicet ad hoc satis bonas habet coniecturas, quanquam fortè non ita sit. Si enim hoc per ignorantiam ita esse putat, aut ipsum putare non est penitùs affirmatiuum; tantùm venialis erit culpa. Securuis tamen est, neminem simpliciter talibus sic confidere, & inhærere; quin semper Diuinorum iudiciorum, & humanæ fragilitatis rationalis timor habeatur.

Superbia aliquando est venialis.

Vana gloria quæ leuis est placentia in laude alicuius, non nisi venialis est culpa. Et generaliter vbi in aliquo bono subrepit opere; non quasi finis ad faciendum opus illud principaliter intentum. Quod clariùs dicitur. Quicunque vanam laudem, seu gloriam inordinatè appetit, ità tamen, quòd Deum sibi cæteris omnibus præponit, nec aliquid contra Deum faceret, pro gloria assequenda; non criminaliter, sed venialiter, tantùm peccat.

Vana gloria venialis, quando.

Inuidia, quæ per deliberationem quandam non tamen plenam, seu completam subrepit, venialis erit. Quia licèt non repellatur in primo motu quamcitiùs fieri

Inuidia venialis quando.

potest, quia tamen depellitur antequàm plenus habeatur consensus, & incipit displicere; non mortalis, sed venialis erit culpa.

Auaritia venialis quando. Auaritia item, quæ in appetitu alienorum bonorum consistit, vel rei non sibi licitæ, venialis tantummodò culpa erit, si ex voluntate non absoluta, sed sub conditione expressa, vel saltē subintellecta appetatur: vt putà, vellem hoc, vel hoc si absque Dei offensione, aut damno proximi, habere possem. Vel generaliter vbi amor rei, desiderium est rei exiguæ, vel ipsum desiderium exiguum, & paruum est, adeò vt nullo modo vellet pro illa re Deū offendere. Exiguitas enim rei, vel desiderii, à mortali (secundùm omnes) excusat.

Cura sæculi venialis quando. Idémque dicendum est, de cura, & sollicitudine sæculi. Si enim talis est, quòd licèt magno amore curis sæculi quis se occupet, non tamen tanto, quòd Deum velit offendere, & necessaria saluti omittere, veniale peccatum est tantùm.

Detractio item, quæ non ex odio, aut inuidia nascitur, sed ex facilitate loquendi: si non in magnum, sed exiguum damnum cedit alterius; venialis est.

Murmuratio venialis, quando. Murmur etiam, contra Diuinam prouidentiam, aut superiorum auctoritatem, si non ex superbia intellectus fiat, nolētis se in obsequium Fidei, & superiorum cap-

tiuare, nec ex nimis deprauata voluntate, sed ex quadam leuitate, nec pleno affectu & consensu, crimen erit ex huiusmodi circunstantiis, veniale. Et generaliter tam in prædictis, quam in cæteris criminalibus culpis, vbi per ignorantiã inuincibilem, vel ex primo voluntatis motu, absque pleno consensu delinquitur, non nisi veniale erit peccatum, & aliquandò nullum: pro eò quòd consensus est ille, qui principaliter facit peccatum. Vt de prædictis omnibus latè potest videri Gerson tom. 2. alphab. 32. de cognitione peccati.

Causæ excusantes à mortali.

Propter hanc ergò distinctionem mortalis, & venialis culpæ, hæc in Regula exhortatoriè ponuntur. Quia cùm ad perfectionem secundùm nostram professionem tendere debeamus: à venialibus abstinere, prout possibile est, conari debemus. Ne iis neglectis, faciliùs in mortalia incurramus, vel per illa multis meritis priuemur.

Perfectio excludit venialia.

Quem affectum producat culpa venialis.

103 VEniale enim peccatum, licèt lethiferum vulnus nõ sit, quòd vita gratiæ animam interimat, sicut mortale facit peccatum: est tamen vulnus circa mortem, quia ad mortale disponit.

Venialis culpa quid inducat.

Et satis dignum est, vt humilitatis, & perfectionis altissimæ professores, rursum superbiendo, proximis inuidendo, cupiditatibus, & curis, & negotiis sæculi, detractionibus, & murmurationibus, se iterum, (licèt infrà terminos venialis culpæ) immiscendo, ad animam enecandam, seu vita gratiæ interimendam, accedant.

Veniale nō stat cum merito. Nec item venialis culpa, simul cum actu meritorio in eadem anima, & tempore: se compatiuntur. Vt scilicet eadem oratio, eleemosyna, ieiuniū, & huius generis alia; quæ ex vana gloria, venialia redduntur, meritoria gloriæ, seu augmenti maioris gratiæ, sint. Non enim idem actus meritorius esse potest, & culpabilis, licèt venialiter: quia impossibile est eandem animam simul agere meritoriè, & venialiter demereri; quoniam nullus peccando meretur vitam ęternam. Nam tantæ vis, & malitiæ est veniale peccatum, vt tollat ab actu, quem inficit, meritum æternæ vitæ: quamuis prædictum meritum non tollat a persona. Etenim multi sunt sancti viri, qui absque eo quòd æternæ vitæ meritum perdant, peccant venialiter: Verùm per illos actus qui peccata sunt venialia, non merentur vitam æternam. Vt exactè hæc videri possunt per Caietanum tom. 1. opusc. tractatu. 31. respons. 14. & 2. 2 q 33. art. 2. ad 3. Et hoc, secundùm Gerso. tom. 3. alpahb. 63. lect. 5.

lect. 5. de vita spirituali animæ, dicere volunt Theologi, affirmantes veniale peccatum non esse contra charitatem, sed contra charitatis feruorem. Vocant enim feruorem, actionem ipsam ex charitate procedentem, quæ quidem actio pro tunc impeditur, dum peccatum veniale committitur. Et ex iis patet, quàm fugienda sit culpa venialis, & quàm rationabiliter in Regula, vt fugibilis à S. Francisco exhortatoriè proponatur. Etenim meritoriam impedit actionem, ac in magnum gloriæ augmenti cedit detrimentum. Tandem à cura literarum Beatus Pater hisce verbis indoctos fratres suos coercet, dicens.

ET non curent nescientes literas, literas discere, sed attendant, quòd super omnia habere debent spiritum Domini, & sanctam eius operationem. *Tex.*

De studio literarum.

104 MIraberis fortasse, cur Pater Sanctus hîc literarum studium minimè commendet, sed potiùs dissuadere videatur? cùm in suo Ordine prædicatores esse velit, eosdémque de debito prædicandi modo specialiter instruat: vt ex nono Regulæ capite patet. Ex quo *Studium literarum quàm necessarium.*

præcipuè nobis ſtudium literarum conuenire conuincitur: qui per prædicationis officium, ſaluti proximorum inſiſtimus. Hoc enim prædicationis munus, ſacræ Scripturæ notitiam requirit, quæ in pleriſque locis ſubtili indiget expoſitione. Quare ne ex imperitia, errores pro veritate doceamus, neceſſe nobis eſt, ſacræ Scripturæ habere ſtudium, & Magiſtros. Vnde Nicol. in capite Exiit. ſatis nobis ſtudium literarum aſſerit conuenire. Quod & Martin. V. in ſuis conſtitut. capite 10. confirmans, ait: (Exhortantes ſtrictiſſimè in viſceribus Ieſu Chriſti fratres omnes, vt vbicunque viderint idoneos ad ſtudia promouendos, totis viribus auxilium eiſdem, conſilium, & fauorem impendant: cùm ſcientia, donum Dei ſit, armatura ad defenſandum ſanctam fidem catholicam, corona Ordinis, lumen veritatis, & vita in tenebris ambulantium.) hæc ille.

Studium literarum cur non ſuadetur.

105 Sed fortè ſtudium literarum expreſſè ſuadere non curauit; quia iam videbat nos ſatis ex naturali appetitu ad capeſſendas ſcientias, inclinari. Et inſuper, ex ſtatu noſtro à mundi curis, & ſollicitudinibus abſtracto, & vtili exercitio prædicandi, in Regula demandato, ſatis ad ſacras literas nos ordinatos ſuppoſuit. Ne autem putaremus principale in chartis, & literis ſtudium eſſe po-

nendùm, sed magis spiritualis sapientiæ priùs, postmodùm literarum studium esse sectandum; iuxta illud Dauidicum Psalm. 118. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me: Ideò priùs ab immoderato, irreligiosòque literarum studio nos retrahendo, cui potissimum studio sit nauandum statim tradidit, inquiens. (Et attendant, quòd super omnia desiderare debent habere spiritum Domini, & sanctam eius operationem.) Ac si dicat, non literarum studium, super omnia sectandum est, sed studendum super omnia est, ad habendum SpiritumDomini, & deuotionis, cui & ipsum studium literarum, & cætera omnia inseruire debent.

106 Non ergo simpliciter hîc, studium dissuadetur literarum, si pro omnibus fratribus hæc paterna exhortatio est intelligenda, sed superfluum illud studium quod à studio orationis, & deuotionis, & charitatis retrahit fratres, secundùm communiter Doctores. Vnde Hugò dixit. (Neque enim Sanct. Franc. reprehendit, aut dissuasit vnquam studium literarum, nisi propter hoc, à necessariis declinet vita studentium: immò & deuotè studentem, sacræ promouent literæ ad virtutes) hæc ille. Sed si simpliciter, & absolutè est intelligenda exhortatio; ad laicos tantùm, & illiteratos est sermo, vt omnes Regulæ expositores

Studium literarum non reprehenditur hîc.

Laici prohibentur studere.

1.Cor.7. res fatentur. Vult enim Regula hîc, vt quisque in sua vocatione permaneat, & non procurent laici ad clericatum, de laicatu ascendere, nec literas discere præsumant, vltra suam vocationem. Et licèt hoc ex Reg. non nisi tantùm exhortatio eis sit, ex iure tamen Diuino prohibitum est laicis, studio literarum incumbere: vt quisque iuxta Apost. verbum Ephes. quarto dignè in sua vocatione ambulet, in qua vocatus est. Et ex statutis Papalibus prohibetur illis, de laicatu ad clericatum ascendere: vt in compend. priuileg. titulo. Laici fratres, videri potest.

Clerici hortantur ad studium.

107 Clericis verò minimè id dissuasit, sed magis voluit, quòd debitè, & religiosè studerent: cùm ad confessiones audiendas, vel ad prædicationis munus, sint vocati. Quæ quidem absque literarum studio, minimè sine errore fieri poterunt. Vnde ipse B. pater, cùm paucas literas sciret, postmodùm non solùm orando, (vt dicit Hugo) sed etiam studendo profecit: & alios fratres in diuinis studere literis voluit: & vt sacræ Scripturæ Doctores, in maxima haberentur reuerentia mandauit. Cúmque Euangelium dicat, Mat. 5. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum: quis sanæ mentis dicet, quòd literatis sacrarum literarum studium, vetuerit Pater sanctus? Hæc

enim ſcientia non ſolùm ad aliorum eruditionem eſt vtilis, ſed etiam ad propriam inſtructionem, vt ſeruus Dei ſciat ſeipſum benè regere, virtutes à vitiis diſcernere, & notitiam Dei, & futurorum præmiorum clariùs intelligere; & in omnibus cautiùs, & fructuoſiùs conuerſari.

Quòd gratia deuotionis, & orationis à fratribus ſit expetenda ſuper omnia.

108 NOn ergò ſtudium vetuit literarum, ſed magis neceſſariis, magis inſiſtendum eſſe ſuaſit: inquiens. (Attendant fratres, quòd ſuper omnia deſiderare debent habere ſpiritum Domini, & ſanctam eius operationem.) Virtutes ſcientiis præponi debent, quoniam nulla potior ſcientia, quàm practica virtutum: meritò ergò ſuper omnia ſpiritum Domini, & ſanctam eius operationem deſideranda, inſinuandum fratribus erat à Seraphico Patre in Regula. Qnoniam ſi huius Regulæ vitam feruenter fratres debeant inſectari: potiùs edocendi à Deo ſunt, per influxus gratuitos, & per affectus cordiales in ſolum Deum eleuatos & fixos, quàm per literæ ſtudium. Immò credo, quòd abſque Diuinæ illuminationis radio & igniculo, ne-

mo possit medullam sanctarum Scripturarum penetrare perfectè. Et fortassis, nec aliqualiter penetrare poterit, absque aliqua vanitate, & sine magna insipiditate. Et sæpe experentia docuit, quosdam simplices fratres, soli mentali studio & deuotioni vacantes, perspicatiores & longè peritiores in Diuinis sacrarum Scripturarum sensibus extitisse: quàm quosdam fratres literas profitentes, qui tamen sola albugine, seu cortice literæ suos habent oculos velatos. Iure ergò à Seraphico Patre, literatis & illiteratis fratribus, duo hæc super omnia attendenda, & exoptanda proponuntur: Domini scilicet, habere spiritum, & sanctam insuper eius operationem. Spiritum Domini habendum signanter dicit, quia potius est habere Spiritum Domini, quàm habitus gratiarum, seu diuinarum habere virtutum.

Tum quia ipse Dominus est fons, terminus, & obiectum earum. Tum quia habitus prædicti, minimè haberi possunt sine continentia, & immediata inhabitatione spiritus Christi. Tum quia ipsis gratiis, nihil appretiandum, vel quærendum, nisi ipsemet Domini spiritus, qui est supersubstantialiter omne bonum. Tum quia à suis fratribus quandam participationem Spiritus Christi desiderari vult, vt, quò fieri potest, conformes eius vitæ reddantur. Ideò dicit.

Spiritus Domini quis sit.

(Et sanctam eius operationem.) Vt ex Christi exemplo nobis probaret quatuor actus esse summos, summóque ad eos conatu fore contendendum: quos prosequendo, subnectit dicens.

ORare semper ad Deum puro corde, & habere humilitatem, & patientiam in persecutoone, & infirmitate, & diligere eos, qui nos persequuntur, reprehendunt, & arguũt: Quia dicit Dominus, diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.

109 SAnctam Domini operationem specificat per orare semper, & puro corde ad Deum. Et per humiliari infra seipsum. Et per patientiam in omnibus aduersis. Et per perfectam, omnium non solùm amicorum, sed etiam inimicorum dilectionem. Orationem, tanquam præcipuam spiritus operationem, proponit. Quoniam (vt Apostolus inquit) spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ideò ad orandum semper monitoriè hortatur. Iuxta illud Luc. 18. Oportet semper orare, & nunquam deficere. Quòd simpliciter secundùm Sanct. Bonau. intelligitur, vt semper orare, sit horas canonicas quotidie debito more dicere. Vel semper beneface-

Operatio sancta Domini quæ sit.

Rom. 8.

te, quia ſemper orat, qui ſemper benè operatur : Vel ſpiritum deuotionis,ſemper inuiolabiliter obſeruare. Hæc enim deuotio, inter quaſcunque operationes, & occupationes, gemitibus ſolet, & ſuſpiriis inenarrabilibus, Chriſti clementiam implorare. Puro etiam corde orandum dicit, vt in oratione puri cordis, non ſolùm communem abſtinentiam & ſobrietatem à delitiis carnis includat : ſed etiam omnem abſterſionem, & depurationem a quibuſque illecebris, & fantaſmatum nebulis. Vt ſic ſereno mentis oculo, & puro orent corde,ac ſi in cælis eſſent,videntes faciem Dei ſui.

Oratio ternominatur in Regula.

110 Et nota,quod ter in Regula de oratione agitur, primò, in tertio capit. vt Diuini cultus primatum in oratione eſſe ſcias. Secundò,in 5. cap. vt virtualis obſequii & laboris primatus, in oratione eſſe oſtendatur. Tertiò,n hoc capite. 10. vt in oratione omnis ſtudii ſapientialis ſacramentum Scripturarum primatus, eſſe probetur. Iuxta illud Apoſtoli Iaco. prim. Si quis indiget ſapientia, poſtulet à Deo. Per ipſam enim orationem, & in ipſa,intimè & ſapientiſſimè tenetur, guſtatur, & cernitur ſummum bonum. De qua, pulchra videre poteris apud Gerſo.alphab.49 de oratione & in Opuſculis S Bonauen. in Regulis nouitiorum capite 2

111 Post iugem autem, & puram orationem; ad humilitatem, patientiam, charitatem hortatur. Humilitas post orationem immediatè subnectitur; quia ipsa Deo, & hominibus maximè grata esse assolet. Vnde Scriptura Diuina testatur, Spiritum Domini super humiles requiescere. Et quia Minoribus fratibus iuxta sui humillimi exigentiam status, proprijssima virtus esse debet; eam patientiæ præponit. Et quia ipsa humilitas fundamentum est patientiæ; sicut superbia impatientiæ fundamentum probatur. Iuxta illud Prou. 13. Inter superbos semper sunt iurgia. Immò sicut superbia radix cuiuslibet improbæ affectionis est; sic ex aduerso omnem piam affectionem ipsa humilitas parit. Patientia deindè in persecutione, quæ est aduersitas ad extra; & in infirmitate, quæ est aduersitas ad intra, habenda est. In persecutione, quia scriptum est 1. Tim. 3. Omnes, qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem patientur. Tunc enim fratres verè Minores esse probantur; cùm patientiam ad eos, qui nobis benefacientibus, damna, probra, & calumnias inferunt; placido corde seruauerint indefessam. Nihilque mali pro malis, facto, verbo, rancore, vel signo responderint; sed magis orationis, & beneficiorum rependerint actiones. Et insuper si in infirmitatibus eandem seruauerint. Quæ tunc verè seruatur, quando

Humilitas quàm necessaria.

Isai. 57.

Patientia quàm necessaria.

Infirmi quomodo se habere debent. frater infirmus paucis obsequijs, paucísq; remedijs contentatur iuxta exigentiam paupertatis. In quo magis reperiuntur vitiosi, qui à sæculo ad Religionẽ paupertimi venerunt De quibus S. Hieronym. ad Eustochium, inquit. [Sunt nonnulli viles, & abiecti in sæculo, qui quotidianis laboribus se vltra vires affligentes pro victu captando vilissimè, & vix satis fabis, & rapis cum pane hordeaceo saturantur: cùm Christi verò ad mensam accedunt, & Christi militiam suscipiunt, suæ egestatis obliti, lautiora quærunt, quàm milites, qui sunt assueti magnificis, hæc autem omnia in Christi, & Apostolica vita, locum non habeant.] hæc ille.

Charitas in persecutores. 112 Charitas demum in eos, qui nos persequuntur, & irrationabiliter reprehendunt, & arguunt, rationabiliter exercenda monetur, vt veri Christi discipuli inueniamur; Qui inimicos diligendos mandauit, & orandum pro ijs, qui nos persequuntur, & falsi criminis impositione calumniantur. Quoniam beati sunt, qui ob iustitiam, persecutionem patiuntur: & horum, regnum cœlorum esse, Scriptura testatur. Verùm quia incassùm bonum agitur, si ante vitæ terminum deseratur: ideò sequitur hìc,

QVI AVTEM PERSEVERauerit vsque in finem, hic saluus erit.

113 QVoniam tam in fugiendis malis, quàm in sectandis bonis; ipsa perseuerantia, & recta finis consummatio coronabitur, & hæc de decimo capitulo.

De suspectis consortijs mulierum, & ingressu Monasteriorum Monialium, & compaternitatibus vitandis. Cap. XI.

PRæcipio firmiter fratribus vniuersis, ne habeant suspecta consortia, vel consilia mulierum, & quòd non &c. Tex.

HAbito, in Decimo superiori capitulo, de speciali interiori regimine; quemadmodum prælati circa subditos præcipiendo, & subditi ad suos superiores obediendo, & Regulæ pura obseruantia se habere inuicem debeant. In hoc vndecimo capitulo docemur, quonam modo ad exteriora regi debeamus: ad purissimam tuendam castitatem, & famæ sinceritatem ab omni turpitudinis labe. Et sicut sub præcepto firmissimo, Pater sanctus, receptionem pecuniæ *Castitas strictè præcipitur hic*

in quarto Regulæ capitulo prohibuit fratribus, quòd ad paupertatis puritatem ſpectat, dicens, [Præcipio firmiter fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant.] Et ſub firmiſſimo item præcepto in decimo capite in omnibus, quæ contra animam, & Regulam non ſunt, obediendum eſſe ſuperioribus præcepit; quod ad humilitatem obedientiæ attinet, inquiens. [Firmiter præcipio fratribus, vt obediant ſuis Miniſtris in omnibus, & cætera. Ita nunc ſub firmiſſimo etiam præcepto, pro ſanctæ caſtitatis pura obſeruantia, & famæ ſinceritate, tria nobis intercedit: ſuſpecta, ſcilicet mulierum conſortia, ingreſſum ad moniales, & compaternitates. Vult enim Pater ſanctus, noſtram eſſe conuerſationem puriſſimam, tutiſſimam, & clariſſimam, & ideò hæc tria inhibet, per quæ ſolet inſici puritas, periclitari ſecuritas, & obſcurari claritas.

Conſortia ſuſpecta prohibentur.

2 Sciebat ſanctus Pater hominis fragilitatem, & pronitatem ad malum; hoſtis infernalis aſtutiam, & ſagacitatem; & mulierum contagioſam affabilitatem; ideò ſuſpecta hîc earum conſortia in geſtu, & conſilia in affatu, ſuis fratribus interdicit. Nec tantùm ſuſpecta nobis mulierum, ſed etiam cuiuſuis perſonæ conſortia, prohibet; vt inquit S, Bonau. & cæteri expoſitores hîc. Quia ſicut Do-

minus noster prohibendo mœchiam, non solùm minorem prohibet lapsum, qui est fornicatio, sed & omnem maiorem turpitudinem, qua corpus seminaliter inquinatur: Sic in proposito, prohibendo hîc Beat. Pater suspecta mulierum consortia; prohibet & suspecta consortia virorum quorumcúnque.

3 Et per suspectum consortium, quod nobis ex vi Regulæ prohibetur. Bonauen. intelligit, tum consortium cuiuscúnque personæ, quod nobis enormis tentationis excitat stimulum, & crimini præstat fomentum; tum quòd probabiliter potest apud aliud, vel alios, scandalum de impudicitia generare. Antonio autem Cordubensi magis placet, quòd hîc nobis tantùm interdicatur consortium secundo modo dictum; scilicet, quod potest apud alios scandalum de impudicitia generare. Et ratio est quia directè per castitatis votum, tenemur omnem vitare impudicitiam, corde, ore, & opere quomodocúnque contrahendam; vtputà impudicitiam aspectus, tactus, affatus, & cogitatus carnalis Et indirectè eodem tenemur voto, quascúnque proximas vitare occasiones ad impudicitiam impellentes. Et sic suspecta quarumcúnque personarum consortia, vel consilia, ex quibus probabiliter nobis ad immunditiam, seu contra castitatem, corde, ore, vel opere præberetur pec-

Consortia suspecta prohibentur.

candi occaſio, videntur interdicta, ex ipſo voto caſtitatis, quod Petr. Ioann. annotauit in fine huius capituli. Quare, non eſt cur iterum ſub præcepto, ſint prohibenda. Atqui ex vi voti caſtitatis, ſuſpecta non tenemur vitare conſortia, quæ alijs ad immunditiam, ſcandalum, ſeu offendiculum eſſe poſſent, licèt ad hoc diuino, & naturali iure teneamur iuxta illud Matth. 18. væ homini illi per quem ſcandalum venerit. Ideò Beatus Pater id nobis in hoc capite ſpecialiter interdicit. Sed quoniam Sanctus Bonauentura, & communis expoſitorum ſententia habet, ſuſpecta hîc conſortia non ſolùm ad euitanda ſcandala, ſed etiam ad puram mentis, & corporis caſtitatem ſeruandam, eſſe interdicta: ideò à tanto viro, & communi omnium ſententia, non eſt tutum recedere.

Suſpectū conſortiū quid ſit. 4 Et ſi quæras, quænam ſuſpecta dicenda ſint conſortia ex quibus alij ſcandalum haurire poterunt? Dico ex pluribus id eſſe conditionibus ſpectandum; vtpotè ex genere ipſius actus, & ex circumſtantijs perſonarum, loci temporis frequentiæ, &c. huiuſmodi: vt dicunt quatuor Magiſtri, & communiter Regulæ expoſitores in hoc paſſu. Vnde Sanct. Bonau. dicit, quòd ſuſpectum conſortium, non ſolùm eſt cum muliere ſeu perſona ſuſpecta, ſed etiam cùm omni alia, vbi

locus; tempus, gestus, aspectus, & alia indicia suspicionem probabilem immunditiæ generare solent. Scilicet si pro colloquijs habendis locus quæratur solitarius, aut obscurus; tempus nocturnum, aut aliàs importunum, putà quando fratres omnes sunt in Choro, vel in refectorio; si gestus sit dissolutus, putà nimia appropinquatio ad mulierem, vel nimia affixio oculorum ad faciem eius, vel manuum contactus. Item si talia consortia, vel colloquia fiant excluso aliorum auditu, licèt non visu; & sunt cùm eadem persona prolongata, aut frequentata, absque vlla manifesta, pia, seu rationabili causa. His enim concurrentibus vel in toto, vel in parte; suspecta ipsa consortia, vel colloquia communiter redduntur. Et in his maximè ætas, & conditio personarum attendenda est. Et Petr. Ioann. ait, quòd suspecta consortia, non solùm per mutuam præsentiam, sed etiam in absentia multipliciter per literas, per dona, per nuncios, & cætera huiusmodi, sæpe contrahi solent. Et Hugo, Barth. Pisa. & Ioan. de Valentia dicunt, in hoc cap. 11. quòd si alicui fratri dissuadetur, & eò magis si prohibetur per prælatos colloquium alicuius mulieris, vel familiaritas alterius personæ, cum qua suspicio possit oriri; & ex hoc quòd timetur de impudicitia aliqua; si reiterat, iam de facto, se suspectum reddit. Et habetur

in conſtitutionibus B. Ioann. de Capiſtrano cap. 11.

Familiaritas inducens peccatum.

5 Et ex ijs patere poteſt, quoties à multis mortaliter peccatur in familiaritatibus, & viſitationibus frequentibus mulierum, ſeu iuuenum, licèt malo animo non fiant; propter ſcandalum, & ſuſpicionem ſiniſtram, quam alij, & maximè ſæculares concipere poſſunt.

Nota.

Vbi enim frequentia, aliquam ex ſuprapoſitis circunſtantijs abſque vlla excuſante cauſa adiunctam habuerit; ex quo rationabiliter ſuſpicio oriri poteſt: mortaliter peccabitur, ex ſcandalo dato. Qui enim aduertit, aut aduertere debens, alios ex ſuo (nulla excuſante cauſa) agendi modo ſcandalizari, & proniores fieri ad peccandum; & nihilominùs ab incepto non deſiſtit; ex ſcandalo actiuo dato, mortaliter, ſeu venialiter peccabit ſecundùm ſcandali rationem. Quoniam quiſque ab omni actu cui non aliunde eſt aſtrictus, deſiſtere tenetur; quando timetur, aut ſecundùm vehementem coniecturam timere debet ſcandalum paſſiuum puſillorum, quouſque illud euacuatum fuerit. vt habetur in Gerſon. to. 2. Alphab. 24. lit. H.

6. Ingreſſus item ad Monialiũ monaſteria ſpecialiter prohibetur. Tum quia ſub ſpecie ſpiritualis amoris, occultiùs, faciliùs, & periculoſiùs carnalis incentiuum

amoris, & familiaritatis, insurgit. Tum quia horribilior hinc infamia, & scandalum oriri posset: Tum etiam quia ad sacratas Christi sponsas, purior, timoratior & reuerentior quàm ad alias accessus esse debet, ideò dicit.

ET ne ingrediantur monasteria Monacharum: præter illos, quibus à Sede Apostolica concessa est licentia specialis.

7 INgressus, non accessus ad Monasteria Monacharum, prohibetur: qui tunc est, quando quis ad claustra, domos, & officinas interiores ingreditur. Quoniam nomine monasterii, prædicta tantùm Nicolaus iij. intelligenda decreuit: pro eo, quod ad alia loca, vbi homines sæculares conueniunt, vt putà cratē, loquutorium, Ecclesiam, &c. possunt fratres illuc causa prædicationis, vel eleemosynæ petendæ, accedere: quibus id à superioribus suis pro sua fuerit maturitate, vel idoneitate concessum. Vt per dictum Nicol. 3. in cap. Exiit §. Denique, extat declaratum; & per omnes Regulæ expositores, *Accessus ad monasteria non prohibetur.*

8 Et licèt, vsque ad tempora Grego. IX. aliqui fratres intellexerint, & voluerint, hîc tantummodò prohiberi ingressum, ad monasteria pauperum Monialium Sanct. Claræ inclusarum, cùm de eis Sedes Apo- *Ingressus qualis prohibeatur.*

ſtolica curam habeat ſpecialem. Cuius gratia putabant dictum eſſe, in Regula (præter illos, quibus à Sede Apoſtolica, conceſſa eſt licentia ſpecialis:) Per dictũ tamen Greg. 9. & Nic. declaratum eſt; generaliter id eſſe prohibitum de quarúmlibet cænobiis Moniali ũ. Quare, licèt ſpecialiter pro monaſteriis Monialium S. Claræ, ſecundùm Sanct. Bonau. & Petrum Ioan. hîc, iſta intelligi poſſit prohibitio; quia præfata pericula fortiùs, & faciliùs inſurgere cum huiuſmodi Monialibus poſſent, quæ ſub Ordinis regimine ſpecialiter ſubſunt. Attamen pro cunctis quarúmcúnque Monacharum, ſeu ſororum cænobiis; & Tertiariarum religioſarum collegiatarum, regularem vitam canonicè profitentium, ſiue incluſæ ſint, ſiue non; ex Regula cunctis fratribus prohibetur ingreſſus. Vt ex dictis Põtificibus, & Eugenio 4. conſtat. Et ita Sanct. Bonau. Hugo, & cæteri poſt dictum Gregor. 9. expoſitores; & Collector compend. tit. ingred monaſt. in ſecundo Notab. intellexerunt. Generalis enim prohibitio cum ſit; nullum Monacharum quarumlibet excipit cænobium. Et nos non ad intentionem Sanct. Franciſci, quam neſcimus, ſed ad literam, quam vouimus, & communem, ac rationabilem aſtringimur intellectum. Omnes autem mulieres communiter viuentes, & regularem obſeruantiam canonicè

profitentes Monachæ; & earum domus, monasteria dici possunt. Quod annotauit Hug. hic. Ideò ab horum monasteriorum ingressum generalis Regulæ prohibitio arcet: licèt Inno. 4. & Alex. 4. aliter senserint. Quorum declarationes per Nicol. 3. fuerunt abolitæ: prout videri potest in compendio vbi sup §. 8.

9 Immò secundùm Sanct. Bonauen. sicut Monachi appellantur non solùm qui in collegio viuunt, sed etiam qui solitarii vitam degunt: sic & Monachæ, & Moniales, non solùm collegiatæ dicendæ sunt: verumetiam inclusæ, & quæ solitariam vitam agunt. Ideóque hæ, sicut collegiatæ vitandæ sunt, & eò magis propter maius periculum solitudinis. Cuius dictum impugnari ex eò posse videtur, quòd solitariæ licèt Monachæ sint, non tamen earum habitationes sunt propriè Monasteria, seu cœnobia Monacharum. Monasterium namque, collegium, seu communem Religiosarum mulierum ad simul habitandum, & conuenientium congregatarum, denotat habitationem. Et ex Regula ipsa, non nisi ingressus ad monasteria Monialium, fratribus interdicitur. Nec ex declarationibus, & prohibitionibus Papalibus ad præfatas solitarias accessus videtur esse prohibitus, vt in compendio. tit. ingress. monast. videri potest. Adhuc tamen videtur saltem ex intentione huius præcepti,

Monachi qui appellādi sunt.

minimè fratribus licere, talia Religiosarum solitariarum ingredi loca: propter eandem periculi scilicet, & scandali, rationem æquè in istis, & fortè magis solitariis, & in illis collegiatis militat Monialibus. Quamuis stando in rigore literæ, oppositum probabiliter teneri possit.

Ingressus ad tertiarias an liceat?

10 Ad loca autem interiora domorum, vbi mulieres honestæ (quamuis bizochæ, seu tertiariæ sint, collegialiter absque vlla tamen canonica professione conuiuunt: non videtur ex hoc Regulæ præcepto, nec ex Pontificum declarationibus, seu prohibitionibus interdictus ingressus. Quia huiusmodi mulieres, verè Monachæ non sunt; cùm sub nulla Regulari canonica professione viuant. Sicuti veræ Moniales, & etiam tertii Ordinis sorores, viuunt: quæ sub similitudine monasterij Regularis in congregatione conuiuunt, sub canonica tertii Ordinis professione: vt ex Beato Ioanne Capistrano, in fine 11. cap. colligitur. & ex Cordub. hîc, quæst. 2. habetur expresse. Ratione tamen periculi, vel scandali, tenemur ab earũ ingressu, & familiaritatibus frequentibus, seu suspectis cauere: sicut à suspectis consortiis aliarum quarumcúnque personarum, vt suprà dictum est.

Licentia ingrediendi monasteria.

11 Ex licentia tamen Sedis Apostolicæ, licitum erit fratribus monasteriorum

quarumcúnque Monacharum, seu sororum ingredi septa, modò talis licentia specialiter fratribus sit indulta. Quoniam vt ex verbis Reg. patet, de licentia speciali Papæ, conceditur fratribus præfata ingredi posse monasteria: vndè ex generali facultate, & indulto, minimè possent introire. Generalis autem facultas est, quando generaliter omnibus Christianis clericis, aut religiosis, in aliquo, seu aliquibus casibus præfata monasteria introire posse conceditur, nulla specialiter de fratribus minoribus facta mentione. Virtute quidem talis generalis facultatis, quæ in bullis, & confessionalibus quandoque fieri solet: nos fratres Minores minimè præfata monasteria, licitè introire possemus. Quia cùm ipsa Regula præcipiat, ne fratres ingrediantur monasteria Monacharum, (nisi quibus à Sede Apostolica concessa est licentia specialis) necessè est vt specialis pro Minoribus fratribus facultas fiat, vel quòd in speciali fiat mentio de illis, vel quòd aliquo modo constet de intentione Papæ, ad id præfatis fratribus facultatem indulgentis, alioquin contra Regulam peccarent.

Quando licitè ad Monasteria fiat ingressus.

12 CAsus autem, in quibus ex Apostolicis priuilegiis, specialis facultas

Ingressus ad monasteria quando liceat. Minoribus fratribus fit ingrediendi præfata monasteria; sunt septem. Primus, ex Pio 2. & Nic. 5. quod ingredi possunt claustra quarumcúnque Monialium (exceptis sororibus S. Claræ,) & alia loca ad quæ sęculares ingrediuntur; quando à suis superioribus, quicunque illi sint, & Guardianis mittuntur ad prædicandum in præfatis locis, & non aliter. Excepi sorores S. Claræ: quia licèt à præfatis Pontificibus generalis sit fratribus facta facultas pro quarumcúnque Monialium monasteriis: per Leonem tamen 10. reuocata est, quò ad prædictas Sanctæ Claræ sorores.

2. casus. Confessores ingrediuntur monasteria. Secundus, ex Innocen. 8. quòd confessores Monialium, tempore pestis ingredi poterunt earum monasteria ad celebrandum Missam; & ad audiendum confessiones illarum, quæ seruiunt pestilentiatis, & stant separatæ, nec cum aliis Monialibus conuersantur. Nam si huiusmodi Moniales pestilentiatis seruientes cum cæteris conuersarentur; non videtur pro eis intelligenda prædicta concessio, cùm de illis loquatur, quæ ab aliis segregatę sunt.

3. Casus. Tertius, ex Bonifacio 8. quòd fratres inuitati à prælatis Ecclesiasticis in suis diœcesibus, simulcum ipsis poterunt monasteria, & loca Monialium cuiuslibet Ordinis liberè ingredi ad defunctorum exequias celebrandas: ad confessiones in-

firmarum audiendas;ad processiones generales, & prædicationes faciendas; ex quibus sorores excipimus Sanctæ Claræ: quia per Leo. x. quò ad has, huiusmodi facultas fuit reuocata.

Quartus ex Leone X. quòd fratres vocati rogati, aut incitati à prælatis Ecclesiarum, aut prælatis, Religiosis, vel Visitatoribus, curam monasteriorum quarumcúnque Monialium habentibus; ad hoc, quòd visitent prædicta monasteria, vel exerceant ea omnia, quæ in monasteriis sibi subiectis exercere valent. Aut ad hoc, vt cum ipsis prælatis, Vel Visitatoribus ingrediantur ad videndum officinas, & totum interius monasterium; liberè præfata monasteria ingredi poterunt ad prædicta. Ita tamen, quòd si præfati fratres rogati, fuerint subditi; ad hoc suorum habeant licentiam prælatorum; & non aliter. *4. Casus.*

Quintus, ex eodem Leo. X. quòd ægrotantibus Monialibus Sanctæ Claræ, adeò grauiter, quòd ad cratem ad audiendam Missam venire nequeant: potest pro illo tempore earum confessor, vel prælatus superior, ingredi monasterium ad celebrandam Missam; ne tales Moniales sine Missa remaneant. Tenetur tamen confessor celebraturus ingrediens; ad nulla alia diuertere loca, nisi ad altare. Nec immorari intra septa poterit monasterii, nisi pro eo tempore, quo indiget *5. Casus. Ingressus pro Missa, & confessione.*

ad celebrădum. Nec cum sororibus alloqui potest, nisi pro rebus, quæ ad Missam celebrandam exiguntur.

6. casus. *Ingressus pro periculo mortis.* Sextus, videtur esse casus, in articulo extremæ necessitatis; putà si aliqua Monialis moriatur, & nullus inueniretur confessor pro audienda eius confessione. Vel ratione incendii, vel ruinæ, vel pro tuendis à quorumlibet violentia, monasterio, vel personis ibi degentibus. Quia extrema necessitas caret lege: & Vrbani 4. constitutionibus satis est conforme. Dixi in extrema necessitate, vt putà quando non est sufficiens copia aliarum personarum, quæ in tali necessitate possint, & velint succurrere. Quia vbi adesset qui sufficienter succurrerent, non possent fratres, nisi illius obsequiis monasterii sint deputati, septa ingredi monasterii. Quoniam illis tantùm à Gregorio 9. fit ad hæc specialis facultas. Et Minores fratres, absque speciali Sedis Apostolicæ cōcessione, Monialium monasteria ingredi non possunt: vt ex Regula constat. Et annotauit Collect. compend. tit. ingred. monast cas. 6.

7. casus Septimus erit. In omnibus aliis casibus in ipsarum Regula Monialium, & earum constitutionibus contentis. In quibus casibus & quomodo, & quibus in ipsa Regula; & constitutionibus à Summis Pontificibus approbatis, conceditur: sic & non aliter licitus erit ingressus.

ingreſſus. Vt ex Eugenio quarto & Leo. 10. Patet. De quibus omnibus videri poteſt Cordub. hic, q. 5. & Collector compendii, titulo ingred. monaſt. per totum.

13 Quicúnque verò frater Minor aliter, quàm dictum eſt, monaſteria quarumcúnque Monialium ingreſſus fuerit, mortaliter contra Regulam, & prohibitiones Papales peccabit, & cenſuras in eis taxatas incurret. Et tandem reſolutio huius materiæ ſit, quòd nullus frater Minor, qui curam, & regimen Monaſterii Monialium non habet, nec earum obſequiis eſt deputatus; ingredi poteſt monaſteria quarumcúnque Monialium, (excepto articulo extremæ neceſſitatis, vt ſuprà in ſexto caſu dictum eſt,) abſque tranſgreſſione ſuæ Regulæ, & ordinationum Summorum Pontificum; & incurſione cenſurarum, & pœnarum à Sacro Trident. Concil. ſeſſ. 25. capite 5. de regul & monial. Et à Gregorio xiij. conſt. 36. Vbi gratiæ. Et ab aliis Summ. Pontif. eius prædeceſſoribus inflictarum. Niſi à Sede Apoſtolica, vel à ſuperioribus ad hoc facultatem habentibus, licentiam in ſcriptis habuerit. Iuxta formam dicti ſac. Conc. Trid. Quæ quidem inhibitio ſicùt vniuerſalis eſt pro omnibus tam ſæcularibus, quàm eccleſiaſticis perſonis, & Religioſis, adeò vt nemini liceat cuiuſcúnque generis, aut conditio-

Ingreſſus ad monaſteria eſt mortalis culpa.

nis, sexus, vel ætatis fuerit, absque superiorum licentia in scriptis obtenta ingredi septa monasterii quarumcunque Monialium. Sic nec à superioribus dari potest nisi pro causis necessariis, etiam vigore cuiuscúnque facultatis, vel indulti. Vt in dicto Conc. Trid. habetur, & in dicta const. 36. Greg xiii. Vbi gratiæ &c. Immò nec ipsi prælati tã sæculares, quàm Regulares quibus cura, & regimen monasteriorum Monialium quouis modo incumbit; facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria prædicta, vllo modo ad libitum vti poterunt, sed tantùm in casibus necessariis, à paucis iisque senioribus, ac Religiosis comitati. Vt videri potest per constit. 75. Dubiis quæ emergunt, &c. editam à Greg. prædicto anno Domini 1581. Adeò vt qui contrafecerint, vltra necessarios casus ingredientes: si Pontificalis dignitatis fuerint, pro prima vice ab ingressu Ecclesiæ sunt interdicti: pro secunda, à munere Pontificali, & à Diuinis suspensi, ac deinceps ipso facto, absque alia declaratione excommunicati. Regulares verò omni officio, & ministerio priuati, excommunicationis sententiam similiter ipso facto incurrunt.

Et secundùm dicti sacri Conc. Trident. & Gregorii prædicti determinationes, debent intelligi, & Regulari concessiones suprà enarratæ, & aliæ si quæ sunt: vt. s. tantùm in casibus necessariis per eas

intelligatur facta facultas, quibus sit ingrediendi monasteria Monialium. Nam, vltra casus necessarios, nullius roboris & vigoris essent concessiones, & indulta si quæ essent, facientia facultatem prædictam ingrediendi Monialium monasteria: quoniam à dicta sacra Synodo Tridentina, & à Gregorio prædicto abrogata & annullata fuere.

Illud tamen aduertendum est, quòd qui præfatam Monialium clausuram sufficienti facultate, & in licitis casibus ingreditur, debet exire statim, expleto negotio, cuius gratia ingressus est: vt ex ipsis Monialium Regulis & ex ipsis Summorum pontif. concessionibus constat. Verúntamen si aliquantulùm ampliùs ibi demoretur, ex quadam curiositate videndi, purâ officinas, infirmariam, totam domum, aut colloquendi cum aliquibus Monialibus, non propterea mortaliter peccabit, aut censuram aliquam incurret. Dixi ex quadam curiositate, nam si corrupta intentione faceret supra dicta, tunc à mortali, & à censurarum incursione, non excusaretur. Vt annotauit Collect. comp. tit. ingred. monast. in fine primi principalis Notab.

De accessu ad loca exteriora monasteriorum Monialium.

Accessus ad exteriora monasterii, an liceat.

14 DE accessu autem ad loca exteriora seu omnibus generaliter patentia, vt sunt Ecclesiæ crates, loquutorium, an nobis ex ipsa Regula sit prohibitus necne? non est omnium eadem sententia. Quidam enim volunt, minimè esse prohibitum, quia Regula solùm de ingressu loquitur; ideò non debet ad accessum extendi: cùm ingressus, septa, & interiora monasteriorum respiciat, accessus autem, exteriora. Et huius sententiæ sunt Auct. tractatus decem plagarum, plaga 8. & 9. & Speculum fratrum minorum, cum aliis quamplurimis. Idémque videtur innuere Leo. decim. in priuilegio, Accipimus.

Alii verò contrariã asserunt sententiam, scilicet huiusmodi accessum ad exteriora, ex Regula esse prohibitum. Idque ideò quoniam Sancti Fracisci intentio in hac prohibitione ingrediendi monasteria Monialium, ea fuit; vt omne amoueret periculum, & scandalum, quod facile ex conuersatione, familiaritate, & frequentia cum Monialibus insurgere posset. Et ideò ad talia adeundi monasteria licentiam Sedi Apostolicæ reseruauit. Huiusmodi autem periculum, & scanda-

lum etiam sequi potest ex ipso accessu, & familiaritate cum Monialibus, in locis exterioribus prædictis; sicut ex ingressu ad loca interiora, licèt in hoc maius periculum esse possit. Ergò nedum ingressus, sed etiam accessus ad alloquendas Moniales ex Regula nobis videtur interdici.

15 Nec vis in nomine facienda est, quia scilicet in Regula de ingressu, non autem de accessu, vlla fiat mentio. Nomen enim, ingressus, non solùm ad interiora, sed etiam ad exteriora monasterii accessum complectitur: vt hic ex Hugone patet. Ingressum enim vocat, accessum ad Ecclesiam Monialium. Et Eugen. IIII. Nic V. Pius II. & Leo X. vt in compendio videri potest. tit. accedere. Accessum ad Ecclesiam, & ad loca communia, quò sæculares conueniunt, ingressum appellant. Quare minimè in nomine est facienda vis cùm vtrunque nomen, inuicem vnum pro altero, vsurpetur, sed ad intentionem præcepti ratio adhibenda est. *Ingressus, & accessus sunt idem in Reg.*

16 Idémque ex eiusdem Hugonis, qui antiquissimus fuit in Ordine ante Nicol. III, post Gregor. IX. comprobatur sententia. Ait enim ipse. (Ex Apostolica indulgentia, monasterio Monacharum ad interiores officinas restricto, Ecclesiam licèt potissimam monasterii officinam, sicut & alia loca, vbi sæculares con- *Hugonis sententia.*

ueniunt, in certis ingredi casibus possumus.] Si ergò ex indulgentia Apostolica, scilicet ipsius Gregor. IX. monasterium ad interiores officinas est restrictum: ex ipsa ergò Regula, omnia monasterij loca prohibebantur. Et hoc satis patet ex verbis Gregor. IX. & etiam Nicol. III. in Regulæ expositione. Quæ sunt ista. [Nos vtique generaliter id esse prohibitũ de quarúmlibet cœnobijs Monialium, respondemus. Et nomine monasterii, volumus claustrum, domos, & officinas interiores intelligi. Pro eo quòd ad alia loca, vbi etiam homines sæculares conueniunt, possunt fratres illi, causa prædicationis, vel eleemosynæ petendæ accedere; quibus id à superioribus suis, de sua fuerit maturitate, vel idoneitate concessum. Exceptis semper prædictarum monasteriorum inclusarum locis; ad quæ nulli datur accedendi facultas, sine licentia Sedis Apostolicæ speciali.) Hæc ille.

Ingressus quàm stricte prohibeatur ex Reg.

Quòd si ipsi pro monasterio solas volunt officinas interiores debere intelligi, ergò ex Regula non solæ interiores, sed etiam exteriores intelligebantur. Et si ipsi exceptuant loca exteriora monasteriorum Monialium Sanctæ Claræ, vt scilicet absque Sedis Apostolicæ speciali licentia, ad ea accedi non possit: patet, quòd ex Regula, omnia generaliter a-

liorum monasteriorum Monialium loca, accessus erat prohibitus. Quandoquidem nihil nobis ex declaratione papali vltra Regulam inhibetur, quòd, (vt in tertio præludio diximus) aliàs ex Regula, vel alio non sit iure prohibitum. Quòd si ex ipsa Regula ad has Monialium Sanctæ Claræ exteriores monasteriorum officinas, est prohibitus accessus, ad omnes pariter aliorum monasteriorum Monialium videtur interdictus. Cùm generaliter Regula (vt ipsimet Pontifices astruunt) de omnibus loquatur. Et prædicta confirmari videntur ex eo, quod Benedict. XII. in suis constit. capite 30. dixit. (Ministris quoque (inquit ipse) Custodibus, & Guardianis, districtiùs tenore præsentium duximus iniungendum, vt fratres dicti Ordinis sibi subditos arcere studeant, ab accessu ad monasteria Monialium quarumcùnque, iuxta Sancti Francisci Regulam, & Apostolica, ac ipsius Ordinis instituta.) Dum enim accessum ad monasteria quarumcúnque Monialium ex Regula asserit esse prohibitum, satis habetur intentum: nisi pro accessu ibi, ingressum debere intelligi, dicatur. Constat ergò quòd accedendi facultas ad præfata monasteriorum Monialium exteriora loca, non ex Regula, sed ex indulgentia Apostolica concessa est.

Quæ absque laxatione Regulæ esse constat: quia nunquam Regula dispensatione soluitur, vbi secundùm quòd ipsa ordinat agitur.

Prælati Ordinis dispensant in accessu ad exteriora monasteriorum Monialium loca.

Prælati concedunt accessum ad monasteria.

17 PRælati autem Ordinis ad præfata quarumcúnque Monialium, etiam Sanctæ Claræ exteriora loca, ex Papalibus concessionibus licentiare poterunt fratres; ad loquendum cum Monialibus, vbi eis opportunum visum fuerit, & ad alia opportuna exequenda. Quia licèt Gregor. IX. & Nicol. III. huiusmodi accessum concesserint fratribus, quibus à suis superioribus id pro sua fuerit maturitate, vel idoneitate concessum; pro omnibus Monalium monasteriis, (exceptis Sanctæ Claræ) idque tantùmmodò pro eleemosyna petenda, & prædicationis gratia. Eugenius tamen quartus generalem indulsit facultatem, vt scilicet fratres Minores ingredi possint loca quarumcúnque Monialium, vbi sæculares communiter intrant, de licentia suorum prælatorum. Et Nicolaus V. expressè id concessit pro monasteriis Sanctæ Claræ causa prædicationis

Eugen. 4.

Nic. 5.

Et Pius secundus ob eandem prædicationis causam generaliter pro omnibus Monialium monasterijs. Et Sixtus quartus concessit, quòd fratres de licentia suorum prælatorum accedere possint ad loca præfata exteriora, ad quæ sæculares accedunt, Monialium sanctæ Claræ, & & Sancti Dominici pro eleemosyna petenda, & causa celebrandi, & pro alijs licitis, & honestis negotijs. Et Alexander sextus idipsum concessit pro omnibus Monialium monasterijs (exceptis Sanctæ Claræ) non solùm causa eleemosynæ petendæ, vel prædicationis faciendæ: sed etiam pro spirituali visitatione consanguineorum, vel alia necessitate, & hoc de licentia Prouincialium. Et cùm Eugenij præfata concessio, generalis sit pro omnibus prælatis Ordinis, & pro omnibus Monialium monasterijs, & licitis causis; constat quòd non solùm Prouinciales ad id licentiare poterunt ex Apostolica concessione, sed etiam Custodes, & Guardiani, & quicunque in Ordine sunt prælati.

Six. 4.

Alex. 6.

Eug. 4.

18 Nec præfata Eugenii concessio, restricta, & limitata tacitè videtur, ex præfatis concessionibus Nicolai quinti, Pij secundi, Sixti quarti, & Alexandri sexti, vt habet Collector titul. accedere ad monast. Adeò vt prælati inferiores Prouincialibus, licentiare non possint, ad exteriora quarumcūque Monialium loca,

Prælati inferiores quid concedunt in accessu.

pro quibuſcúnque honeſtis cauſis. Sed quòd tantummodo licentiare poſſint ad monaſteria, quæ ſanctæ Claræ non ſunt, pro prædicatione tantùm agenda eleemoſyna petenda, ex Gregorio nono, & Nicolao tertio. Et ad ea, quæ ſanctæ Claræ ſunt, prædicandi gratia, ex Nicolao quinto, & Pio ſecundo. Et generaliter pro licitis, & honeſtis cauſis, nonniſi ad Monaſteria ſanctæ Claræ, & ſancti Dominici, vt ex Sixto prædicto patet. Quare, ad monaſteria ſancti Benedicti, vel ſancti Bernardi, vel ſancti Spiritus, & aliorum, quæ ſanctæ Claræ, aut ſancti Dominici non ſunt; minimè licentiare poſſunt, pro viſitatione Spirituali conſanguineorum, vel pro alijs licitis, & honeſtis cauſis, excepta prædicationis cauſa, & eleemoſynæ petendæ: ſed neceſſaria ſit ad hoc, Prouincialium facultas, vt ipſe compendij collector, dicit. Nam præfati Pontifices, noluerunt facultates ab eorum prædeceſſoribus indultas limitare, & reſtringere: ſed magis ad requiſitionem fratrum nouas, quæ petebantur, conceſſerũt. Et licèt aliquæ poſteriores facultates arctiores, & magis limitatæ ſint, quàm facultates, quæ à prædeceſſoribus Pontificibus extiterunt conceſſæ: Id euenit, quia Procuratores Ordinis, qui pro tempore fuere in curia Romana, neſcientes indulta, quæ antea fuerunt conceſſa, procurauerunt eadem,

Procurator Ordinis ſit vigilans.

vel consimilia, vel circa idem arctiora, vel strictiora, quàm antea fuerat concessum, vt ex prædictis concessionibus, intuenti patere potest. Alioquin, oporteret dicere, quòd ad sanctæ Claræ monasteriorum exteriora loca; ex nullius nostri Ordinis prælati, etiam Prouincialis licentia, haberi potest accessus. Quandoquidem ex Alexandri sexti, vltima concessione, Prouincialibus tantùm fit facultas licentiandi pro omnibus licitis causis ad exteriora loca quarumcúnque Monialium, exceptis sanctæ Claræ. Quare, si posteriores Pontificum facultates, priora arctant (& si nulla de arctatione fiat mentio) Pontificum indulta; pro nulla causa ad exteriora quorumcúnque Monialium loca, poterunt prælati inferiores Prouincialibus, mittere: cùm ex hac vltima Alexand. concessione, solis Prouincialibus ad id fiat facultas. Nec ipsi Prouincales ad ea, quæ sanctæ Claræ, sunt monasteria, facultatem impartiri possent; cùm ista, in hac Alexandri facultate excipiantur. Quod quidem ipse collector non admittit. Ideò ea, quæ Eugenii est facultas reuocata non est; sed in suo permanet robore. Ex qua nedum Prouinciales, sed omnes Ordinis prælati, ad præfata quarumcúnque Monialium exteriora loca, ad quæ sæculares comuniter conueniunt: possunt pro licitis, & honetis causis

accedendi suis fratribus ex Pontificio indulto facere facultatem. vt notat Cordub. in hoc cap.

Prouinciales concedunt accessum ad monasteria.

19 Attamen, huiusmodi facultas potest in generalibus, seu Prouincialibus capitulis; & etiam ab ipsis Ministris seorsum arctari, limitari, & prohiberi: vt collector vbi suprà annotauit. Et hodie, cunctis prælatis inferioribus Ministris; est prohibita. Ideò sciant ij, quòd absque Ministrorum speciali eis indulta licentia ad præfata licentiare loca non poterunt, absque culpa. Et qui eorum licentia, quàm non habent, scienter ad ea accedere præsumunt; contra Regulam committunt. Quare, fratres facultate à suis eis indulgenda Ministris, vel ab eorum ad id tenentibus vicem, necessariò indigent; pro accessu ad præfata Monialium loca, ne contra promissam Regulam faciant.

Constitutio de non accedendo ad monasteria.

20 Et insuper hodie, generaliter ex noua constitutione sacræ congregationis, Illustrissimorum, & Reuerendissimorum Cardinalium super Regulares; omnes Religiosi (superiori cui monasterii cura incumbit. Visitatoribus, confessario ordinario, & extraordinario cùm ad tempus deputabitur dumtaxat exceptis) etiam qui ex mandato suorum superiorum ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas Missas in ipsarum Monialium, seu sororum Eccle-

ſiis, ſiue oratoriis exterioribus extra clauſtra exiſtentibus, miſſi fuerint; abſque ſpeciali à dicta ſacra Congregatione indulta eis facultate colloqui, ſeu tractare cum dictis Monialibus, ſeu ſororibus, aut quauis alia perſona intra clauſuram degentibus, minimè poterunt. Sub pœnis priuationis officiorum ac vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrendis; vt ex dicta conſtitutione patet; data Romæ, nonis Maii 1590.

NEc fiant compatres virorum, vel mulierum, ne hac occaſione inter fratres vel de fratribus, ſcandalum oriatur. Tex.

21 COmpaternitatem demùm, ſub eodem præcepti vinculo; virorum, mulierúmque interdicit. Et hoc ideò, ne hac compaternitatis occaſione, aliquod zelotipiæ ſcandalum inter fratres, vel de eorum pudicitia, aliqua infamia ſeu ſiniſtra ſupitio, oriatur. Cùm ex compaternitatibus; mutuæ ſæpè familiaritates inſurgant. Vbi nota, quòd licèt in aliquo caſu nullum conſtet ex compaternitate oriri ſcandalum; & deficiente cauſa, ob quam facta eſt prohibitio, cenſeri poſſit ipſam prohibitionem pro tunc ceſſare, & poſſe fratres in *Compaternitas, cur prohibeatur.*

eo casu compatres fieri: veritas tamen est in contrarium. Quoniam cùm prohibitio sit generaliter facta, licèt causa, propter quam facta est, in aliquo particulari deficiat casu; simpliciter tamen, & generaliter omnes ligat. Vt notat Caietan. in 2. 2. quæstione 147. articul. tertio, ad primum dubium. Pro quo facit quod notat Ricard. quartus distinctione quar. quæstione tertia, quòd iustificati in vtero matris, tenentur ad susceptionem Baptismi. Quia licèt iustificatus eo non indigeat, cùm detur ad iustificandum, & ipse iam est iustificatus; tenetur tamen ad seruandam legem vniuersaliter datam, quæ ligat omnes.

Nota.

Compaternitas quibus contrahatur Sacramentis.

22 Compaternitas autem in duobus contahitur sacramentis; in Baptismo scilicèt, & confirmatione. Et quoniam tam in tradendo Sacramentum, quàm in tenendo suscipientem illud, ipsa contrahitur compaternitas; ideò tam à baptizando, quàm à tenendo suscipientem Sacramentum Baptismi, vel confirmationis, ex Regulæ præcepto, fratres arceantur, vt Hugo, Bartholus, Pisan., & Petrus Ioannes, hîc astruunt. Cordub. verò hîc quæstione quarta contendit, tantúmmodo ex Regula eam prohiberi compaternitatem, quæ à tenendo suscipientem Sacramentum, contrahitur; non eam, quæ à tradendo consur-

git. Et hoc ideò, quia vt ipse dicit, propriè, & generaliter mos habet, hos præcipuè vocari compatres; qui de sacro Baptismi fonte, vel Episcopi confirmatione recipiunt: & vocabula sumi debent secundùm propriam significationem, & consuetam acceptionem. Attamen, quia tam in actione tradendi Baptismũ, quàm in actione tenendi suscipiẽtem illum, vera compaternitas contrahitur, & Regula generaliter non distinguens loquitur: ideò generaliter intelligenda est. Præcipuè cùm eadem sit vtrobique prohibendi ratio: scilicet scandalum, quod ex compaternitate oriri potest.

23 Et sicut Monachis interdicitur, ne filium de Baptismo accipere, neque baptizare, neque demùm commatres sibi facere possint; vt patet in capite placuit, 2. & in capite peruenit; ità Sanctus Franciscus suis idem fratribus voluit interdicere. *16 q. 1. & 18 q. 2.*

24 Illud tamen aduertendum est, quòd licèt generaliter fratribus baptizare ex Regula sit prohibitum; hoc tamen intelligendum est, nisi aliter necessitas cogat. Periclitantem enim puerum, possent quidem fratres baptizare; vbi alia deesset persona, quæ posset & vellet hoc facere. Charitatis enim præceptum, quo proximum diligere tenemur, maximè in re spirituali, & necessaria; nec in- *Baptizare licèt fratribus in necessitate*

tellexit Pater sanctus, nec potuit irritare. Necessitas item nulla astringitur lege; sed quæ maior necessitas hac, quàm animam proximi à damnationis æternæ periculo liberare? Extra verò necessitatis casum, baptizare fratres non poterunt; quia non ad baptizandum, sed ad euangelizandum sunt vocati. Quare, & à suspectis mulierum consortiis; & à quarumuis Monialium monasteriorum ingressu; & à paternitate quocúnque modo contrahenda, fratres se abstinere tenentur. Vt sic tantò perfectiùs vitia declinentur; quantò arctiùs eorum occasiones deuitantur. Et hæc de XI. Capitulo.

De euntibus inter Sarracenos, & alios infideles, & de Cardinali protectore. Cap. XII.

Tex. *QVicúnque fratrum, diuina inspiratione voluerint ire inter Sarracenos, & alios infideles, petant inde licentiam à suis Ministris Prouincialibus, Ministri vero nullis eundi licentiam tribuant, nisi eis, quos viderint esse idoneos ad mittendum. Ad hæc per obedientiam iniungo Ministris, vt petant à domino Papa, vnum de sanctę Rom. Ecclesiæ Cardinalibus, qui*

sit gubernator, protector, & corrector istius fraternitatis. Vt semper subditi, & subiecti pedibus eiusdem S. Ecclesiæ: stabiles in fide Catholica; paupertatem & humilitatem, & sanctum Euangelium Domini nostri Iesu Christi, quòd firmiter promisimus, obseruemus.

1 VBi de speciali intrinseco regimine, in decimo capitulo, & de eodem quò ad extrinseca in vndecimo dictum est, de finali nunc Pater sanctus regimine, quod ad nostræ Religionis superer ogatoriam, consummatâque perfectionem, & eius stabilem firmitatem ordinatur, in hoc 12. & vltimo agit. Est autem illud quo superabundans, & supererogatiuus fructus intenditur: quo abundantiùs, & supererogatoriè noster Ordo præ cæteris Ecclesię Dei ordinibus, ordinatur. Vt scilicet non solùm fideles, sed etiam infideles; verbo, & exemplo trahat ad fidem, & obsequium Christi. Ac, per hoc peregrinationi, & martyrio; libenter pro Christi gloria, & animarum salute se exponat. *Regimen finale Ordinis Minoritani.*

2 Verùm quia ad hoc singularis exigitur motor, ac ferẽus desiderium accendẽs approbata personæ euntis, idoneitas, & condigna mittentis auctoritas; ideò tria hæc per ordinem tangit, & primò de *Motio spiritus S. requiritur ad subeñdum martyrium.*

[Quicúnque fratrum diuina inſpiratione,] Diuinus ſpiritus oportet, vt ſit motor: Non enim ex animi leuitate, aut impetuoſitate, aut aſtutia fugiẽdæ diſciplinæ, vel noua deſiderio videndi regna, ad infidelium regiones eſt tranſeundum: ſed de ſancto acquirendarum animarum zelo, ardentique deſiderio pro Chriſti gloria ſanguinem effundendi. Quæ quidem cùm non niſi à Dei Spiritu ſubminiſtrari vtiliter poſſint; Ideò à diuina inſpiratione inſpirati, & non aliter ad prædicta aſpirare debemus.

Non omni ſpiritui credendum.

Et quoniam non omni ſpiritui credendum eſt, ſed probandi ſunt ſpiritus, ſi ex Deo ſunt: ne, quæ diuina creditur inſpiratio, diabolica forſan ſit ſuggeſtio. Ideò tam magni negotij deſiderium feruens, per petitionis inſtantiam ſuperioribus eſt propalandum; vt de volentium ire habilitate, diiudicent. Propterea ſubnectit Pater ſanctus. [Petant inde licentiam à ſuis Miniſtris prouincialibus.] Non enim pro cuiúſque ſententia, & arbitratu, ad infidelium regiones eſt tranſeundum; ſed maiorum conſilio, & conſenſu, tantum eſt negotium aſſumendum. Et nota, quòd Pater Sanct. non dixit, qui voluerint ire ad prædicandum Sarracenis: quia præter prædicationis cauſam, ſunt & aliæ cauſæ eundi ad infideles. Nempè, deſiderium marty-

rii, aut obsequiosa associatio prædicantium, aut alius quiuis honestus eundi modus, conuersioni infidelium vtilis. Ideóque Pater Sanct. absque alicuius particularis causæ expressione dixit: quicunque fratrum Diuina inspiratione inspirati, voluerint ire inter Sarracenos.

An fratres poßint cogi, vt eant inter Sarracenos?

3 EX dictis constare potest, minimè apud Ministros coerciuam residere facultatem, suis imperandi fratribus ad infidelium regiones migrandi. Idque tum ex illis comprobatur verbis. [Quicúnque fratrum diuina inspiratione inspirati] tum etiam ex illis (voluerint ire.] Dum enim tam magnum opus diuina vult Pater sanctus inspiratione esse subeundum, sanè constat non pro libera Ministrorum imponi posse voluntate, sed à Deo hoc debere esse motore.

Minister non potest cogere vt fratres eãt inter Sarracenos ad prædicandum.

Dúmque volentes ire recenseat, satis ad hoc minimè cogi posse conuincitur. Non enim tutum esset, (vt Beatus Ioannes Capistranus dixit :) sub tanto periculo ponere renitentem, & inuoluntarium ad martyrium, sub obedientiæ vinculo obligare. Nec cum

manifesto propriæ salutis periculo, superioribus obediendum est, vt in decimo cap. diximus. Quare, secundùm ferè omnes Regulæ expositores, volentibus tantùm ire, hoc ex Regula videtur consultum.

Prophetia. S. Frãcisci de eũdo inter Sarracenos.

4 Et fortè (vt aliqui censent) non solùm consultiuè, seu incitatiuè; sed etiam propheticè, hæc dicta sunt. Præuidit enim Pater sanctus, quòd sicut Apostoli primò ad Iudæos missi sunt ad prædicandum, postmodùm verò ad gentium infidelium nationes: sic suus Ordo, post ad fideles habitam prædicationem; ad infidelium nationes Euangelicæ veritatis prædicante gratia, erat transiturus. Quòd satis facti euidentia adimpletum esse conuincitur. Cum ipsemet Pater sanctus Mahumeticæ legis obseruatores ad lumen fidei deducere cupiens: anno à sua conuersione vndecimo, iter aggressus, Soldani præsentiam adiuit, & quinque, ex sui Ordinis fratribus, ad Miramolini regnum destinauit. Vt ipse Orientis, illi occidentis Mahumeticis populis salubre Christi prædicantes Euangelium; quasi totum ad Christum conuerterent mundum. Et plerique, post eius ad cælum fælicem transitum feruens tanti Patris sequuti desiderium; præfatum opus subierunt, martyrii coronam adepti. Et vsque ad præsensentem diem, ad infidelium regiones

eorum Christo animas lucrandi gratia Minores fratres transire non desinunt. Vnde non tantùm incitatiuè, & consultiuè, sed etiam propheticè hæc Minoribus fratribus fuisse dicta probantur.

5 Notandum tamen est, quòd licèt nihil hîc præfatis fratribus ad infideles ire volentibus ex Regula præceptoriè inponatur: ex iure tamen communi, ne sine suorum prælatorum licentia humiliter petita, transire præsumant, obligatoriè præfigitur cap. Quam sit, de Iudæ. & Sarrac. & cap. cum ex iniuncto. de hęret. Nam licèt idonei ad opus sint, & Diuinitùs inspirati: apostatæ tamē sine superiorum licentia minimè ire debent. Quoniam Spiritus sanctus communiter non inspirat stante lege, agere contra legem, aut contra aliqua præcepta Diuina, vel humana; dum vtraque, diuina scilicet inspiratio, & præceptum, æquè benè impleri possunt. Ideò si quis Diuinitùs inspiratur ad infidelium regiones transire desiderio martyrii, aut conuersionis eorum gratia: siue Pagani, siuè hæretici, siuè scismatici sint, tenetur petere, & expectare à suo Ministro, vel alio prælato, qui illam dare possit facultatem. Quę si sine rationabili causa ei denegetur, nunc si manifestè constiterit de irrationabilitate denegationis prędictæ, ipsúmque esse omninò idoneum, & Di-

uinitùs ad tantum opus, sancto, & bono zelo moueri : poterit, petita humiliter prædicta licentia, licèt nonobtenta opus consilii Diuini, & Regulæ, adimplere, eundo ad infideles ob prædictas causas. Argumento cap. licet, de Regular. & non aliter. Nam qui cum sola humiliter petita, & non obtenta licentia ad infideles transiret, nisi manifestè de prædictis omnibus conditionibus ei constaret, temerè, & contra præceptum Ecclesiasticum, faceret Et quia vix contingit, vt omnes simul prædictę conditiones manifestè concurrant, ideò cauere debent subditi, absque suorum obedientia prælatorum, ad infideles meare. Quod sanctus Pater specialiter admonuit, dum inquit: quòd etiam qui Diuina inspiratione voluerint ire inter Sarracenos, petant à Minístris licentiam.

Tex. *Ministri verò nullis eundi licentiam tribuant, nisi eis, quos viderint esse idoneos ad mittendum.*

Idonei mittendi sunt ad Sarracenos, vt prædicent.

Idonei tãtùm ad Sarracenos mittẽdi sunt.

6 MInistros hîc instituit, vt ad tantummodò idoneis ad tam arduum obeundum opus, faciant faculta-

tem. Quoniam non omnes passim ad conuersionem infidelium, vel martyrium anhelantes: mittendi sunt. Nisi tanti executores officii, & ad docendum industrii, & ad sustinendum agnoscantur constantes: ne vnde spirituale commodum quæritur, inde salutis dispendium subsequatur. Nisi ergò sint idonei quò ad perfectionem vitæ: quò ad veritatem doctrinæ, quò ad maturitatem conuersationis honestæ, quò ad rectitudinem, & zelum iustitiæ, quò ad industriam experientiæ, quò ad soliditatem patientiæ, & perseuerantiæ, non mittantur. Oportet enim vt interiùs sint spiritu feruentes, in fide stabiles, in spe, magnanimi & fortes; charitate ardentes; prudentia, circũspecti; iustitia, recti; constantia firmi, temperantia modesti: humiles, in reputatione: patientes in tribulatione; benigni in conuersatione; alieni ab omni humana, & mundana ambitione; & totaliter inflammati in Dei, ac proximi dilectione: vt principaliter ad diuinæ potestatis, veritatis & bonitatis gloriam propalandam, & infidelium salutem procurandam, ad sustinendum martyrium, disponantur. Vt annotauit Beatus Ioannes Capistran. in capite duodecimo constitution. Sint ergo diligenti examine præcedente, probati in Regulari disciplina, qui licentiantur. Si suæ Regulæ diligentes obseruatores

Conditiones euntium ad Sarracenos.

extiterint, sub voto obedientiæ, paupertatis, & castitatis; in diuinis laudibus, orationibus, vigiliis, ieiuniis, laudibus, & spiritualibus exerciciis, feruentes: quasi mortui mundo, & Deo viuentes, laudabiliter longa perseuerantia floruerint. Qui tales reperti fuerint, & exteriùs sani sint corpore ad labores subeundos: idonei censeri vtique poterunt vt ad tantum à suis Ministris opus, licentiam obtineant. Qui verò tales non fuerint, minimè mitti debent. Meliùs enim est in paruis proficere, quàm in magnis deficere. Nec desiderio martyrii, præcipitanter agendum est, sed prudenter. Mortem enim pro Christo appetere debemus, & fugere, ordinatè: vbi & quando expediens fuerit, ad Dei gloriam, & animarum salutem.

Ministri tenentur iure diuino mittere idoneos ad Sarracenos, vt prædicent.

7 Sciant tamen Ministri, quòd licèt nihil præceptoriè quò ad prædicta, ex Regula eis imponatur, sed instruantur tantummodò quid eis sit agendum: obligatorium tamen est eis à iure Diuino, ne ineptos, & inhabiles mittant, ne-ve habiles, & idoneos absque rationabili causa, retrahant, vel impediant, Tenentur enim ex officio suo, subditorum suorum saluti prouidere, eorumdémque salutis occurrere periculo. Et insuper irrisioni, & contemptui nostræ fidei, & honoris obuiare Diuini. Ideò inhabiles ad tam arduum opus in quo eorum

rum probabiliter periclitatur ſalus, & fides noſtra, Diuinúſque honor infidelium irriſioni, & ludibrio exponitur, licentiare prohibentur. Idoneis autem, & habilibus, ſine rationabili cauſa, licentiam denegare non poſſunt. Quoniam à conſiliis Chriſti implendis, & à profectu fidei, & conuerſione infidelium ad fidem, nemo quemquam idoneum licitè retrahere poteſt abſque rationabili cauſa. Non enim habent prælati poteſtatem in deſtructionem, ſed in ædificationem, vt docet Apoſtolus, & nos annotauimus in 10. capite nu. 15. Et eſt communis Doctorum omnium ſententia. Et ſic intelligendum eſt dictum ſanctorum Patrum, & eorum, qui dicunt, præceptum eſſe ſubditis, abſque ſuorum Miniſtrorum licentia, ad infideles non ire: & Miniſtris ſuo iudicio inhabilibus licentiã eundi, non tribuere, eãq. habilibus non denegare. Limitandum enim horum eſt dictum, vt velint dicere: quòd hæc ſunt eis præcepta iure Eccleſiaſtico, vel Diuino, ſed tradita in Regula, vt informatio, ſeu monitio. Nam, cùm nullum in his præceptî verbum, aut vim præcepti habens ponatur: nec item inter æquipollentia obligatoria à Clem. V. connumerentur: conſtat quòd nullo modo ex Regula ſint obligatoria.

AD hæc per obedientiam iniungo Ministris, vt petant à Domino Papa, vnum de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui sit gubernator, protector, & corrector istius fraternitatis. Vt semper subditi, & subiecti pedibus eiusdem Sanctę Ecclesiæ, stabiles in Fide Catholica, paupertatem, & humilitatem, & sanctum Euangelium Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, obseruemus.

Præceptũ depetendo Cardinali Protectore

8 PRo stabili autem sui Ordinis firmitate, vult Pater Sanctus, quòd teneantur Ministri sub districti præcepti vinculo, vnum à Domino Papa Sanctæ Romanæ Ecclesiæ petere Cardinalem, vel in generali, vel in particulari, aliquem petendo. In quorum defectu, alii Ordinis fratres, id facere tenentur: sicut in obligationibus generalibus, alii aliorum defectus supplere tenentur: vt est communis Doctorum sententia super illud Genes. primo, Crescite, & multiplicamini, &c. Adeò vt in Ordine, vnus sit Cardinalis; qui istius fraternitatis, gubernator, protector, & corrector sit. Intrinsecum enim Ordinis regimen, non adeò sibi sufficiens est, quin in pluribus consilio, & auctoritate Pa-

pali, tam quò ad spiritualia, quàm etiam quò ad temporalia pro suis vsibus debitè ministranda, plurimùm indigeat. Egeat etiam scuto protectionis suæ, contra aduersariorum incursus. Et insuper correctione, vbi Minister Generalis, & Ordo, in aliquo notabili deficeret. Cúmque Papa in vniuersali totius Ecclesiæ regimine, sit quasi semper nimium occupatus: ideò vnum ex Cardinalibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ habere vult; qui tanquam vnus de assistentibus Papæ, vice, & auctoritate ipsius, facilè prædicta tria circa nos exequi, & implere valeat. Et ob prædicta tria, sibi tria nomina adscribit. Scilicet vt sit gubernator, quò ad spiritualia, & temporalia; nostris debitè vsibus auctoritate Papæ ministranda. Protector, quò ad aduersariorum incursus. Et corrector, in aliquo notabili Ordinis defectu.

Auctoritas Protectoris Cardinalis.

9 Quorum verò gratia hoc Pater Sanctus principaliter intendat; ostendit inquiens: (Vt semper subditi, & subiecti pedibus eiusdem Sanctæ Ecclesiæ: stabiles in Fide Catholica: paupertatem, & humilitatem, & sanctum Euangelium Domini nostri Iesu Christi obseruemus, quod firmiter promisimus.) Tria sint, quæ dicit. Primum est, plena totius Ordinis subiectio ad Romanam Ecclesiam: quod est, contra

ſciſſuras ſciſmatum: ſemper ſubditi, & ſubiecti pedibus Sanctæ Eccleſiæ. Secundum eſt, ſtabilitas Ordinis in Fide Catholica: (ſtabiles in Fide Catholica) quod eſt contra errores hæreſeom. Tertium eſt, pura, & plena noſtræ Regularis, & Euangelicæ profeſſionis obſeruantia: (paupertatem, & humilitatem, & ſanctum Euangelium obſeruemus.) Paupertatem, & humilitatem quas maximè dilexit, ſingulariter ſpecificat tanquam fundamentum, & baſis totius Regularis obſeruantiæ: reliqua verò omnia ad perfectionem vitæ ſpectantia, ſub nomine comprehendit Euangelii: Sicut & in principio Regulæ fecit, inquiens, Regula, & vita fratrum Minorum hæc eſt, ſanctum Domini noſtri Ieſu Chriſti Euangelium obſeruare.

Regula S. Franc. eſt ſphærica.

10 Et his, fit finis expoſitioni huius Regulæ noſtræ Minoritanæ: quæ tanquam verè ſphærica, (vt benè Petrus Ioannes annotauit] circulariter ſe reflectit circa chriſtum, & Euangelium eius, tanquam circa ſuum intimum centrum. Et in puncto tantummodò tangens terrenarum planitiem rerum, in puncto ſcilicet, ſimplicis vſus facti, ad obedientiam Apoſtolicam, & ſacrum Euangelium finaliter redit, ex quibus ſuum ſumpſit exordium. Ad laudem, & gloriam ſempiternam, veræ, æternæ-

que Trinitatis; patris, & Filii, & Spiritus sancti: Beatæ semper Virginis Mariæ Matris eiusdem Dei, & Domini nostri Iesu Christi; Ac eius imitatoris Seraphici patriarchæ Sancti Francisci. Amen.

FINIS.



C

D


L

M

O

P

FINIS.



ERRATA SIC CORrigantur.

Pag 2. linea 28. quatenus, lege eatenus.
pag.3.l 10. &,lege est.
ibid.l.23. addieendo,l.addiscendo.
p. 8 l.28.Religionis,l. Religiones.
p.9.l.1. dirigetur, l.dirigitur.
p.14. l. 3. minorum, l. minorem.
ibid. l. 5. Minorata, l. Minoritana.
ibid.l.16.dominum, l. dominium.
p.15 l.25. teneantur, l. tenentur.
p.46.l.26 spem,l.specie.
p.47.l.22. consulentur,l. consuluntur *ijs* qui perfecti esse desiderant.
p.35.l.25. perfectique, l. perfectione.
p.49.l.9.propositos,l.praepositos.
p.51.l.10. perseuerentiam. l.reuerentiam.
p.55.l.13. aliquam, l. aliquem.
p.60.l.29. quo formam, quo ad formam.
p.63.l.20.desideret, l. desisteret.
p.63 l.4.poteriti,l.poterit.
p.64 l.5 quonia,l.quonam.
p.69.l.27.aliam,l.illam.
p.80.l. 16. recidi, l. recipiendi.
p.87 l. 29.omne,l.omnes.
p.89.l 14 non, l.nunc.
p.90.l.10.fit, l. sit.
ibid. l. 19. reduendi, l. redeundi.
p.130.l.26.ego,l.ergò.
ibid.l.17. perfectuti,l. perfectuti.
ibid.l.15.potest,l.post.
p.147.ad fin. remanere, l. remeare.
p.148.l.27.morlabi, l. mortali.
p.155.l.11.qualite,l.qualitate.
p.158 l.31. volent, l.volunt
p 167.l.2.qui,quia.
p.168 l.22. ab,l. ad.
p.174 l.3 ab,l.ad.
p.180 l.12 licet, l.licere.
p.268 l.11.necessari, l. necessaria.
ibid.l.12.a, l.ad.
ibid.l.16. e, l. &.
ibid.l.17.sui,l.suis.
ibid.l.18.ne, l.nec.

Qq

ibid. l. 24. qui, l. quid.
p. 241. l. 16. Notantes, l. no. tanter.
p. 255. l. 11. horum autem trium attentionem, l. harum autem trium attentionum.
p. 270. l. 25. intententum, l. intentum.
p. 277. l. 4. dus, l. duas.
ibid. l. vlt. aduertenert, l. aduertenter.
p. 280. l. 3. quod, l. quo.
p. 281. l. 10. illa, l. illis.
p. 291. l. 8. mentis, l. mestis.
p. 302. l. 25. in communi, l. cum communi.
p. 303. l. 17 dispensatio, l. dispensati.
p. 307. l. vlt. honorum, l. bonorum.
p. 311 l. 31. quò, l. æquò.
p. 318 l. 31. ecipitur, l. recipitur.
ibid. l. ead. appretiaum, l. appretiatum.
p. 320. l. 1. tolle, l. ex se.
p. 329 l. 8. ex Rex, l. ex Reg.
p. 342. l. 9. his, l. bis.
p. 347. l. vlt. hôc, l. hac.
p. 363. l. 21. ali, l. alio.
p. 308. l. 10. aliquampo, l. aliquando.
p. 382. l. 32. in presentia, l. in presentiarum.
p. 411. l. 11. intuitus, l. intuitu
p. 416 l. 14. ad, l. ab.
p. 420. l. 9. harum, l. horum
p. 424. l. 2. domino, l. dominio.
ibid. l. 9. repetitur, l. reperitur.
p. 443. l. 12. contractus, l. contractu.
p. 450. l. 1. assiagendo, l. assignando.
p. 458 l 3. alicui, l. aliquis.
p. 471. l 25. illicitus, l. illicita
p. 477. versus fin. necessarinm, l. necessariarum.
p. 482. l. 19. virtuales, l. virtualis.
p. 492. l. 9. instituti, l. institui.
p. 514. l. 23. nostra, l. nostræ.
p. 535 a. 23 l. vsq; ad finem.
p. 533. l. 13. priuatuio, l. priuatiuo.
p. 539. l. 30. exceptuato, l. excepto.
p. 542. l. vlt. falsum, l. falsam.
p. 544. l. 15. auciosa, l. curiosa
ibid. rediculosa, l. ridiculosa.
p. 550. l. 14. quia, l. qui
p. 615. l. 15. teneantur, l. teneatur.
p. 625. l. vlt. vite, l. vita.
p. 658. l. 29. humiter, l. humiliter.
p. 690. l. vltima suspectu, l. suspecto.
p. 695. l. 25. & limitationibus, tolle &
p. 706. l. 11. superorum, l. superiorum.
ibid l. 26. ofectum, l. profectum.

p. 723. l. 24. vrgentis, l. vrgenti.

p. 746. l. 23. mandaretur, l. mandatur.

p. 759. l. 15. voitionibus, l. volitionibus.

p. 784. l. 21. quod fit, l. quod sit.

p. 791. l. 24. quem affectum, l. quem effectum.

1. art. 2. capitis f. 67. l. 68.